ut peccata nō requirat / vel in tantum
iniustum ut penitentem nō recipiat
hii destruunt penam et omnem alia
viam confessionis ad deum / Iste credere
deum tam prodigum aut avarum aut
inconsideratum largitorem ut obsequia
sibi impensa nō curet vel servitores
suos potius quam alios nō remuneret
heretica pravitas est et dei blasphemia
Et hoc est errare contra iusticiam et miam
dei / Illud autem nondum dico cum aliqui
heretici detrahunt potencie dei ut ma
nichei qui ponunt esse duo principia
Et alii qui sapiencie dei / utputa fato
vel stellis vel alii creature attribuunt
rerum temporalium dispositiones / Omnes

tamen heretici qualiter eam sit destruunt
bonitati et ideo remanent homines
68 mali Tercia pars fidei est circa
res alias / et de hac agitur ab ista
via / Una non est usque in fine huius
operis / Prima quarum est nichil maius
esse magisque alia re . hec est nichil
divine excellencie maius et ideo
nichil dignius honorificencie divi
ni cultus / Secunda est nulli alii quidquam
divini cultus aut honorificencie
impendendum / Tercia mundi bonitas
in universis que in eo sunt Quarta
eius sit renovatio / De predictis quatuor
dicitur 24 dis. capitulo Quinta novitas
animarum in corporibus in ortu et origine
earum Sexta est immortalitas animarum
Septima singularitas corporum contra
pluralitatem pittagoricorum / Octava
resurrectio corporum / Nona iudicium
Decima retribucio bonorum et malorum
Undecima infernus / Duodecima
purgatorium / De hiis duodecim in
veniuntur errores impietatis tam
apud philosophos quam apud hereticos
Sunt etiam preter hec veritates esse tale
summa virtutes gracia et liberum ar
bitrium de quibus non cessant tam phy
losophi quam heretici plurima nefanda
oblatrare / de quibus dis. 9 / Gracia / et
ultimis libris 8 / Hec autem et alia que
sunt fidei catholice firmiter debent
credi / et ideo bene dicitur firmiter credimus
69 Unde sicut dicit Augustinus in Enchiridion
in quibus rebus nichil interest ad
capescendum regnum dei utrum credantur
vel non vel quales esse non est periculum
aut si est minimum est . in illis vero
sine quibus deus nec coli non potest
grave periculum est decipi vel posse decipi

(xvij?) 16 q. 1 / Si cupis unde ut dicit
Augustinus in Enchiridion / Longe tollerabi
lius in hiis que a religione semota
sunt mentitur quam in hiis sine
quorum fide vel noticia deus coli non
potest / Item firmiter Unde nisi quisque 10
fideliter firmiter que crediderit salvus esse
non poterit ut dicitur in symbolo Quicumque vult
Et extra de hereticis firmissime fideliter
que credendum ut non erremus in fide
firmiter ut non discredendo dubitemus
Unde dubius in fide infidelis est
extra de hereticis c. 1 / Et ideo Augustinus
ubi de fide ad petrum loquitur frequenter
repetit / firmissime tene et nullatenus
dubites / Cum enim in fide hesitat
non estimet quod accipiat aliquid a deo 11
Iacobus 1 hoc est autem super modum
mirabile quia quocumque nati fideles
sumus nichil certius nichil constan
tius nichil firmius tenemus quam
quod fide apprehendimus Sunt enim
patribus celitus revelata et tam mul
tis tam magnis tam miris signis
et prodigiis divinitus confirmata ut
genus videatur dementie in illis
aliquatenus dubitare / Unde bene dixit ille
philosophus Alexandrinus qui alio nomine
dicitur Bernardus Quod fides est igno
te rei infallibilis certitudo / Hec ergo
fides sola prestat fulcimentum spei
contra ruinam desperationis et fine
amoris nectit quo ad deum trahimur
Hac sola fide prestantur nobis ful
cimenta ne impulsu temptacionis
cadamus et adiutorium quo ad deum
ascendamus eique inseparabiliter adhe
ramus / Item firmiter id est stabiliter et 12
inviolabiliter Contra inconstantes et

d

instabiles qui innuiserunt omni
vento doctrine et de facile erroribus
acquiescunt. Et ideo cavendum est
catholicis ne persuasionibus vel etiam
vituperationibus prosperitatibus vel adversi
tatibus, blanditiis vel terroribus a
fidei careant firmitate. Item
13 firmiter contra hesitantes Jaco 2
Et contra illos qui ad tempus credunt
et in tempore temptationis recedunt
Luc. Et contra claudicantes qui
nolunt ambulare per viam veritatis
absque sustentatione evidentie ipsius
veritatis aut firme probationis vel
saltem suasionis probabilis, de quibus
ps. filii alieni mentiti sunt michi
et claudicaverunt a semitis suis. 2
Regum 4. Mysibosech cecidit et clau
dus effectus est. Et gen. 32 Jacob
luctando cum angelo, hereticus dispu
tando cum fideli. Item contra illos
qui se permittunt a certitudine fidei
trahi commissionibus, innuitionibus
sive cogitationibus quas intellectus
humanus et mundus contra fidem ob
murmurat. Petri 1 resistite for
tes in fide. Debemus ergo firmiter
credere nec suggestionibus sensuum
corporalium vel argutiis philosophorum
aut contradictionibus perfidorum et hereticorum
commoveri. Et ideo bene dicitur firmiter
credimus. Istud autem notandum, quod
18 si quis ex ignorantia simpliciter
dicit contra articulos fidei paratus
esset corrigi, non dicitur ignorare sed
errare, bene est. Nam proprie ignorare est
nescire id quod scire quis debet.
Errare vero est extra rem ire vel extra
rem veri. Cum quisque ut ait Aug.
3o Enchiridion pro vero approbat falsum, quod
erroris est proprium, et si in tali pertinacia
perduret vitandus esset ut hereticus

Tito 2. Hereticum hominem post
primam vel secundam correctionem devita.
Credimus in plurali sive in 14
universali. Contra istos qui dicunt
se habere singularem fidem absconditam
seu secretam, qui non revelant omnia
uxori nec filiis nec aliis nisi ha
beat triginta annos. Cum a credu
litate articulorum nemo excipiatur
qui credulitatis sit capax. Immo
eadem iure tenentur omnes ad illa et
singula quo ad cultum divinum.
Et hii articuli sunt fides que creditur
fide catholica et universalis, ex qua
palam necesse est adunari diversas fide
les. 2a q. 1 Rom. loquitur Apostolus. Ad
Rom. 1. Gratias ago deo meo pro omnibus
vobis quia fides vestra annuntiatur in
universo mundo. Item Rom. ult. Vestra
obedientia vestra in omnem locum divul
gata est. Et Rom. nunc patefactum est per
scripturas prophetarum secundum preceptum
eterni dei ad obedientiam fidei in cunctis
gentibus. Ps. In omnem terram exivit 16
sonus eorum etc. Item credimus
cum divini cultus operibus tamquam
essentialibus conveniet assertiones tamquam
eorum cause et item ipsis assertionibus
apprehensiones ex quibus procedunt
assertiones. Hec autem apprehensiones
quia non possunt esse certitudines in
communitate hominum vel propter defectum proba
tionum vel suasionum vel propter bre
vitate intellectus simplicium et vul
garium hominum vel propter paucitate
exercitationis indoctorum ex necessitate
huiusmodi apprehensiones non sunt nisi
incredulitates aut opiniones. Et
ideo bene dicitur credimus. Si enim cet. 17
evidentiis veritatis que fidei proba
tiones habent vel signa et apparitiones
hoc solummodo creditur cessaret

bella intellectus et per hoc victoria
quare et victorie corona / Cessa
rent etiam bona intellectus quia nulla
esset eius religio nulla obedientia
nulla dei veneratio nullum obsequium
quare remaneret iniustus iniquus
et peccator / Unde non dicit videmus
vel speramus sed credimus / Et
ideo dicit Augustinus in expositione symboli
non temere de invisibilibus aliquid
affirmamus tamquam scientes sed tamquam
credentes quia videri nisi mundato
corde non possunt. et si quis ea videt
ex parte et in enigmate non potest effici
ut et iste videat cum loquitur si cor
sordibus impeditur / iuxta illud Math. 5
Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt
78 Item credimus contra physicos
et alios qui non credunt nisi proba
tionibus vel signis vel aliis sugges
tionibus / contra quos est quia fides
est citra scientiam et supra opinionem
Unde Hugo / fides est voluntaria
et certa quedam prelibatio non dum appro
bate veritatis / Augustinus / fides est credere
79 que non vides / i. fides est qua creduntur
quod non videntur / Hugo / fides est vo
luntaria certitudo absentium supra opi
nionem et infra scientiam constituta / Dicit
voluntaria quia non cogitur / absen
tium i. sensibus corporis non subiacen
tium / supra opinionem / quia plus
est credere quam opinari / infra scientiam
quia minus est credere quam scire / ideo
omnes credimus ut alias sciamus
Et non stultitia eorum qui non aliter
volunt credere que fidei sunt nisi
per sensum et intellectum humanum quasi
non possint videre lucem nisi per te
nebras / Sensus enim et intellectus
humanus quasi tenebre sunt ad ea
que sunt fidei intuenda / Sicut enim
visus lumen est ad cognoscenda
visibilia solummodo. ad ea vero que
per ipsum congnosci non possunt idem visus
tenebre est / Sic sensus et intellectus
humanus ad ea que per ipsos cog
noscibilia sunt lumen sunt. ad
ea non que per ipsos congnoscibilia non
sunt tenebre sunt / philosophi igitur
et alii qui nolunt credere nisi per sensum
et intellectum humanum sunt sicut illi
qui nolunt videre solem nisi de nocte
vel qui non credunt esse solem quia
numquam eum viderunt Unde nota 80
quod sicut nox est ubi non lucet sol
iste visibilis. sic et nox spiritualis
ubicumque non lucet sol intelligentie
et sicut non possibile est videre solem
visibilem antequam nox recessit. sic
videre impossibile est solem intelligibi
lem antequam nox infidelitatis reces
serit / Et sicut soli vident solem a
pud quos dies est. sic soli vident
solem intelligibilem seu intellectuale
apud quos dies spiritualis est / Et
sicut cecus est corpore qui solem vi
sibilem non potest videre sic cecus est
corde qui solem intelligibilem non
potest intueri aliter videre / Et ideo ceci sunt
omnes erronei quantum ad spiritualia que
ita diffiniunt de spiritualibus sicut
ceci de coloribus Item credimus
quia veritati credendum est et maiori
veritati magis / Veritas autem primi
principii est infinitum maior
omni veritate creata et lumine sicut
omni lumine nostri intellectus / ideo ad hoc
quod intellectus noster recte sit ordinatus
in credendo necesse est quod plus credat
summe veritati quam sibi et per se capti
vet in obsequium Christi Et ideo non
solum credat que sunt secundum rationem

ymo etiam que sunt supra racionem
et contra sensuum experienciam et
contra proprium intellectum Ante credimus
81 ffides christiana dicitur inlicho credencia
ad hanc credenciam venit filius
dei in hoc mundo et in foro huius
mundi mercandi causa unumquemque
unum · et dedit arras precium quidem
82 bonum nobis contulit in hac vita per
creacionem conservacionem redempcionem
et in fine reddet precium vite eterne
Math 25 / venite benedicti patris mei ·
Et Joh 3 Omnis qui credit in eum habet vitam
eternam / habemus etiam pignus salutis
83 spiritum sanctum 2 Cor 1 et 5 et ad Ephe 1
deus qui nobis dedit spiritum sanctum pignus
nostre hereditatis nostre / Item habemus
obsidem ipsum filium qua obsidem
notat August pignus certissimum nostre
redempcionis Cum quociensunque
84 ex parte nostra per peccatorem nostrum vel
presbiterum et spiritum sanctum advocatum nostrum
per literas suas que sunt in canone
vite sunt requisitus ad statum in
missa advenit tamquam obses Item
85 habemus eius literas quasi publica
instrumenta per apostolos et evangelistas
nobis scriptas de precio nobis solvendo
Non autem sic apud hereticos et alios
86 infideles deus amisit credenciam
nemini quia nulli sibi credere sed vel sua
dicet cauciones et securitates pignorum
obsidum literarum et instrumentorum
sufficienter dedit tam novi quam veteris
testamenti / Inimicus autem capita
libros s. mundi carum dyabolo cre
dunt liberaliter sed ad sua / et ideo ante
de quanta iniuria deo per huiusmodi mercedu
87 los erogatur Item credimus /
deus ab inicio suam sic noticiam
temperavit ut sicut nunquam penitus

potuit comprehendi si nunquam potuit
ignorari sed deo autem voluit non penitus 88
manifestari ut fides habeat meritum
nec penitus occultari ne infidelitas
de ignorancia excusetur / Illud etiam
notandum quod vera fide credendum est
prime veritati propter se / et ideo nil credimus
fide · et ita fides non querit probaciones
cum nichil habeat credimus Est enim fides 89
argumentum non conclusio probat enim
et non probatur / habemus prima conclusio
articuli sunt · secunda vite futura
/ tercia eterna remuneracio qua et cul
pe concluditur et pene / Quod autem fides 90
sit argumentum dicit apostolus ad Heb 11
ffides est substancia sperandarum rerum argu
mentum non apparencium / apparencia enim
non habent fidem sed agnicionem ut dicit
beatus Gregorius et Hugo / Substancia sperandarum
rerum dicitur eterna per fidem nobis speran
da subsistunt / Speranda notat bo
na eterna que desideramus que in nobis
per fidem iam subsistunt inicium per
experienciam / Argumentum non apparencium
i· probacio / eterna si quis querat bo
nis patrum invisibilis vel futurorum
statum electorum vel alia que non
possunt probari racione humana · non
habeo aliud argumentum nisi quia
credo indubitanter · quia enim dixerunt
prophete et alii qui per spiritum sanctum sunt lo
cuti quos deus non fallet cum in eis
loquitur miracula fecerat · et tunc ex
magna parte completa videntur ea
que dixerunt non dubito quin etiam sunt
complenda que restabunt Est igitur 91
fides substancia sperandarum rerum argumen
tum non apparencium quantum ad alios
et quantum ad nos s. substancia sperandarum
rerum · Sed in diffinicione magis
ostenditur effectus fidei quam quid ipsa

sit· nec etiā omēs ptes fidei comp
hendit· cum ꝑcaucā nō preterita/ s;
futura tm̄ contineat / ffides aūt ē
de ptitis ut de natiuitate et passiōe
xp̄i / item de pn̄tibus / ut q̄ verum
corpus xp̄i sit in altari / item ē de
futuris ut de ultimo iudicio· Est
92 ergo fides argumentum nō appencium
quia fides est credē que nō vides /
Thomas aplus aliud vidit· aliud
credidit· hominē vidit et deum con
fessus est dicēs / dn̄s meus et deus
meus / cernebat carnē et diu crede
bat latentē in carne / Quadaꝫ tm̄
etiā dicunt² credi que vident² sicut
dicit Quilibet oculis suis credi
disse / ffides etiā qua nūc ꝑspeculum
in enigmate cernimus diu est sacra
mentum alius futurē visionis qua
videbimus diu facie ad faciem sicut
est / 1 Cor 13 / modo nō instanti
revelatur ex fide ꝑ fidem Rom / Que
revelatio fit interna inspiratione
et discipline eruditione
93 Et simpliciter· non
sub inoluta obscuritate
verboꝝ sed apte et manifes
te ac distincte / 23 dis·
Quia eps / 29 dis· Quando / item
simpliciter· i· sine cautione placi
94 orum vel signoꝝ contra iudeos
qui signa petunt· et cont grecos
qui sapiam querunt / 1 Cor / Sicut
enim dies nālis abscondit stellas
et planetas sic dies fidei rationes
naturales que soli fidei credē debet
Job 9 / Stellas claudit quasi sub
95 sigillo / et sicut aues diei ꝑsequunt²
aues noctis sic ūe catholici here
ticos qui nocturis et vespilionibus
comparant² qui solem intelligentie

vidē contempnunt diuine nec miraculis
nec sacre scripture testimoniis nec
sanctoꝝ doctorum suasionibus acqui
escunt quibus possent lumine fidei
illustrari· sed ad animales sensus
et ad tenebras fugiunt et in cassiuis
erroꝝ latitant et morant² in lati
bulis vicioꝝ / Et ideo quia tenebris
suis inoluunt² nō vident luce veri
tatis in aliis / item simpliciter i· 96
absqꝫ blandiciis vel fictione alicuius
deceptionis / pū 29 / homo qui blan
dis fictis qꝫ sermonibus loquit² ami
co suo rethe expandit gressibus suis
/ vel simplr nō ꝑ deceptoriam ꝑsuasiant
et inanem fallaciam sedm tradi oē
sionum / vnde Col 2 / videte nequis
vos decipiat ꝑ ꝑsuasiam et inanem
fallaciam / item simplr i· sine
plicata fraudis oris et cordis· ne ꝑ
aliud in corde sit et aliud in ore Eccl
2 / ve duplici corde et labiis scelestis
/ ps / disperdet dn̄s vniuersa labia do
losa / item simplr i· sine plica et
duplicitate sophistice locutionis
Qui enim sophistice loquit² odibilis
est et in omni re defraudabitur / heretici
aute vtunt² sophismatibus contra ca
tholicos / 29 q / Et tūssimit / Sed sa
cramenta fidei libera sunt a sophisticis
argumentis / vnde Ambro ausfer
argumenta ubi fides querit² / dicto
dyalectica taceat ubi plus creditur
piscatoribus quam dyalecticis / ffideles
enim fām virtutibus et sanctitati ac
veneracioni creatoris intendunt / aliter
aliamqꝫ phyam nō querunt nisi quam
erroneoꝝ ꝑuersitas et insipientium
contradictio cogerit ad defensionē fidei
ꝑane et ad destructionem erroꝝ quibus
simplex veritas fidei impugnatur
Et ideo de animabus suis sollititi

no curant que pfessiom et saluti
sue no vident pficere vel officere nocere
97 Confitemur ignorata
non dicit confiteor tm sz
confitemur ut notetur
pluralitas credencium / no est enim
fides mea unius tm vel eciam paucorum
sed multorum iuxta illud multitudinis
credencium erat cor unum et aia una
98 Act 4 / ymo universorum / et ideo dicitur
catholica i universalis / 24 q 1 hec est
fides catholica / Et infra / una est fi
delium univ / Et nota quod fides dicitur
99 una in se sedm essenciam suam.
et una unitate creditorum / que una
i communia sunt credentibus / nec diversi
ficatur ppter diversitate creditorum nec mul
tiplicatur p multitudine eorundem
Et hoc e quia no est ab ipis sz ab uno
et eodem datore deo a quo una et ea
dem psistit no impediente diversitate
vel multitudine creditorum vel credi
bilium / sicut nec virtus visibilis
diversificatur vel multiplicatur ppter di
versitatem vel multitudinem visorum
vel visibilium / qui modo credendi
pt esse multa varietas sed quantum
ad credita debet esse ydemptitas apud
omnes ¶ Cum autem una sit vera fi
100 des et communis apud omnes ondit
communitas et ydemptitas veritatis
credende / et comitas et ydemptitas
debiti et obligacionis quibus univer
sitas hominum obligata est ad credendum
et colendum creatorem / Et attende
diligenter istas duas radices quibus
ostenditur quod una et communis est fides
apud omnes / et natura hominum eade
quodque debetur ei iure nature vel
naturalium communiter debetur / probina
igitur fide uniti sunt fideles universi

etiam una fides unus deus unum
baptisma / Eph 4 Et 24 q 1 / Grecus
no est servus neque liber non est
masculus neque femina. omnes enim
unum sumus in xpo ihu. i. fide ihu xpi
Galat 3 et 6 / Et ita nece est universi
tatem hominum adunari in una concor
dia et consensione credulitatis i ar
ticulis fidei / ab hac enim credulitate
nulla est excusatio. nisi sola inca=
pacitas que est in parvulis vel in
furiosis amente alienatio / Cum
sicut una est veritas de creatore scz
de magnificencia et gloria ipius.
sic nece est unam fidem esse hoc est
veram credulitatem de ipo / fides enim
vera necessario sequitur veritatem / Item
sicut una est magnificencia et
gloria creatoris apud omnes naciones.
gloriam autem et magnificenciam sequitur
honorificencia et cultus / ita nece e
una esse honorificencia unum quod cultum
creatoris apud omnes naciones / Un
dicit augustinus quod eadem fides mediatoris
salvos faciebat antiquos iustos pu
sillos cum magnis. Quia sicut cre
dimus nos xpm in carne venisse ita
illi venturum sicut nos mortuum ita
illi moriturum / Et ideo qui preibant et
qui sequebantur clamabant dicentes
osanna filio david / Mt 21 / et Mr 11
Ut enim dicit aug tempora variata
sed non vera mutata sunt non
fides / sicut diversis temporibus loquentes
eandem rem dicimus / cras tn futura e
et hodie dum pns est / et heri cum
preterita est / illa enim diversorum temporum
diversis admixta adverbiis eundem
faciunt sensum Et attende circa 101
sicut nulli persone est quicumque saluacio
sit debitum cultus et honorificencie
creatori no solvere vel negare / ita

nec ueritatem eius uel rerum ad
ipsum pertinencium siue ad cultum et
honorificenciam eius pertinaciter discredere
uel contradicere hoc est corde uel ore
negare / Et ideo nec a communi fide nec
a cultu communi licet cuiquam recedere /
uel pertinaciter obuiare   Item nota
102 quod non dicit fatemur sed confitemur
ubi nota quod ex corde et ore debet fieri
ista confessio Quia corde creditur ad
iusticiam ore autem confessio fit ad salu
tem / Rom x / Et de pe. dist. 1 / Quia
non illa / de radice cordis surgit con
fessio vera / vel per hoc quod dicit confitemur
notatur integritas fidei que dicitur credi
ffides eius integra est que ex omnibus
articulis aggregata est non scissa
per heresim vel mutata vel diminu
ta. Quia nisi quisque integram inviolatam
que servaverit absque dubio in eternum
peribit / ut in symbolo Anastasii / Non
enim sufficit credere aliquos articulos
fidei / de conse. dist. 4 / Non in nobis / Immo
omnesque distinctius tenetur credere univer
sos saltem implicite sive in generali
sed quod tenet et docet apostolica ecclesia
de conse. dist. 4 / Ubi dicis baptisandus
licet propter brevitatem intellectus aut
paucitatem experientie aut defectum
doctrine aut gratie non capiat expli
cite sive in particulari / Et ita idem
credat simpliciter in universali quod
sapiens in particulari / de conse. dist. 4
nichil est / Tamen et parvulis credendum
tamen in eo quod in fide et humilitate ad
herent eis qui bene crediderunt et docent
unde Job / Boves arabant et asine
pascebantur iuxta eos / per boves doc
tores per asinos simplices intelligens
non tamen quod si quis eum discrederet
vel contrarium pertinaciter crederet quod uno
solo dampnaretur articulo ut hereticus
Extra de hereticis / Excommunicamus itaque § Si
qui non / Unde dicit Augustinus in libro de
fide ad Petrum. In eo quod quis singulis
non credit articulis et contumaciter
repugnat et contraria docere non
dubitat hereticus est et sane fidei in
imicus / Ita si deliquerit in uno factus
est omnium reus / Iacobi 2 / Et qui uno
peccaverit multa bona perdet / Eccl 9 g
Omnia qui fecerit iniquitatem omnes
iusticie eius non recordabuntur Ezech
18 f / Et ideo ad confessionem et 103
observanciam fidei est quilibet co
pellendus / 23 q 10 / Si audieris ad fidem
Si nos de legibus / Et intelligitur
postquam susceperit fidem quod dicitur de iudeis
Quod unus contra eos 104
qui Tritheite sunt vocati
Quia sicut tres personas
in trinitate ita asserunt tres deos
esse / Et Extra 4 q 3 quidam / Contra
quos est Deut 6 / Audi Israel dominus
deus tuus deus unus est / Eccl 1
unus est altissimus creator omnium
omnipotens / Malach 2 / Nunquid non
unus est deus qui creavit nos /
Boecius de trinitate / nulla in deo
diversitas nulla ex diversitate plura
litas nulla ex accidentibus multitudo
atque ideo nec numerus / Et ita patet quod
unus tantum est deus / Ad idem 24 q 1
loquitur dominus / Et de conse. dist. 3 c. ult.
Item dicitur unus secundum essentialem
unitatem et propter essencie sue naturalem
simplicitatem et impartibilitatem
quia causaliter efficit omnem creatam
unitatem / Nam sicut dicit Ambrosius quod
unum est eius solum est solum divini
tas facit   Et nota quod cum dicitur 105
unus deus excluditur deorum multitudo

no nu' quatitas ponit' quia in
diuinitate no est diuisitas uel
singlaritas sed simplicitas uel
solitud ul unis / Vnde hylarius i
vii° libro de trinitate / dicunt impie
et filio credere duos deos impium
est · ita prem uel filim singulare
dm predicare sacrilegium est nichil
in hiis nouu nichil diuisum nichil
separabile nichil alienu / sed eum neqz
diuersus neqz alienus neqz solita
rius nobis ostendus est deus /
Est ergo sensus / Vnus deus i no
plures dij Vnus pr uel unus filius
uel Vnus spus scus i no multi
Vt Vnus intelligat' exclusiue / Vl ter
tio dicimus / Tres psonas / singula
ritate atqz solitudine excludimus
nec diuisitate nec multitudine ibi
ponimus / quasi dicat / Sine solitu
dine et singularitate psonas confi
105 temur · diuisio enim et separacio non
no pt esse nisi indiuisio / quia no st
ibi diuerse essentie diuisentium p
sonarum / ubi aut fit diuisio ibi est
multitudo essentie qualis p substs
ptiulares / multitudo no remouet'
a diuinis · ppt quod no pt ibi esse
diuisitas uel diuisio / Et ideo sic hoc
Vnus idem est qd indiuisus /
Et nota qd ista nomina · Vnus Vna
106 Vnu iuncta essencialibz trahunt'
ad significatiom essentialem / ut
cu dr · Vnus deus / Vna essentia ·
Vnum principium / Simlr iuncta p
sonalibus trahunt' ad sermone p
sonalem ut cu dr unus · filius
Vna psona / p st vo sumpta in
masculino et in femino gne signt
psonam / et i neutro gne essentia
Simlit' dicendu est de nominibus

partitiuis et infinitis ut aliqs quida
alius Aliqua et huiusmoi / Et e regla
qd intellectum nomine uel pnomine pti
tiuum inconuenienter iungit' nomini
essentiali / nimis enim congrue dr
aliquis deus uel quida deus uel
iste deus uel alius deus

Solus contra Grecos qui 107
bonum et malu deum sive
docmatibus fingunt et
omnia natura dei esse dicunt /
Et contra illos qui expresse dicunt
duos esse deos / de istis erroribus hr
29 q ult omnium / ad pbandum
errorem suu inducunt / ps / Israel si
me audieris no erit in te deus recens
neqz adorabis deu alienum / p hoc go
voluit pbare qd duo sunt dij / Beda
ibi dicit de ydolis deus recens sine
alienus quia colebatur ut deus
cu no esset deus · ut patet Jerem 26
Transite ad insulas cethim etc: Et
ecce ipsi no sunt dij / ad idem ps
omnes dij gentium demonia / Beda
qd dij gentium dicunt' est reputa
cione hominum no rei veritate / quod
patet i Cor 8 / nam et si sunt qui
dicunt' dij / quasi dicat / no sunt
in rei veritate sed hominum opinione
contra quos deut° 4 f / dns ipse e
deus et no est alius preter eum /
considera / Scito et cogita in corde tuo
qm dns ipse deus in celo sursum
et in terra deorsum et no est alius
Item deut 6 / dns deus tuus unus
est · illi soli seruias / Et deut 32
Videte qd ego sum solus et no est
alius preter me / Et Sap 12 / no est
alius deus qm tu cui cura est de
omnibus / Et ys 44 / Ego dns formas

celos et stabiliens terram et nullus
mecum / Et 45 Ego dominus et non est
alter / Baruch 3 cum fecit stellas
hic est deus noster et non estimabitur
alius adversus illum / Et 1 Cor 8
nullus est deus nisi unus   Qd
109 conotiensticis dictio exclusiva adiun
gitur nomini essenciali nomine concreto
facit ingenuus rei quam in recto signi
ficat est per quo fiet supposicio sed in
determinate fit sermo de aliquo ut cum
dicitur unus deus solus deus trinitas de
non pro se fit supposicio vel pro filio vel pro
spiritu sancto sed per re unius nature in
determinate / Unde conceditur / unus
deus genuit unum deum vel solus
deus vel trinitas nec unus solus deus ge
nuit vel gignitur quia pro nulla
persona fit supposicio sed indeterminate
tenetur terminus essencialis cum adiun
gitur dictio exclusiva

110 Est contra insipientem
qui dicit non esse deum
de quo ps / dixit insipiens
in corde suo non est deus
omnia error iste non tamen est insipien
sed etiam insania ideo non est multum
contra eum rationibus disputandum
nunc enim est maior insania quam
dicere istud non esse quod est causa
omnibus ut sint / Cum insanis vero
non solet philosophari / Cum ante
dubitat utrum oporteat deum bene
facere et parentes honorare pena indi
get / ut sola vexatio sibi det intellectum
/ hic talis est sicut ille qui non vult
credere ignem esse calidum a quo tamen
calefit incessanter / ps / non est qui
se abscondat a calore eius / Rom 1 dicitur
inexcusabilis est infidelis si non
diligit eum tota anima toto corpore
tota virtute · clamat namque intus
innata iusticia sibi quod ex toto se illum
diligere debet cum totum se debet non
ignorat · nullus enim qui compos
sit sui ignorat quod ipse non semper fuit
et quod non a se habet quod est · sed ab
alio · oportet ergo pervenire ad aliquem
qui semper fuit a quo primus pater
carnalis initium habuit · a quo etiam
habuit ut posset alios generare / constat
enim quod parentes carnales non habent
a se quod generant cum quosque generent quos
noluerunt et quosque non generant quos
voluerunt · et nollent generare filium cum
generant filiam · nescit enim mater quo
infans generetur in ea sicut patet 2
Methaphisice A   Item valde iniquus 111
est qui negat deum esse a quo inces
santer beneficia recipit nec insi
nitis testibus de hoc credit / Magna
est enim de hoc ingratitudo illum nolle
congnoscere cuius beneficia non cessat
recipere · non solum per parentes sed etiam per
alias creaturas / Collatio enim bene
ficiorum ipsius quedam est exhortatio
ad amorem illius / ita ut dicit Aug /
celum terra et omnia que in eis sunt
clamant undique ut diligamus deum
Et nota quod error iste ab omnibus debet
persequi cum intendit preiudicium
sicut aliquis persequitur eum qui preiudicium
suum attendit / Item qui in hoc errore sunt
deteriores sunt quam ipsi demones qui
credunt et contremiscunt / Item tamen
tales irracionabiles sunt quam bruta
animalia quia negant deum esse
ab hominum societate eici debent ut cum
bestiis et feris habitent donec sciant
quod excelsus dominatur in regno hominum
et cuicumque voluerit dat illud sicut factum 112
est nabuchodonosor / Dan 4   Quod
congnoscendum autem deum esse / natura
incitat / omnis scriptura indicat et

omnis creatura testatur / nam ut
Aug. / dicit mundus iste sua volubi
litate mutabilitate et visibilium
omnium pulcherrima specie quodammodo
tacitus clamat et factum se esse et non
nisi a deo ineffabiliter atque invisibiliter
fieri se potuisse proclamat / Sap. xiii
A magnitudine speciei et creature
cognoscibiliter poterit creator videri
Et Job xii / Interroga iumenta et docebunt
te pisces maris et narrabunt tibi
quis ignorat quod magnus dominus hec
omnia fecit / Rom. i / Invisibilia dei
per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur
/ Dyonisius in libro de divinis nominibus
c. vii dicit / deum cognoscimus non ex
natura ipsius ignotum enim est hoc
et omnem racionem et mentem excedens
sed ex omnium creaturarum ordinacione
et preclaritate intelligitur conditor eter
nus et magnitudine omnipotens ex
ordine ac disposicione sapiens ex
gubernacione conservacione ac largi
tate bonus / hec autem omnia ad uni
tatem pertinent deitatis / Item Crisostomus
in omelia prima super Johannem dicit
factorem ex his que per ipsum facta sunt
conspice quo omnium rerum huius mundi
sensibilis globositas comprehendit
esse simul et uniformiter in isto
solo subsistunt inde namque forme
omnium corporum procedunt inde distantium
colorum pulchritudo et cetera que de
celi natura predicari possunt / considera mul
titudinem et infinita seminum virtute
quo diversitas herbarum fructuum
animalium et in singulis intuere
interioribus oculis quo multiplices
regule maxime artificis unum sunt
et in animo disponentis uniunt / quo
infinitus limitarum unus in uno puncto

subsistat et huiusmodi naturalia perspice
et divina gracia adiutus et illuminatus
potius archana dei mentis acie perspice
et quantum datum humanis actibus
deum sicut querentibus vide quo omnia
per ipsum facta sunt et in ipso vivunt
unde Act. xvii / In ipso vivimus mo
vemur et sumus / Et non est enim
summus melior mundus quasi per quendam
scalam creaturarum ad agnicionem
creatoris oportet nos ascendere Ys. xl /
Levate in excelsum oculos vestros
et videte quis creavit hec omnia / Et
Aug. in libro de civitate / viderunt
summi philosophi nullum corpus esse
deum et ideo cuncta corpora transcenderunt
querentes deum / viderunt eciam quidquid
mutabile est non esse summum deum
omniumque principium et ideo omnem muta
bilitatem transcenderunt / deinde viderunt
omne quod mutabile est non posse
esse nisi ab illo qui immutabiliter et
simpliciter est / Consideraverunt eciam quidquid
est in substanciis vel corpus et
spiritum / spiritum quod melius esse quam corpus
sed longe meliorem qui facit spiritum
et corpus et hoc est deus / Item cum
homines cognoscant animam esse per
effectus in corpore ipsius ubi est vita
motus et sensus et cum invisibilis
sit et animo insensibilis quare similiter
non agnoscant ipsi creatorem esse in
mundo per eius opera / In libro super epistolam
Rom. ii / Sicut ex motibus et administ
racionibus corporis animam quam non
vides intelligis sic in administracione
et regimine tocius mundi omnium creatorem
philosophi intellexerunt / Item deum
modico corporis hominis regendo racio
sit accomodata qua ipsum regat
qua impedita vel omnino amissa

corpus putrificatur vel in pulverem
redigitur / Verisimile est racionem
aliquam esse qua universitas fabrice
mundi regitur / Noli ergo dubitare
de deo et si eum non videas sicut et
multa sunt que tamen invisibilia sunt
113 Gregorius in 4 dyalogorum dicit / nulla
visibilia nisi per invisibilia videntur
unde ipse corporeus oculus nichil videret
nisi res incorporea ad videndum ipsum
acueret / Item in hoc mundo visibili
nichil nisi per creaturam invisibilem
disponi potest anima cum sit invisibilis
tribuit oculis visum auribus auditum
denique discessu probat quid presencia con
ferat / Item ad faciendum fidem de
parentibus carnalibus sola publica
fama sufficit nec testes super hoc re
quiruntur nec alie probaciones / maxime
cum parentes carnales nobiles sunt nec
credunt ad deceptus filio et sperat se
successurum hereditatem / Que causa
ergo est quod cum tanta difficultate
sit fides aliquibus de patre celesti qui
nobilissimus est et a quo tanta here
ditas speratur Item Cum racio
114 que in homine est agnoscat se esse
et non semper fuisse et causam ali
quam habuisse que ipsam precesserit
causa autem omnis irracionabilis
esse non patitur. Necesse ergo racionem
quamque et quamcumque aliam racionem
que esse incipit aliqua racio preces
sit que esse non incipit / et hec racio
deus est qui universitatem rerum
regit / Item deum esse probatur per hoc
quia si ponatur Unum quod sit causa
et non causatum vel in causa cau
satum esset esset prius et posterius
alio et causa esset causati respectu

eiusdem quod non est intelligibile
vel in infinitum oportet in causis
procedere quod improbatur per hoc. Quia
universitas causatorum tota causa est
sive infinita sive finita / Sic ergo
hec quidem extra a quo est cum sit extra
illam causatum non est et causa est
/ Et hoc quod querimus nec est intelli
gibile universitatem rerum totam fluere
ab aliquo quod sit de ipsa universitate
Multe et alie probaciones in hanc
reducuntur / Item Summum bonum est 114
ipsum esse et ideo esse non est intelligibile
a deo separabile cum sit summum bonum
a quo cuncta bona procedunt / dubitari
autem non potest quod in tanta rerum multi
tudine et multiplici graduum differen
cia esse oporteat aliquod summum / summum
non dicimus quo vel nichil prius vel
nichil melius vel nichil maius /
et ita quod summum est hoc ipsum quod e
a suo inferiori accipere non potest / et ita
oportet quod sit ab eterno / quod si non esset
nulla successio rerum esset / Et ita ex
presencia rerum existencium convincit
deum esse ab eterno / Item Damascenus
dicit / Ipsa creacionis permanencia
et conservacio et gubernacio docet
nos quod est deus qui hanc universita
tem consistere facit et continet et co
servat et de ea providet semper / qualiter
contrarie nature ignis et aque aeris
et terre in sui ipsius mundi conservacionem co
venissent et indissolubiles perma
sissent nisi aliqua omnipotens virtus
ea concordasset et indissolubilia co
servaret / Divina ergo deus est mani
festum est / quid non est secundum substanciam
et naturam incomprehensibile est
et ignotum Notandum tamen quod quatuor 116
modis noticia dei cordi humano

manifestatur / duobus modis intus
et duobus modis foris / duobus per
naturam / duobus per gratiam / duobus
enim intus scilicet per gratiam et inspirationem
duobus foris scilicet per creaturam et doctrinam
ad naturam pertinet racio et creatura
ad gratiam inspiratio et doctrina / Er-
go duo simul scilicet natura et gracia.
non sola natura neque sola gracia.
nam si natura posset totum gratiam non
quereret aut si michil posset culpam
excusaret. Iudei naturam totum posse
dixerunt et gratiam non quesierunt
Gentiles quidem naturam michil posse
existimaverunt et culpam excusaverunt
et utrique erraverunt / Sunt predicta quatuor
prima est ratio / secunda creatura /
tercia doctrina / quarta inspiratio /
Ratio investigat / Creatura approbat
doctrina explicat / inspiratio confirmat
fidem / Tres sunt testes rationis
quod deus est / affectus defectus effectus
affectus perdit / defectus requirit / effectus
attingit / affectus querit / defectus exigit
effectus tribuit / quod non esset si providen-
119 tia non esset   Item tres sunt testes
in creatura creatoris perfectiones.
Magnitudo potentie. pulcritudo
sapiencie / utilitas bonitatis / quia po-
tenter omnia creat / sapienter disponit
et regit bene dispensat et conservat
118 Item doctrina scripture explicat
quod creatura probat scilicet esse deum
esse unum esse trinum / Ante legem
se dixit esse / sub lege unum / sub gratia
trinum / ut paulatim cresceret cogni-
cio veritatis / Ante legem dixit
Ego sum / Et iterum Ego qui sum /
Et misi me / Hec dices filiis israel
qui est misit me ad vos / Exod 3
Sub lege dicit / Audi israel deus tuus
unus est / Deut 6 / Sub gratia dicit / Eu-
ntes / Item docete omnes gentes baptiza-
ntes eos in nomine patris et filii et spiritus
sancti / Confirmatorem inspirationis
novit ille qui accepit   Nota quod 118
quedam notificationes veritatis dantur
de veritate creata et increata. sive
sit cognitionis sive voluntatis
sive actionis sive significationis / Et 120
hec veritas est rectitudo sola mente per-
ceptibilis Item de veritate comprehensi-
bilis Et ita verum est quod ita est
quod videtur et ita verum est quod ita est
ut cognitori videtur si velit posset
et cognoscere Anselmus de veritate signi
sive significationis Et ita veritas est
adequatio signi et intellectus sicut
generaliter adequatio signi et significati
Anselmus de veritate rei / et ita verum est
id quod est vel veritas est quod ostenditur
id quod est in divino esse quod est /
Anselmus non de veritate increata princi- 121
paliter ut Augustinus dicit / Veritas est qua
ostenditur id quod est / veritas est illud
unde lumen racionis attenditur et ad
quam omnis homo ratiocinator
proxime contendit / Hec notificatio
est per effectum sequentem / Anima prima
veritas se habet ad intelligibilia sicut
lux ad visibilia / Et sic consonat
diffinitio Hilarii / Verum est declarativum
sui / Alia est personalis que appropriatur
filio / Joh 14 / Ego sum via veritas et
vita / Et hec veritas est summa similitudo
principii que sine ulla dissimilitudine
unde falsitas oritur / Item est veritas
in signo ut in sermone / Zach 8
loquimini veritatem unusquisque cum proximo

suo / Et in cogitacione ps / cum
loquitur veritatem in corde suo / Et
in voluntate Ioh 8 de dyabolo / Et
in operatione Ioh 3 / omnis qui fa
cit veritatem venit ad lucem /
122 Item verum sive veritas est quod
naturaliter lucet intellectui / Bonum
sive bonitas est quod naturaliter
sapit affectui / Unde patet quod iste due
uber sunt in anima scilicet visus et
gustus / ipse non creator est veritas
refulgentissima ad intellectum et bo
nitas suavissima ad affectum
123 Verus Augustinus / Brevis
diffinitio veri est sicilicet
verum est id quod est /
contra illos qui fictos vel falsos
colunt / de quibus ps / Simulachra
gentium argentum et aurum Et alibi
omnes dii gentium demonia / Ta
les multipliciter iniuriam et contu
meliam irrogant deo / primo ex eo
quod ei subtrahitur debite honorifice
tie cultus / Secundo ex eo quod alii in
penditur / Tercio ex eo quod aliud ei co
equatur / Rom 1 / mutaverunt gloriam
incorruptibilis dei in similitudinem
ymaginis corruptibilis hominis /
Et ps mutaverunt gloriam suam in simili
tudinem vituli comedentis fenum
Sicut siquis regi suo honorem
129 subtraheret regnum et alteri impenderet
et in regno illius honori equaret /
Contra quos deut 6 / non ibis post
deos alienos / ps Israel si me audi
eris non erit in te deus recens / Sap 12 / et 13
et 14 / Item Ieremie 10 / dominus deus verus
est ipse deus vivens et rex sempiternus
124 primo Cor 8 / Scimus quia nichil est
ydolum et quod non est deus nisi unus
verus / de singulis personis in
trinitate patet quod verus / de pre
Thess 1 / conversi estis a simulacris
servire deo vivo et vero / de filio
Ioh ult / Scimus quod filius dei ve
nit / Et infra / hic est verus deus
et vita eterna / de spiritu sancto Ioh 9
Spiritus sanctus est veritas / Item 126
verus contra hereticos qui mendacem
et perversum dicunt in veteri testamento
arguunt asserentes quod iuramento promi
sit terram filiis Israel et postea dixit eis
non intrabitis terram super qualem levavi
manum meam ut habitare vos facerem
sibi / Item eciam spiritum mendacem misit
ad regem achab et eum mentiri
precepit 3 Reg 22 / Ambrosius / Ambrosius dicit 129
est / quod abrahe dicte sunt repromissio
nes et semini eius et non dixit seminibus
quasi in multis sed uno et semini
tuo qui est christus / Galat 3 / constat
enim quod in aliquibus de semine abrahe
sit impletum / Item constat quod illa
promissio spiritualis est et ideo de spiritualibus
facta Galat 3 cognoscite qui quod ex
fide sunt hii sunt filii abrahe /
Vel dicitur quod impleta sunt ad literam
et promissio et comminatio sicut patet
Iosue 21 et 23 ubi dicitur quod de omnibus
verbis que se dominus prestaturum pollicitus
est illis non preterit unum in cassum
imo omnia impleverit opere que et
iussit et post cuncta venerit / Id
idem Rom 8 / Vel dicendum quod sub con
dicione facta fuit promissio sic / Si
in preceptis meis ambulaveritis et
feceritis ea etc deut 26 / Sed constat
quod ista multitudo multociens offe
dit et ita non tenebatur eis ex promis
sione conditionali / Extra de pure mis
ex 3 Et Extra de condicionibus oppositis

bus super eo / Et quia ipsi non permanse
runt in testamento dei deus neglexit
illos / heb 8 / de tichas videndum est
omnia in prophetis mendacibus confidebat
spiritus mendax ad eum decipiendum
permissus est ire ut perimeretur in eo
in quo deliquit / Ext. de temp. ordi. licet
Et sic fecit et sic fiet ei conuenit 29
et 4 / Et abdie 1 f / omnia per que quis
peccat per hec et torquetur / Sap 11
d / Et iudic 1 ubi dicitur sicut fecit
ad regibus ad ambesech sic reddidit
ei deus utrum iniuste fecit iniuste
patietur / 29 q 3 de clinato / Item
obiciunt heretici genes 11 / de hiis
qui edificauerunt turrim dixit deus
non desistent a cogitationibus suis
donec ea opere impleuerint / Sed dicitur
ibi / Cessauerunt edificare / Ex quo patet
ut dicunt heretici quod videtur ex littera
Item opponunt genes 32 / nequaquam
ultra vocaberis iacob sed israel erit
nomen tuum / Et postea dixit exo 3
Ego sum deus abraham ysaac et
iacob / Et ioh 7 / mea doctrina non
est mea / Respondeo / dicendo non voca
beris ultra iacob scilicet tantum / sicut
etiam iohannes / Item obiciunt exo
4 / Indurabo cor pharaonis et non
dimittet populum / Et tamen postea dimi
sit / Ergo est mendax / Respondeo condi
cionaliter intelligitur scilicet / nisi in manu
forti sicut patet exod 3 et 4

128 Quod autem dicitur / Unus so
lus est verus deus amplius
est contra ydolatras qui
ydolis impendunt summe
venerationis cultum et ultime
honorificentie obsequium quod soli
deo debetur / 26 q 2 c. sine saluatore
et q 5 c. nec mirum quia a non observetis
Et ob hoc dicitur ydolatria quasi y
dolorum latria non quod omnis honor
exterius impendatur ydolis / 26 q 2
31 Sed quia vel primum ydolis ex
hibita vel quia frequentius sicut
legitur / Sap 14 Et non quod latria 129
est summe venerationis cultus soli
deo exhibendus / vel latria est vo
luntaria professio diuine maiestatis
/ ydolatria non est cultus deo debitus
creature exhibitus / Et dicitur ydolatria
quasi ydoli latria / ydolatria enim
ydolorum id est ydolorum cultura vel ser
uitus interpretatur / nam latria grece
et latine seruitus dicitur / que quantum
ad veram religionem pertinet non nisi
soli deo debetur Sunt autem decem Nota
species ydolatrie inquas stultissimi
homines dei virtute et gratiam tuis
tulerunt / prima et radicalis ydo
latria est cultus demonum / secunda
stellarum et luminum / tertia elementorum
quarta ydolorum / quinta ymaginum
sexta figmentorum / septima verborum
et nominum / octaua temporum et partium
eius / nona numerorum et amuletorum
decima inventionum et inventi
orum / decima alium rerum / hec autem omnia prohibita
sunt quasi fidei praevaricationes
et apostasia / ut 26 q ult non ob
seruetis / et tractatur de ista materia
fere per totum / Potest autem ydo 130
latria distingui rationibus secundum omnes partes
suas ut patebit secundum ordinem

Ydolatria demonum dicitur qua
demonibus immediate seruitur
quantumque expressis diuinum cultum
sicut cum deos causam dederunt omnia 131
credebant decepti homines quod demones

habent potestatem in hominibus et
rebus humanis et etiam in elemen-
ta quia similiter videntur lesiones
corporum dum lederent cessabant / Cum
eorum potestas sit creatoris imperio sic li-
gata ut non quotiens volunt quanta
velint mala hominibus inferant /
sed quantum omnipotens permiserit qui ab in-
festatione hominum eosdem compescit
licet invitos et relaxat prout glorie sue
et saluti hominum videt expedire in sua
cum sua cedere / ut in Job 1 et 2 Regum
12 et 26 q 3 Sciendum 2 q 4 nec
mirum / Secunda causa fuit quia
facta quedam et occulta aliis predicere
videbantur per quod veram divinitatem
habere credebantur Unde et divinatio est
dicta / Cum tamen solius dei sit occulta
nosse et revelare 26 q 4 / 6 q 2
de sine salvatore et q 3 de / Dicunt autem
quamquam vera dixerint non tamen hoc nimis
exercenda / 26 q 2 illud et q 4 nec
mirum etiam sine / periculosum enim est
tali credere qui mendacissimus est / dyabolus
enim mendax est et pater eius Joh
8 Tertia causa / apparentia gesta
operum que revera naturalia opera
sunt sed quia permutatione operum de-
monum contingentium sive commixtio-
num naturas ipsas vel aliter ad opera
expedientium et admiratione facta sunt
opera demonum credebantur ab ignorantibus
hec unde eisdem opinionem attribuebant
/ De huiusmodi operibus est salicet
generatio ranarum aliorumque animalium
in quibus sola natura operatur sed ad-
hibitis adiutoriis que ipsa semina
nature conferunt et acuunt ut opus
generationis ipsum accelerent / quod ab
hiis qui nesciunt non opus nature

videatur que tardius talia efficere con-
suevit / 26 q 3 § Sciendum / 2 q 4
nec mirum quorum scientia atque virtute
exercentur magice artes quibus
tamen tantum scientia quantum potestas adeo data est
ut ad fallendos fallaces sicut e-
gyptios et impios magos esset data
est in opere illorum spirituum ut viderentur
mirandi a quibus sunt capiendi /
Vel ad monendos fideles ne talia
committant / vel ad exercendam pro-
bandam manifestandamque patientiam
iustorum / nota etiam quod omne genus
peccati prevenit et prevexit ydolatria
libido furta et alia occulta huiusmodi
studium a demonibus comparant Unde pro-
cesserunt nefandissima opera scilicet in-
spectio speculi inspectio spere inspec-
tio ungwinis / Et huiusmodi dicitur sacra-
tus enim sit execrabilibus et maleficiis
omnibus dyabolorum sacrificiis
impietas partim latet et partim
est manifesta si presenti scripture memoratur
Similiter luxuria sive amor mulierum
yra et odium et ambicio immani-
bus maleficiis causa que omnia de iure
prius sunt dampnate / 26 q 4 fere
per totum / sed expressius in illis cap 16
Episcopi / nec mirum Ad destructionem
huius ydolatrie nota quod aut sunt
boni aut sunt mali quibus huiusmodi
servitus impenditur / Si mali /
ergo nullo modo est sponte ab omnibus
ymo cum omni detestatione et supplicio
exterminandi sunt ab eis / Si boni /
ergo honor eis competens tamen in-
pendendus est et non honor debitus
soli deo sine cuiusdam iniuria altari(?) dari
non potest / Item Aut est de voluntate 132

A

illorum quod huiusmodi honor eis impendatur
aut non / si est de voluntate eorum
placet igitur eis iniuria creatoris
et sic patet illorum infidelitas qua
deum creatorem suo honore sibi de-
bito defraudant et sibi applicant
Item patet illorum iniquitas in hoc
quod sibi ius alienum usurpant / 26
q 1 / nec mirum / Si vero non est de vo-
luntate eorum nec indifferenter se ha-
bent si boni sunt ad tantam iniuriam
creatoris non attingunt / 26 q 1 sed
contra / patet ergo quod contra volun-
tatem eorum est quod honor huiusmodi eis im-
penditur quare offenduntur huiusmodi
honoribus potius quam placantur
cum igitur huiusmodi honores eis exhi-
bent infestos eos sibi ex hoc reddunt
potius quam placatos Item quanto
longius est aliquis ab eo statu
vel meritis huius vel quorum honorem
appetit tanto maior est eius vani-
tas atque superbia / cum igitur huiusmodi
longe infinitum sint ab altitudine
et supereminentia creatoris si appetunt
sibi impendi honorem creatori de-
bitum necesse sunt infinite vanitatis
et superbie quare infinite malicie
et ideo infinitum honorandi etiam
impugnandi utpote dei hostes inimi-
cissimi Si vero dixit aliquis quod
non honorem creatori debitum sibi
volunt impendi et servicia que
merito ei debentur / Quero ab eis
utrum gratis debeant hominibus impende-
re sua beneficia an non / Si non /
sed intuitu remunerationis sacri-
ficiorum et oblationum iam non
ut dii neque ut boni homines illa

prestant sed ut vilissimi homines
cum etiam homines vilissimi sint qui
venales sunt / Si dicunt quod in
hoc est gratia apud deos quia a cul-
toribus suis parva recipiunt et
magna eis tribuunt / Quero iterum
an indigeant huiusmodi muneribus
nostris an non / Si indigeant miser-
rimi sunt omnium et maxime inopes
qui saglonie talparum et vespertilionum
atque lacertarum indigent / et feliciores
sunt eis asini atque bufones qui
gratis et absque matrimonio aliquo
huiusmodi animalia ubique accipiunt
Si vero non indigent / ex hoc patet
eorum vilitas cum etiam minima quibus
non indigent pro beneficiis suis
exigunt Item Creature solum 133
possunt quod vult eas posse creator
et id solum agunt quod vult vel
sinit agere / 26 q 2 c. sine salua
et cap. b et 20 Si ergo prestant
beneficia ex diminutis hoc est ex
habundancia creatoris bonitatis
habundantis et influentis primo
in ipsas deinde per ipsas in alios /
quare gratiarum actio et collaudatio
de omnibus beneficiis impensis
esset maxime creatoris sicut et
ipsa largitio eorum quia in ipso vivi-
mus et movemur et sumus / 26 q ult. non
obstruetis / Et propter hoc in primis
et maxime ab ipso petenda sunt
et speranda / Quare si propter beneficia
cultus sive servicium debetur utique
deo per se debetur et propter hoc ei soli 134
In prestationibus enim beneficiorum
creature non sunt nisi ministri
universalis largitoris bonorum

deri. deferentes beneficia ipsius
quibus ea miserit / Et ita patet
impietas et insania ydolatrie que
per huiusmodi beneficium deificat creatu-
ram non distinguens quam incom-
parabiliter longe sit dator muneris
a nuncio illo deferente / Item / po-
tentia illa et virtutes huiusmodi deorum
aut sunt voluntarie aut naturales
idest per electionem operantes / Si sunt naturales
hec est non libere non necessitate operan-
tes qualis est ignis ad calefaciendum
cum non est liberum non calefacere eum
obmaneret ei materia calefactibilis
quomodo vero quia non potest non calefa-
cere / Tunc nec habet in potestate continere
virtutem suam / ergo nulla gratia est
exhibenda huiusmodi diis pro prestatione
beneficiorum sicut nec igni ob cale-
factionem / Quare non sunt colendi ullo
modo propter beneficia / Si vero sunt
voluntarie et liberi huiusmodi potestates
tanto maioris gratie maioris quam li-
bertatis sunt quanto fortius gratiarum
benemoriti sunt si tamen boni sunt
Ergo omnis iniustitie et ingratitudinis
magis inimici quanto deo huiusmodi iniustitie
et iniurie quod deo altissimo cultus
suus et honor aufertur maxime
sunt inimici / Quare ipsi dii ydolatrie
maxime sunt inimici et ideo contrarii
135 ydolatrarum ¶ Siquis dixerit quod
placandi sunt dii quia indone
irascuntur mortalibus / Quero ab
eis propter quid irascuntur / Si enim non
propter peccata irascuntur mortalibus
manifestum est quia iniuste iras-
cuntur eisdem / et ideo ipsi iniusti
sunt ex necessitate et peccatores / quare

non solum non habendi sunt ut dii
sed potius ut dyaboli mali / Si
vero irascuntur mortalibus propter pecca-
torum ergo maxime placantur eis
cum peccatis intersunt / Contrariorum
enim contrarias esse causas c-
ontrarie / Si autem exardescit ira eorum
donec offerantur eis carnes et san-
guis animalium manifestum est quod
ira huiusmodi non est ira deorum sed est
potius bestiarum insatientium donec
ceperint predam / Quod si propter rabiem
aut sevitiam tum timendi sunt ut
serpentes atque leones non restat
igitur nisi ut eadem ratione deificent
serpentes atque leones / Siquis
vero dixerit quod dii interpellantibus
nobis sive precibus nos adiuvant
beneficia que petimus nobis apud
deum altissimum impetrantes / Eundo
quod sic hoc honorandi sunt ut patro-
ni et advocati non ut iudices a-
domini neque ut dii / et ideo eis nec
sacra nec sacrificia constituenda sunt
Item si quis obiciat quod dominus insuper
quibus homines cedant animalia et
parva et magna ad honorandum
eos et serviendum ipsis / cur non
deus licitat talia fieri in prestationibus.
Eundo quia et si deus permittat alia
liceat hominibus et occidi per eos non
tamen ut sacrificium ¶ Sacrificium 136
enim est munus quod offerendo
sacrum fit et sacrum efficit offerente
quantum in illo est et in illo pro quo of-
fertur / Quapropter omnis sacrificans
ex ipso quod sacrificat et munerum
sacrativam et emundativam potestatis
attribuit ei cui sacrificat / Hec

aute virtus non est nisi dei altissimi
attribuunt etiam eidem latriam hanc vere
sanctificatiuam ut eo ipso numinis sum
sit quod eidem offertur / Cum igitur
aliquis quum deo altissimo sacrificat in
ipso facto illud quidem ipsum sit sacrifi
catoris et offerentis et muneris et eius
etiam pro quo offertur esse confitetur / et propter
hoc confitetur omnipotem creatorem
ac dominum altissimum / Ex quo patet iniuria
et contumelia creatoris committitur
cum singularis gloria eidem aufertur
et in aliud quodcumque transfertur / et
tanto gravior iniuria quanto vilibus
vel odibilibus transfertur / Eodem modo
de aliis causis sive intentionibus
sacrificiorum / de quibus infra capitulo sequenti
Sacrificiorum / Item placato deo
deorum mortalibus placati sunt
dii huiusmodi aut non / Si sic superva
cuum est ergo propitiacionem et favorem
illorum querere sacrificiis et muneribus
Si non discordes sunt a domino bene
placito voluntatis quare mali et
iniqui / Item aut deo deorum sciente
mortalibus si ira huiusmodi deorum
potest nocere mortalibus aut non
Si potest deus deorum non est omnipotens
nec deus deorum vere cum cohercere
non possit deos huiusmodi ne contra
favorem suum et voluntate noceant
mortalibus / Si non potest non est ergo
timenda nec curanda ira eorum nec
querenda eorum placatio sacrificiis
et muneribus / Manifestum est autem
nullam omnino substantiam aliquam posse
contra beneplacitum creatoris / quare
nec prodesse nec nocere potest contra
beneplacitum ipsius / Et ideo nichil
omnino cultus aut honorificentie
impendendum est diis quantum ad
spem eorum potentem propter aliqua bona

vel mala que potest evenire / Item
aut est libera potestas seviendi in
quoscumque vel quantumcumque voluerint
aut non / Si est libera quo ergo
parcimus contemptoribus suis et ex
terminatoribus cultture sue / Si non est
libera sed ligata et limitata / est
igitur impotentie ligatoris in quos et
quantum et quando seviant / Solus
aute ligator creator est ac limita
tor huiusmodi potestatis / quare ipse solus
orandus est et adorandus contra
iram atque seviciam huiusmodi bestiarum
et non ipse bestie / Quare omnino in
utilis est ipsorum cultura / Si quis
vero obiciat / Cum nos sanctis hominibus
edificamus templa et festa eis
statuimus et cantus et lectiones
sicut ffaustus hereticus contra xpianam
religionem dixit / scilicet quod xpiani
ydola in martires et sacrificia in
agapes converterunt / Respondeo quod
non sanctis vel aliis templa edi
ficamus sed deo altissimo etiam quod
honoris sanctis impendimus ut
dei amicis et dei servis propter ipsum
deum hoc facimus / nec sanctos in
vocamus aut oramus ut deos neque
ut auctores bonorum que nobis
prestari petimus / sed ut interpellatores
et impetratores / nec petimus ut
nobis beneficia largiantur nec dicimus
sancte petre salva nos / sed ora
pro nobis / Martires igitur et alios sanctos
colimus non ut illi ydola a quibus
credunt sperant et possunt sibi
dari ea ut ab auctoribus quod est ydolatria 137
/ nos autem credimus quod unus solus
est verus deus omnipotens ut
hic dicitur quod est contra cultores
Maliciae ecclesie / quam fides
catholica ut ydolatriam iudicat 138

189 De milicia celi habetur 4 Regum
21. a. / 2 paralipomenon 23 / Deut. 18
ys 3 et 8 / Sopho. 1 / Circa que
sciendum est quod miliciam celi
dicunt magici multitudinem spirituum
quos dicunt presidere ubicumque
celorum et in eodem ministrare / Et po
nunt angelos ministrantes signis
et presidentes planetis / Similiter et
alii qui president igni / alios mari
alios terre / Et vocabantur nominibus
eorum huiusmodi spirituum vel angelorum
prout credebant congruere maleficiis
suis / Vtebantur etiam in scripturis
et sculpturis huiusmodi nominibus scri
bentes vel sculpentes ea in instrumen
tis maleficiorum et hoc in ymaginibus
vel speculis vel laminibus vel rebus
aliis sicut legitur in libris eorum
quos decepti et perditi homines scrip
serunt vel demones sub nominibus
eorum / Impietas huiusmodi operum inde
190 patet quod omnia maleficia que docent
fieri perimendis sanctis et iustis
hominibus ac pervertendis ut propria ma
lis et impiis quod si huiusmodi spiritus eis
assunt cultoribus suis in faciendis
malis vel faciendis bonis mani
festa est eorum impietas et iniquitas
Si autem non assunt eis nisi in
faciendis bonis vane igitur et frustra
impenditur eis cultura pro faciendis
malis quare mendaces ex veri
tate sunt et libri huiusmodi et scrip
tores eorum et ipsi dii per ipsos quorum
revelatione se talia scripsisse dicunt
Item si bonis non ponte faveant
et ea propter negligant vel si malis
faveant et ea propter illecti muneribus
utroque casu contingente mali sunt
ergo nullo modo colendi / Item si
due gentes bellum habeant ad invice
cem alteram bellum iniustum habeat
et utraque moveat deos suos / quid

facient dii isti utriusque / Si enim faveant
utrique genti sunt igitur utrique vel al
teri eorum faveant parti inique et fo
vent iniusticiam / ex quo patet quod
mali et discordes sunt ex quo sic
ad invicem pugnant / Item aut
pax aut amicitia est inter huiusmodi
deos aut non / Si sic unde est igitur
ut unusquisque amet cultores om
nium illorum et faveat eis / Non ergo recipi
ent a cultoribus munera ut impe
diant cultores alterius aliorum similiter
ergo eis huiusmodi munera aut sacrifi
cia offeruntur / si non est pax inter illos
nec amicicia ergo inter se discordes
sunt et sic mali cum sit odium inter
inter illos / Item aut odiunt se
invicem iusto odio aut non / Si
iusto ergo merito sunt odibiles
et ideo omni honore sunt indigni
Si autem iniusto odio se odiunt con
igitur iniqui sunt et mali et ideo
magis contumelia quam honore digni
De ydolatria stellarum et 191
luminum / Nonnulli quod aliqui
sunt huius erroris / dicunt
mortales subiectos esse soli et lune
et stellis etiam quantum ad sapientiam
et ignorantiam et quantum ad mores
bonos vel malos / Et dicunt celestia
lumina secundum situs suos seu constellati
ones causam esse morum et bonorum
vel malorum in hominibus / diversitates
etiam regnum et sectarum attribuunt
celis et stellis / Quod nullus modis
potest esse / primo quia non propter stel
las homo sed stelle propter hominem sunt
facte / hoc patet Genesis 1 / Fiant lumina
ria in firmamento celi / Et subditur
Et illuminent terram / Et sic illuminatio
tenebrarum causa sunt quare fierent
preterea iubente Josue sol et luna
obedierunt / Josue x / Ezc. 4 Regum 20
et ys 38 / Ergo cultoribus dei sol

71

et luna subiecti sunt et non econverso
Item Si constellaciones sive stel
larum et luminum posiciones sunt
cause omnium eventuum sicut erit ut
ab omnibus operari incipientibus illa
hora eadem prorsus vel similia fiat
in eadem regione cum eadem prorsus
causa sit omnibus et singulis opera
cionum illorum Sed hoc patet esse falsum
cum in eadem hora singulariter multa
milia hominum in eadem regione quorum
opera penitus sunt diversa et multi
incipiunt itinerari vel operari quorum
eventus penitus sunt diversi nam
alii vendunt alii emunt alii di
tantur alii depauperantur alii vivunt
alii moriuntur alii fiunt reges alii
servi Unde patet manifeste quod
una constellacio non est signum
tante diversitatis Item aut huiusmodi
constellaciones sunt signa tantum
inferiorum eventuum aut signa et
cause simul Si signa tantum aut erunt
connotancia res de necessitate vel non
Si sic tunc igitur signa sunt necessaria
ita quod mutari non possent erunt
ipsi eventus immutabiles et ita de
necessitate evenirent omnia mortalibus
quod est error Si non signa de
necessitate non connotantur eventus
inferiores non sunt igitur vana et ideo
non est eis credendum Si autem
sunt signa et cause simul eventuum
inferiorum cum ipse sint necessario erit
eventus ex necessitate necessarius quod
est iterum error quia sic esset vita
hominum immutabilis prorsus Et hac
materia habetur in expositione dierum
Epyphanie 26 q 2 illos et ad istud
26 q 3 et 1 et q 4 non licet Contra
hunc errorem Galat 4 ubi repre
hendit apostolus eos qui dies et men
ses et tempora observabant

Hinc eciam patet destrui error iste 192
Unum ut dicit philosophus natura
operatur per modum servientis
Servilis autem operacio vilis est
comparacione virtutis libere operan
tis Erit impossibile est causatum esse
nobilius quam virtutes celorum et
stellarum et luminum impossibile
est causare in nobis aliquam vel vir
tutes vel bonos mores vel eciam
quascumque artes vel leges vel vo
luntates cum hec omnia nobiliora
sint omnibus huiusmodi virtutibus quas
ipsi ponunt in celis Causa autem
in naturalibus semper nobilior est
causato Item virtutes ex quibus
fiunt huiusmodi operaciones aut sunt
corporales aut spirituales Si corporales
non possunt taliter imprimere disposi
ciones spirituales Agens enim naturale
intendit dare quod habet et assimilare
sibi recipiens Unde patet quod nec
leges nec sciencie nec mores sunt
ex talibus virtutibus Si dixerint quod sint
spirituales constat quod huiusmodi virtutes
non operantur intelligendo ymaginando
et desiderando prout apud se Unde
necesse esset huiusmodi luminaria prius
intelligere ymaginari ac desiderare
huiusmodi impressiones in hominibus et hoc
est inconveniens Item iste im
pressiones non mutantur loco vel tempore
Eque enim intelligimus ymaginamur
et volumus in uno loco vel tempore
sicut in alio ut patet Quare pla
nete et alia luminaria eque valent
ad huiusmodi operaciones in uno situ vel
loco ut in quocumque alio Si vero 193
opposuerint huiusmodi erronei quod deus
fecit luminaria celi ut sint in
signa et tempora et ut presint diei
vel nocti Genesis 1 Et propter hoc dicunt
cursus luminarium observandos

in suis operacionibus Unde in
libro Augustini quod non ad observanciam
vanitatis fecit deus luminaria celi
sed ad distinctionem temporis et ut
terram illuminarent ut ex littera patet
194 Item quero ab huiusmodi ydolatris
si intendunt hoc cultu servire cor-
poribus inanimatis vel animatis
aut spiritibus formis vel qui animalibus
huiusmodi vel corporibus presidunt / quod si
spiritibus / hoc destruxi in predictis
Si non corporibus animatis et anima-
libus nec est huiusmodi animalia esse
rationalia aut intellectualia aut non
Si non vane igitur et ignominiose
illis servitur cum nec servicium agnos-
cunt nec servitores et iccirco nil re-
munerationis aliis grandium / Iste
195 brutis animalibus divinum honorem
impendere est manifeste insanie
quia ordinem nature intollerabili
perversitate pervertit cum homo qui est
animal rationale animalibus irra-
tionabilibus per adorationem vel cultum
se subdit / preterea cum huiusmodi animalia
nec audiant nec videant adorantes
patens est ac si surdis et cecis offeret
Item tanta est distancia tantaque
remocio huiusmodi animalium a nobis
ut nullus noster clamor interior possit
pertingere ad illos / cogitaciones vero
que in corde sunt interius ad ipsos
impossibile est venire / quare frustra
fient eis Item aut possunt quodque
benefacere aut non cultoribus suis
Si non possunt aut ergo naturaliter hoc fa-
ciunt aut violenter aut voluntarie
Sed constat quod non voluntarie / cum
voluntas non sit nisi rationalium
animalium / Si non naturaliter aut violenter
ergo penitus hoc nec gratia nec cultu nec
munere digni / Ergo patet extrema
fatuitas huius colendi Istud autem
196 nondum quod quidam philosophi dixerunt

celum et stellas et lunam divina
quedam animalia esse et tanto
prestanciores esse animas corporalibus
humanis quanto corpora illa celestia
corporibus humanis antecellunt
Et hac de causa visum est eis quod
nobilitate sublimiores essent hominibus
et hominum custodes et rerum humanarum
rectores / et ob hoc honores divinos
et sacrificia eis statuunt / contra quos
induci possunt que contra culturam corporum
spiritualium superius sunt inducta /
Item iuxta quod scripsi sunt astrono-
mi et adhuc observant certis
temporibus vicibus et determinatis
hiis diis dominantur annis et annorum
partibus et plus aut minus possunt
secundum quod plus aut minus admini-
strant a benivolis suis vel impediun-
tur ab aliis / Et ita patet quod non possunt nec
noscunt ut dii vel divini secundum se
impotentes ab aliis adiuvari et ut im-
peri ab aliis impediri / cum ergo manifestum
est astronomiam et ydolatriam sibi
non contradicere et patet hoc alterutra esse
vanam vel falsam Item cum o-
perantur in rebus humanis pla-
nete et stelle et luna et in mundo
isto inferiori aut operantur naturaliter
aut voluntarie aut violenter / Si
naturaliter non ergo plus adorandi ve-
nerandi colendi sunt per hiis quam ignis
sit per calefactione sua naturali / Si
violenter / multo minus / cum non
violentie operanti sed violencia inferen-
ti et cogenti magis illud debetur / sicut
si per bono quod provenit revolutione
mole molendinarie ipsa rota non
est veneranda sed potius aqua cuius
impulsione illud bonum efficitur potius
esset colenda si alterum esset colendum
/ Dii ergo isti nullo modo possunt bonum
huiusmodi sunt colendi / Si vero voluntarie

operantur aut hoc faciunt sola vo
luntate sine motu corporali aut non
si sit / Sed constat quod huiusmodi dii
quantum ad voluntatem inmotum et in
eodem statu permanent quia continue
ea velocitate qua movetur mutantur
situs et loca / Si vero non sunt motu
corporali non ergo operantur ut dii
cum hec est nobilitas divinitatis
ut eius favore solo bene sit mor
talibus / Cum autem huiusmodi deos ado
randos putant quia inponunt eis
adorandas aeris temperationes ca
lorem et pluvias et cetera huiusmodi cogitent
et si verum non est esset necesse propter hoc debitum
huiusmodi cultus eis que ydolatria dicitur
Si enim naturaliter ab eis proveniunt
sicut lumen a calore solis et calor
ab igne non per modum divine opera
tionis proveniunt ab eis / Et ideo nec
propter hoc colendi ut dii alioquin et
panis et vinum et vestimenta et
medicamenta ac calciamenta ceteraque
bene nota nobis essent adoranda
ut dii cum ab ipsis nobis tam utilia
bona naturaliter proveniunt / Si autem
solo nutu et beneplacito hec nobis
operantur ergo ubicumque sunt et quali
cumque sit figura vel situs corporum sine
appetitus inclinatione hec operabuntur
Hec enim est excellentia deitatis ut
nec ex loco nec ex tempore pendeat
favor aut gratia ipsius / Insuper ea
que impiositas voluntatis ipsius
ut nec impediri possit ab eo quod
vult nec cogi ad illud quod non vult
cum ac omni hora omni tempore omni
loco idem permanet / non pendet igitur corpo
ralitas ex huiusmodi nec minus libera vo
luntas corporum pendet ex huiusmodi /
Frustra ergo explorant loca dig
nitatem fortunationes et cetera

huiusmodi vel contraria eis Item 19a
nota quod si naturales sunt opera
tiones celestium corporum sicut et calorum
stellarum et luminum / natura autem
operatur ad modum servientis propter
hoc serviliter / constat quod ex huius
operationibus non debent haberi ut
dii tum ex servitute nemo debeat
haberi nec reputari ut deus nec ni
gredine albus aut ex calore frigidus
Apparet igitur erroneitas et ridi
culositas eorum qui ex servitute deos
putaverunt / Extrema quippe omnium ser
vitutum servitus est nature quia
longissime est a libertate / operatio
enim naturalis ignis scilicet calefactio
nichil omnino est in potestate ignis
non enim est in igne ut plus vel
minus vel aliter calefaciat vel non
calefaciat vel ut quicquid calefaciat
vel quicquam non / sed necesse habet quantum
cumque potest et qualitercumque potest et quo
cumque modo potest / In nullo autem
genere servorum reperiri potest ista servi
lis necessitas scilicet ut nichil posset de
trahere vel addere cuique operi sue ser
vitutis / Cum ac manifestum est
sublimitatem divinitatis istos de
iecisse in infimum servitutis et co
niunxisse in eisdem substantiis
duarum contrarietatum extrema
scilicet ultimum sublimitatis et ultimum
inferioritatis ultimum impiositatis
divinitatis sue essentialiter et inco
mutabiliter precedit / Cum ac impossibile
est contraria corporum ad ipsum pertingere
Non oportet nos laborare ad de
struendum cultum ydolatrie in cor
poribus omnino inanimatis multa
comparatione ad hoc propter sufficiant /
Baruch vi / Et tamen intelligenti intelli
gentia adeo ridiculosus sit utque

illum exercent non solum pena
indigent sed etiam sensu carent primi
indicantur. Adorator enim lapidis
vel ligni sine consimilis alterius rei
huiusmodi ipsa adoratione confitetur et
testificatur viliorem se ligno et la
pide. Et propter hoc adorator ymaginis
lutee confitetur se luto viliorem esse
consequenter autem et vitam et animam
et intellectum et rationem se habere negat
ipsa quippe adoratione huiusmodi confitetur
se nichil nobilius habere vel esse
quam sit illud quod adorat et propter hoc
confitetur se non esse hominem
168 De ydolatria quatuor elementorum
dicetur. 26 q 1 c 1 Cultores
ignis miserunt abraham
in ignem quia ignem colere detes
tabatur. Sed ut legitur Genesis 11 deus
illesum illum liberavit de ur calde
orum. Ur enim interpretatur ignis sed
expressum nomine novo dicit deus ego
dixi abraham de igne caldeorum
De ista ydolatria habetur Sap 13.
Hec ydolatria dicitur pyromantia
que est scientia de igne. Quia in
igne et in flamma discernere sive
cum inflectione se scientiarum expe
mentorum efficatia comprehendunt.
Sciendum autem quod multe reliquie
huiusmodi ydolatrie adhuc sunt apud
nos. Quod enim mulieres mulieres
faciunt fieri de transiliendis ignibus
vel accendendis de aliquo foco huiusmodi
ydolatria est. Similiter quod foci fiant
ex ossibus tempore solstitii prout hoc
alicubi fit in nativitate beati
Johannis baptiste. Nec credibile
est quod in memoriam ossium beati Johannis
fiat. Tunc enim venatio sancti Johannis
combustio ossium eius et huiusmodi
nec ipsi qui faciunt hoc intendunt
quia ab insipientibus et pueris
fit hoc tamen. In multis etiam locis
fiunt foci huiusmodi de solis lignis
vel stipulis et alicubi vadunt
ad loca excelsa gestantes faces ac
census. Similiter foci quos consueverunt
fieri in kalendis januarii et in
vigilia Epyphanie. Ex hoc etiam
ritu videntur combustiones mortuorum
quibus consueverunt comburi magis
magnates. Jeronimus 26 q 6. De de 169
structione huiusmodi superstitionis suf
ficit quia ut supradictum est operatio
ignis extreme virtutis est et ideo
a sublimitate divinitatis in ultimo
elongatur. Item manifestum est quia
ignis magis debet adorare paleas
stipulas ligna folles et inflatio
nes earum et cineres quibus tegitur
ne extinguatur quam adorari agnoscitur
tibi huiusmodi enim et ex hiis generatur et per
hec subsistit. Item non magis
parcit ignis adoratoribus suis
quam extinctoribus eque enim utrosque
exurit si utrique in eum mittitur
stultum est ergo illum adorare ut patet 170
Aerem dixerunt ydolatre
principium esse rerum ut
patet Sap 13. Cum etiam
videant hec ex ipso esse omni animali
bus propter spirationem. Et quia nubes
pluviam et rorem aerem administrare
crediderunt ex quibus fruges
et fructus et vegetabilia vivere et
nutriri videbantur ipsum tonitruum
etiam vocem aeris esse credebant et
quia erat tam terrifica ipsam opinati
sunt esse vocem dei mortalibus
minantem et iram suam per sequentia
indicantem. Horum error
fuit quia ignorabant generationes

nubium et pluviarum ac tonitruo
141 tonitrui et fulguris ¶ Tonitruum
est sonitus collisionis ventorum
et extinctionis ignis in nube
sicut sonitum efficit extinctio fer-
ri candentis in aqua ¶ / Fragor autem
ex collisione est sonitus sequens ex
142 extinctione ¶ Choruscatio autem est
splendor ignis qui generatur ex colli-
sione ¶ Fulgur idem est quod ignis
qui violentia collisionis deorsum
emittit cum propter acumen subtilitatis
et vehementia caloris corpora in-
feriora non resistunt ¶ Omnia nec
vita sua non minus indiget esca
quam aere nec minus indiget / pari
errore eum colere et adorare tene-
bimur / magis adorandus et colendus
esset pulmo in nobis cuius virtute
sic aere utimur / non enim aer se
sponte ingerit nisi virtute pulmo-
nis attractus / item per violentiam
et motum suum naturalem illum aethnicus
quam magis violentia / et ut ita
dicamus rapina in nostra aspiratione
patitur aer quo potest beneficientia
aliena enim vi et violentia extrahitur
ab ore quodque nobis impartit illa at-
quiritur et non eius beneficentie vo-
143 luntate ¶ Eodem modo potest dici contra
ydolatriam maris sine aque terre
sine ipsis corporibus impendatur sive
spiritibus quos eidem preesse autu-
mant / de huiusmodi ydolatria habetur
plenius / 26 q 2 / nec mirum / Et sic
ydolatria dicitur ydromantia que
est scientia aque / et interpretatur
ab ydros quod est aqua eo quod inspi-
citur in umbra aque stantis sine
currentis ut quedam scientia experi-
mentorum habeatur

De ydolatria ydolorum que 144
denique propter se ea quorum erant
ydola colebantur / nondum quod
quocumque modo adorentur ydola
sive propter se sive propter celestes formas
sive propter spiritus in eis dantes responsa
dampnata sunt 26 q 2 illud et
q 4 contra ydolorum / et per predicta satis
patet eorum destructio / omnia ex quo
nec ipsis spiritibus nec ipsis formis
celestibus impendendus est cultus
ergo nec alicui propter illa omnia propter
quod unumquodque tale et illud magis
alioquin melior esset incomparabiliter
similitudo ipsa veritate et signum re
ipsa / et a pictura vel sculptura certe
quemdam animalem quod nec spiritus
veritas prestare potest / Si quis abiciat
quod ydola sunt magis terrifica quam
homines quorum sunt ymagines /
respondeo quod virtus nimirum non
facit ydola terrifica vel homines
mortuos vel serpentes / sed horret
natura humana mortem in cadave-
ribus mortuorum et mortis similitudine
in ydolis ¶ Secundum ysidorum / ydolum 145
est simulacrum quod humana
effigie factum et consecratum / e mixta
notabili interpretacione / ydos enim grece
latina forma sonat / et ab eo per
diminucionem dicitur ydolum / ydolum
etiam dicitur locus ubi ydolatre veniunt
et colebant ydolum / item ydolum
quoque dicitur lignum vel alia res sit
figura / Nunquam non dicitur quoniam
ex ymagine et demone presidente
et sic sumitur 1 Cor 8 a ubi apostolus
ait quod nichil est ydolum / illud non
quod putatur ydolum esse est persona
subsistens ex simulacro et spiritu
presidente nichil est in eo videlicet quo

credentur aliquid esse hoc est carmine
vel virtute vel locutione immissione
occultorum revelacione sive divina
tione. Isto enim subtracto nichil de
perit possitorum quia nichil numinis
prestat ex aliquo quod in se habeat
ad predicta sed sola veneracione que
est in mente adorantis et colentis
ydolum propter quod quia prius inducit ad aliquid
faciendum. Unde dominus non dedit aliquod
duorum cherubim qui stabant super
propiciatorium / Exo. 24. sed de medio
ambarum immissa dedit filiis Israel ne
daret eis occasionem colendi alterum
utrum eorum. medium autem illorum nulla
habebat ymaginem propter eandem causam

176 De ydolatria ymaginum. Nota
quod multa ydola gentilium que
ymagines erant tamen ad me
moriam et reputacionem aliquorum in
quibus nichil numinis esse credebant.
Talia non erant que credebantur esse
habitacula deorum id est demoniorum / psalmus
omnes dii gentium demonia. In illis
demones decipiebant homines dan
tes eis responsa ac si in ipsis habitarent
inducti sacrificiis que eis exhibebantur.
In quibusdam ymaginibus credebant
gentiles aliquam virtutem esse infu
sam. eo quod sub certis horis fundebantur
vel sculperentur aut fabricarentur ut
mathematici mentiuntur homines tra
here mores ex hoc quod tali hora nascuntur.
Similis error est illorum qui dicunt
ymagines sexto anno a fictione
sua sortiri virtutem ut decepti predicas
ymagines dicunt esse deos fictic
os /
177 Quare ydolatrie dedit causam ni
mius dolor de amissione amici
Sap. 9. / ubi pater fecit filii ymaginem
filii ut esset ei solacium / et quia
reis ad eam fugientibus parcebat

venerabantur eam ut deum / et di
cepit error multiplicari quidam vo
cabant bel. alii autem baal. alii
balim. alii beelzebub secundum varieta
tem linguarum / Alia causa fuit be
nivola principium qui fecerunt se a
dorari tamquam deos / Dan. 3. et Judith
3. / et Sap. ix. / Tercia causa fuit
ambicio acquirendi graciam maioris
Sap. 14. / Quarta causa fuit amor
reipublice / et inde romani suos
imperatores sic honorabant et alii
suos reges. Quinta causa fuit error
operis humani nullatenus creature
/ de primo Sap. 14. / de secundo Sap. 13. / Sic
autem querat cur insani homines
vel prius coli vel adorari appetebant
et sibi fieri ymagines / Unde Dan.
3. / Dicendo quod in natus est animabus
nostris naturaliter amor divine similitudinis
et eiusdem desiderium / quia amor et desi
derium beatitudinis naturaliter nobis indi
ta sunt et innata sicut et fuga
miserie / Beatitudo autem non est nisi
nisi similitudo sive assimulatio
creatoris / Quia igitur huius amore
et hoc desiderium perverunt tenebro
sitas atque corrupcio mentibus singu
quamvis non tamen falsam assimula
cionem sive similitudinem eiusdem.
quam eciam impia atque sacrilegam
sicut falsam beatitudinem in volup
tatibus falsam contemplacionem in divi
ciis temporalibus. Quarto ab eis 178
qui dicunt demones in ymaginibus
loqui vel loquantur in eis sicut anima
loquitur in corpore per organum aut sicut
in vase vel in archa aut in alio
vasculo / Sed patet quod non ut anima
tamquam per organum corporis quod organum
motus nostri movet in formacione

A

loquele / huiusmodi autem plus nichil
operantur per huiusmodi ymagines neque
organa / Unde non mouent labia
vel linguam harum ymaginum
que dant ymaginem nec membra yma
ginum utuntur ut organis. quare non
loquuntur demones in statuis huiusmodi
sicut anima in corpore / per quod declaratur
etiam quod neque in statuis tamquam
in basis loquuntur sicut neque in vitro
glacie vel cristallo que puer inspi
cit neque in spata neque in ouo neque
in pelui neque in manubrio ebur
neo cum impossibile sit maligno
spiritui per se voces formare. Item si
vera vox esset quam audiunt tamen
omnes astantes quorum auditus essent
ita bene dispositi et ita boni
organi. manifestum est audirent huiusmodi
esse sicut compruantur quibus vocem
ymagines vox esse videntur. Item
si loquuntur demones in statuis ut
in base vel archa vel in pixide
tunc nullus honor deberetur propter hoc
huiusmodi statue nisi quemadmodum deberetur
arche vel pixidi nec plus nomine
deitatis digne sunt ut archa vel
pixis. Item si statue non aliud quam
basis sunt non preciosiores sunt
eis statue figurationis humane
quam alie vel pixides quod est contra
errorem illorum qui dicunt statuas
esse deos fictos constellationibus
accipientes virtutem demonum sicut
lapides preciosi virtutes quas eis
attribuunt omnes videntur / Confirmant
179 etiam quod si forme cere agnorum
hanc virtutem accipiant per benedictionem
summi pontificis quod fulgura compes
cunt ne ledant eos qui has detulerint.

Item si campane per benedictionem
accipiant virtutem ne tempesta
tes noceant regionibus ubi earum
sonitus auditur / Si sal et aqua
per exorcismos et benedictiones
virtutem effugandi ac abiciendi de
mones recipiunt / Si cerei qui be
dicuntur in festo purificationis beate
marie virtutem arcendi fulgura per
benedictionem accipiunt / que omnes vir
tutes diuine esse creduntur. videlicet
videtur huiusmodi errores ut prius ex con
stellationibus virtutes iste darent istis
ymaginibus / Dicendum / ex potestate omnipoten
ti virtute sunt creatoris unde non petit
sanitatis deuocio ab aqua benedicta
ut fugat demones nec a campana
nec ab agno cereo nec a cereo benedicto
ut arceat fulgura et tempestates
sed ab omnipotente creatore / Sicut ergo
regale signum ducatus defensores se
tuetur ab hiis qui regi subsunt
et hoc non sua virtute sed potestate
regia et voluntate / Sic huiusmodi res
vel signa non sua virtute sed bene
placito creatoris approbatis non
omnes pretergunt sic portantes 180
Quod autem dixit Mercurius statuas
futurorum esse prescias vel posse deos
fieri manifestus est error / Cum di
uinitas aut deitas non posset esse in
substantia non intelligente intellectus
autem vel scientia esse non potest ubi vita
non est / Cum enim non viuunt non sentiunt
non intelligunt / Et propter hoc verisimilius
esset quod huiusmodi diuinitas deberet
descendere super substantias magis recepti
biles. quare super animas racionales et
corpora magis quam super statuas /
prelibus enim animalibus sunt vita
et apprehensio que sunt fundamentum

et separatio ad nobiliores et sublimi
ores operationes / Qui statuas ante
non istem abiliores et separatiores
sunt quam statue facilius esset et
dignius homines deos effici quam sta-
tuas ymmo porcos et asinos Ex quo
patet insania et ridiculositas pre
dictorum errorum

1 Contra ydolatriam caracterum
figurarum sigillorum et impres
sionum. Sciendum quod hec fuit
quorundam stulticia ut crederent figu
ras sive sculpturas scriptas pictas
vel impressas virtute habere divinam
ad operandum mirifica / huiusmodi autem
erroris destructio patet per hoc quod im
possibile est figuras virtutem habere
quantamcumque aut ex parte materie aut
ex parte forme scilicet figurationis aut
ex parte amborum simul / Si ex parte ma
terie scilicet metalli vel ligni vel huiusmodi
ergo huiusmodi virtus potius est materie
quam figure. Omne enim clarum magis
et minus est apud doctorem / Si ex
parte forme / sed ista forma est accidens
ergo erit in accidente divinitas quo
absurditate non est minor / Si non
ex parte amborum esset / ergo divinitas
non simplex sed composita est igitur
impossibile est in figuris divinitatem
esse vel divinam virtutem per hoc quod
sunt figure. Sciendum ergo quod
2 figure et caracteres huiusmodi non
possunt ex virtute sua naturali aliqua
operari mirifica illa que illis attri
buuntur. Sed ex demonum pacto cum
polliciti sunt cultoribus suis per sig
na huiusmodi se adesse / Exempla autem
operum que per signa videntur fieri
manifesta sunt in regibus et sub
ditis eorum quorum litteris et impressio
nibus anuli vel ymaginis a subditis
obeditur. Signata autem et 3
huiusmodi impressiones cultores ostendunt
illius ydolatrie ad quam pertinent illa
signa / Sicut enim animalia certo
signo vel caractere cognoscuntur /
sic dyabolorum istorum caracterum
impressionibus dyabolici se ostendunt
cultui insignitos / Et sicut iudei
signaculo circumcisionis pacto Abrahe
sic et legi moysaice consistuntur se
esse astrictos / Et ideo huiusmodi vanitas
creatoris fides catholica detestatur
Sicut enim christiano nephas est circum
cidi sic et huiusmodi sigmatibus insigni
et caracteribus imprimi est nefandum

4 De ydolatria verborum et nominum
Tanta virtute imposuerunt
nominibus et verbis malefici
ut ipso auditu homines et alia
occiderent. sicut legitur in vita sancti
Silvestri / Et inspectione figurarum
sive scripturarum quibus scripta essent
de huiusmodi habetur 26 q 2 illud / Sed ple
nius 2 q 2 nec mirum / Contra
quos nota / Cum a hec virtus in
est huiusmodi verbis aut ex parte ma
terie id est aeris aut ex parte forme vel
soni aut ex parte signorum aut ex omnibus
hiis aut aliqua alia compositione
ut mortem inferant sicut fit in
inspiratione quorundam draconum
vel bufonum / Sed ex parte soni non est
possibile / Sonus enim sive sonatio
non potest nocere audientibus nisi per
vehementiam actionis sue aut per
magnitudinem sua ut fragor toni
trui aut rugitus leonum propter
terrorem audiens possit mori /
Omnis enim passio animarum vehementia

B

sua morte potest infligere pacienti
Hec autem virtutes naturales sunt
nichil omnino deitatis habentes. quare
manifestum est verba et nomina ex
parte ista nichil virtutis divine habere
Item tercia via erronea est et im
possibilis scilicet ut apte signati sit
huiusmodi virtus nominibus et verbis
sine malicia ad nocendum / Si enim
est hoc est nomen dyaboli et inferni
et mortis. mortem et tormentum
inferrent audientibus Item bo
nitas et salubritas signati sanitatem
hoc prestaret virtute verbis atque
nominibus. et hoc iuxta immensitatem
bonitatis quare tanta virtus esset
benedicti nominis creatoris ut ad pro
lacionem ipsius omnia mala tollerentur
ab audientibus et omnia bona presta
rentur eisdem / Quare tollerentur mors
et infirmitas et fieret resurrectio
mortuorum et ablacio omnium nocumen
torum Item impossibilitas quarte
sic patet ex precedentibus Cum enim ad
predictam virtutem prestandam nullum
precedentium iuvat omnia illa simul
non eam prestare Item neque signis
nec intelligentes nichil virtutis
habent nomina et verba / Et ita
manifestus est error illorum qui
virtutes mirificas attribuunt nominibus
et verbis / Et illorum qui sigillis an
nulis ymaginibus caracteribus
planetarum tantas virtutes attribuunt
quod totum mundum inferiorem. per
illa impetrare se habere crediderunt
similiter et illorum qui solum ex nominibus
creatoris pene omnia magica et
mirifica opera imposuerunt / Cum tamen
autem sit vox illa valde barbara
est. nec est aliquod de certis nominibus

quibus apud Hebreos nominatur ipse
creator Contra huiusmodi errores 4
nota quod execrabiliter polluunt illud
nomen qui eo abutuntur ad male
ficia et flagicia ac turpitudines
perficiendas Item cum huiusmodi opera non
fiunt virtute solum creatoris sed ab
ipso creatore dicuntur effici per nomen
suum vel gracia nominis sui. ipse
creator operabitur iniuriam suam
et sui contumeliam vel virtutem
suam. accomodabit et exhibebit
contra se ipsum / et propter hoc erit omnium nisi
pientissimus et pessimus deum nec
parceret sibi nec inocentibus in hac 6
parte Sciendum ergo quod nomina
et verba non habent virtutes in hac
parte nisi cum fiunt vel exorcisma
ta vel orationes vel laudes vel ali
quo modo sub benedictione continentur
vel dicta vel scripta vel portata
Cum autem aliquod istorum quod verum est
non virtute verborum aliquid fieri
sed virtute illius cui benedictio
talis impenditur Apparet ergo 7
duplex ydolatria verborum et nominum
altera qua virtutes ille mirifice
illis attribuuntur altera quasi benedictio
que soli creatori debetur aliis cunctis
sine spiritus sine placationi verborum
intenditur Sicut enim veri cul 8
tores dei altissimi et venerandi
sermones eius et scripturas deferunt
deo ipsum benedicuntur et per huiusmodi be
nedictionem mira indicium a creatore
obtinent / Sic et isti malefici non
virtute verborum que vel proferunt vel
scripta deferunt sed benedictione quam
offerendo vel proferendo illa demonibus
impendunt ab eis quecumque permittente
deo obtinent que homines ad
mirantur / quecumque non obtinent quia

demones creatoris imperio prohibet
vel quia malitia demonum non
vult cultoribus suis impendere
ut eos gratis servos possideat dum
eorum servitiis illis nil impendit /
ut vix dumo ab eis gravius offen
datur / vel ut ampliora servitia ex
torqueant ab eis / ut patet 26 q 2
sciendum / et q 2 nec mirum / Ex predictis
apparet qualiter ad placationem quorundam
verborum occulto demonum ministerio
congregentur serpentes a maleficiis
et ligentur / Et qualiter tharamus est
ottisus [illegible] subministratione verborum
sicut habetur in legenda sancti silvestri
possit etiam hoc fieri a deo sermonis
benedictione creatoris et placatione
sanctorum verborum / Mali etiam homines
sanctis exorcismis demones abi
gunt de hominibus dantibus honorem
deo invocationem eius fere non susti
nentibus aliquid in eos qui talia
attemptant sermonibus sicut
legitur actuum 19

9 Ydolatriam temporis prevenit error
maleficorum qui nominibus dierum
et horarum virtutem ministerium
attribuunt illa maleficiorum suorum
operibus adhibentes scribentes no
men diei et hore / contra quos
apostolus Gal 4 / dies observatis
et menses et tempora vereor timeo
ne forte sine causa laboraverim
in vobis / 26 q 7 / Et hijs ita innuitur
26 q 3 c 1 / et q 4 / non observetis
dies egyptiacos / Ex hoc genere ydo
latrie est illud quod in parietibus
domorum scribitur etiam nomen dei
quo primo audita sunt tonitrua
in regione illa / credentes quod virtute
eius ipsius tuta sit domus illa

a lesione fulguris / Ex hoc genere
est etiam error ille quo credunt
quedam hore fortunate et fauste
quedam infortunate et infauste
rebus incipiendis aut aggrediendis
Ad destructionem huius erroris notandum
quod virtus huiusmodi aut est ex parte
natura temporis aut ex alio / Si ex
natura temporis / cum igitur una sit in
tota et qualibet eius parte eadem
igitur erit virtus totius et singularum
partium temporis / quare totum tempus
faustum erit et hore singule similiter
Si aut totum infaustum et hore
singule similiter / aut totum neutrum
contra predictum huiusmodi errorem fortissima
omnium virtutum est virtus fortun
andi et infortunandi prosperandi et
destruendi sive ledendi / Cum a secundum
hoc rex cum toto exercitu suo ster
natur in prelio et navis magna
in medio maris confringitur impetu ven
torum et inundationem fluctuum cum
ipsis horis attribuunt exitum ad
bellum ascensus in navem vel
mare constructiones domorum amorum
sationem segetum et fructuum ab amis
sione / similiter et contingentia
omnia horis attribuunt / quare sicut
dicimus virtute fortissima rei
debilissime attribuunt que res accidens
est et inter omnia accidentia debilioris
esse est cum eius esse non sit nisi
fluxus et defectio ab ipso esse / osten
ditur tempori et non potius motui
minutentem huiusmodi attribuunt / cum
tempus nihil sit nisi mensura quantitatis
motus / Aut loco cum locus sit
stabilioris esse et fortioris quam tempus
quidem / Si sicut virtus est naturalis
temporis erit maior ex necessitate in

toto quam in parte et ita maior in anno quam in mense et in mense quam in die et in die quam in hora et in toto tempore quod fluxit ab origine mundi quam in qualibet hora vel die. Et si dixerit quod hec virtus non est ex natura temporis sed ex alio, dicemus ex quo. Si dicit quod ex constellatione sicut dicunt dictum esse martis vel iovis vel alterius planete aut horarum, hoc ad ydolatriam stellarum pertinet de qua satis dictum est supra. Aut si ex rebus

10 que facte sunt in tempore sicut ad hec dies egyptiacos multi credunt infelices et infortunatos propter plagas quibus diebus illis credunt fuisse flagellatum egyptum seu egyptios. Hoc evidentis est erroris manifestum est enim quod plus quam duo milia annorum sunt inter dies illos et dies istos in quibus percussa fuit egyptus et dies isti non communicant nomine et specie cum illis. Hec igitur causa est quare isti dies infausti sunt secundum eos quia sunt eiusdem speciei et eiusdem nominis dies. Et hoc est ac si diceretur omnia petrus fuit malus et infortunatus ergo omnis qui deinceps vocabitur petrus sit malus et infortunatus, quod esset frivolum et irrationale.

11 Ydolatria de initiis et initialibus rebus credit initia sive initialia causas esse vel signa infortunii illo die mense vel anno futuro, maxime cum in primo anni die vel mense vel septimana vel prima hora talia acciderint, verbi gratia: Cum surgit quis de lecto suo si motum surgendi inchoat a parte sinistra movens eum porem vel pedem vel calciamentum sinistrum prius quam dextrum, vel vestimentum primo induerit versum aut non rectum acceperit aut induerit aut econverso. De huiusmodi et consimilibus 26 q. Et illud 26 q. 3 c. 1 et c. ult. Sed estimaret. Cum autem talia non possint esse cause eventuum et morum ut patet. Si enim hoc esset in potestate et voluntate nostra positum esset quod nobis in unoquoque die vel anno accideret, cum pro certo possumus quicquid voluerimus faciamus. Item si hoc non dei providentia sive dispositione regeremur sed ex huiusmodi causis. Item si initialitas confert operibus nostris ut fortunentur vel infortunentur reliqua opera nostra sequentia, cur non et finalitas? Contraria enim equalium virtutum necesse est esse. Et si alterum istorum altius dignius est vel potius probabilius est quod hoc finalitas, perfectio enim et consummatio digniores sunt quam initium sive initiatio. Item quod sunt primum loco cur non debebit similem virtutem fortunandi et infortunandi opera sequentia illa ordinatione locali? Magis enim quanta sunt opera sequuntur loca quam secundum tempus, quare maioris virtutis et maioris influentie. Item cum res debiliores cause sunt rerum nobiliorum et debiliores fortiorum et minores maiorum, contra ordinem est nature et contra rationem. Omnis enim causa efficiens causat effectum suum de habundantia sua, et propter hoc maior et fortior atque nobilior, sicut patet in luminositate solis que maior et fortior est omni splendore quem causat, similiter et ignis calore. Et ad hunc modum sic est de omnibus causis naturalibus ac per se efficientibus

Econtrario autem se habet secundum errorem istorum qui contra naturam et contra honorem creatoris et gloriam quantum ad hoc in rebus huiusmodi tribuunt. Operatio enim virtutis nostre dei altissimi opus est. Opera autem naturalia de quibus diximus naturalia sunt et voluntaria ex quibus nullo modo pendent sequentia. Si autem dicant non esse causas sed signa sequentium eventuum. Aut ergo sunt signa naturalia aut posita. Sed patet quod non sunt naturalia quia nec exemplum per similitudinem servant nec proportionem ut fumus ignem aut effectus naturalis generat causam. Posita sed non sunt quia a nullo auctore sunt instituta ad hoc significandum. Si quis non dixerit quod in rebus huiusmodi plerique observatores inveniunt veritatem. Dico quod hoc fit duobus modis. Primus naturalis, cum enim credunt huiusmodi observationibus confortantur anime illorum et exhilarantur cum bona sibi eventura credunt et propter hoc agunt magnificentius. Magnificentia autem atque strenuitas interdum meliorant opera et prosperant. Econtrario vero cum mala sibi imminere suspicantur timore aut desperatione deficiunt. Et ideo segnius atque debilius agunt in operibus suis. De hoc 26 q. 9. Secundus modus est ex suggestione demonum qui bona vel mala que providerunt stultis observatoribus suggerunt ut eos ad ydolatriam fortius atque fortius alliciant.

12 Vicesima pars ydolatriarum est veterum inventarum vel inventricarum sicut in ydolis avis cum matre incubante ovis aut pullis. Cuius stulta credulitas apud quosdam tamen inolevit quod sicut causam sue fecunditatis ac prosperitatis et temporalis habundantie quam eam in venire custodirent. De matre etiam sic inventa multa malefica ac beneficia operabantur ut ad reconciliandum amorem et prestandam fecunditatem virtute eiusdem mirificum messe credebant. Et ita dona et opera alii qui ipsi deo attribuebant, quare alium auctorem fecunditatis et opulentie temporalis quam deum altissimum opinabantur. Hanc ydolatriam prohibuit dominus Deut. 22. De hoc errore processit proverbium istud quod vulgo dicitur: Non es fortunatus ad inveniendum nydum pice. Ad hunc errorem pertinet quod vetule credunt esse meliore inventione avis quam florenum et meliorem inventione obuli quam denarium. Credunt etiam infortunatam esse inventionem bonis vel ovis et fortunatissima lupi vel colubri aut draconis. Processit autem apud barbaros hec insania ut quod primo inveniunt adorent unaquaque die. Contra errores istos qui dicunt inventionem avis vel obuli causam esse fortunationis vel prosperitatis, querero utrum hoc habeant ex parte materie aut ex parte forme. Si ex parte materie tunc inventio maioris rei magis fortunata esset quod ipsi negant. Si autem ex parte forme tunc non refert utrum lignea vel ferrea aut ex alia materia sit quod ipsi negant. Si non ex ambobus simul tunc non restat nisi ut omnes hec sentiuntur auribus ut quoniamque

ierunt actus inerunt ut ubique
bona eueniant / Si autem dixerunt
quod non est fortuna inerens actus
nisi ab aliquo sit predita et tonidet
menta tunc ex infortunio et per
dicione alterius pendet hec fortuna
et ita alterius contrariorum pendet ex
alto. de obulo non et nummo patet
destructio / Si apte materie causa est
bone fortunacionis multo fortius
nummus integer cum in eo plus sit
de materia eadem / Si non apte forme
similiter cum eadem forma maior sit
in nummo eodem modo si ex parte
amborum simul eum et maiora sunt
et fortiora in nummo integro quam in
obulo / Si autem dixerint quod non est hec
ex obulo secundum se sed in inbenacione
nostra est hec uirtus in obulo / non
refert igitur an obulus sit an nummus
constitutus inuentum / Et in super omne in
uentum nobilis habebit uirtutem
istam et multum informatum precipue
qualiter inuencio nostra prestabit hanc
uirtutem obulo et non nummo cum
etiam quantum ad materiam et quantum
ad formam receptibilior sit nummus
cuiuscumque impressionis quam obulus
Et si dixit quod racione minoritatis
est hoc / ergo melius est inuenire
millesimam partem unius nummi et
ita in infinitum modicum ferri quam mille
milia auri et argenti Item que
causa prohibet aurum ab effectione
huius uirtutis.

13 Que autem et quot sunt genera
diuinacionum docet augustinus 26
q 4 dist 1 / Et Ie 26 q 4 nunquam
et q ultima non obseruetis Omnia
predicta credunt esse uera credendo a
recta fide deuiant et errore paga
norum inuoluuntur cum aliquid diuinitatis
aut numinis extra bonum deum arbitrantur

cuiusque ergo possit credit aliquam
creaturam aut in melius aut in de
terius immutari aut transformari
in aliam speciem uel in aliam materiam
aut similitudinem nisi ab ipso creatore
qui omnia fecit et per quem omnia facta
sunt procul dubio infidelis est et pa
gano deterior / Et per hec uerba in eo
dem capitulo Quicumque 26 q 4 Episcopi / Et ideo
hec omnia et consimilia ibi prohibita
sunt 26 q ult / Non obseruetis / ubi
dicitur / Omne quodcumque facimus in nomine
domini nostri ihesu christi facere debemus
in quo uiuimus mouemur et sumus
cum eo patre et spiritu sancto est unus
solus uerus deus omnipotens ut supra
dicitur / Ad idem facit ut / de ydolatria
hec deut 27 / Et Sap 13 / et 14 et
ys 29 / Baruch 4 14

Qualiter autem ydolatre pu
niendi sunt secundum canones
habetur 26 q 4 fere per totum
et q 5 Admoneant / et Extra de sorti
c 1 et 2 / Illud autem nondum quod
ydolatre et incantatores qui colunt
creaturas tamquam deum aut inuocant
auxilium demonum super creaturis
alterandis siue existenter siue
apparenter / contumeliam irrogant
potencie diuine Illi uero qui oraculo
uel instinctu demonum intendunt
ad predicenda futura aut ad detegenda
occulta siue preterita siue futura ut
arusspices augures et huiusmodi contu
meliam irrogant sapiencie diuine Illi
uero qui intendunt remediis adhi
bendis que medicorum disciplinam
contempnunt ut deprecacionibus ligatu
ris incantacionibus caracteribus
aut de rebus suspendendis alliga
dis saltandis et huiusmodi contumeliam
irrogant bonitati diuine Illud 15
tamen attendendum inter res que

signando corporis adhibenda in materia
valeant et tunc liber adhibenda
an significativa obligatione preve-
niat et tunc tanto prudencius se-
cavenda quanto quod adhibetur
inde bibitur essitamus precesse precipue
ubi latet causa quid valeat quo
animo quid notatur et ubi dubitatur
propter suspicionis venenum semper e-
vitandum / suspicio enim est quodcumque
placitum bonum in hominibus fecatum
sileque contrarium

18 Deus de quo dicit Bernhardus ad
Eugenium papam / deus ex quo
omnia creabiliter non formaliter
per quem omnia realiter nec aliter prin-
cipium artifex inducatur · in quo omnia
non quasi in loco sed quasi in virtute
quia melius sine deo locus / et ideo
propter dicit / ex quo omnia et non de quo
omnia quia materia non est materia deus / si enim
queras a singulis vel ab universis
que sunt in celo et in terra et in aere
et in mari et in abysso quid sciant
aut teneant de deo / respondebunt ipse
fecit nos et non ipsi nos / interroga-
tio considerato est sine inquisitio /
responsio / species · proprietates sine natura
singulorum quo omnia vivunt deus
fecit nos / Ex proprietate creature
intelligitur conditor eternus ex magni-
tudine omnipotens ex ordine et dispo-
sitione sapiens ex gubernatione
conservatione ac largicione bonus

1a Item deus / tangit deus est id
quo summum bonum solum existens per
se ipsum omnia fecit de nichilo / deus
est summum bonum quo nichil melius
cogitari potest Item deus est quo
nichil maius nichil melius exco-
gitari potest / Si enim aliqua mens posset
cogitare aliquid melius deo tunc as-
cenderet creatura super creatorem

quidque ante est preter deum cogitari
potest non esse qui sic est ut nec co-
gitari queat non esse / deus est bo-
nitas omnipotens benivolentissima
virtus lumen eternum immutabilis
ratio / summa beatitudo / creans men-
tes ad se participandum / vivificans
ad senciendum / afficiens ad appe-
tendum / dilatans ad capiendum
iustificans ad promerendum / accendens
ad zelum / fecundans ad fructum
dirigens ad quietem / formans
ad benivolenciam / moderans ad
sapienciam / roborans ad virtutem / vi-
sitans ad consolationem / illuminans
ad cognitionem / perpetuans ad immorta-
litatem / inundans ad securitatem
Deus est velut urbs quedam et
patria beatorum spirituum et animarum in
eo vere viventium Item deus est
magister et illuminator animarum ad se
et ad cetera cognoscenda / noto enim
deo cetera cognoscuntur / deus est mens
universi / deus est vita viventium
substancia existentium principium et cau-
sa omnis vite et substancie propter naturalem
suam bonitatem que omnia existe-
ntia deducit ad esse et continet conservando
ipsum esse / causa est omnium existentium
quia quidquid est causa / cause est et
causa causati / Item deus / theos
dicitur / ab eo quod est theyn id est currere vel cu-
rare et fovere omnia quia discurrit
per omnia fovet et curat omnia / vel
ab ethim quod est ardens / deus enim ut
ignis ardet consumens omnem maliciam
Heb xii · / vel dicitur a theasto id est considerando
omnia / nulla enim eum latent ipse est
omnium contemplator / quia speculator
astat de super qui nos diebus omnibus
actusque nostros conspicit / vel dicitur a
theoros grece quod est videre latine quia
omnia videt et ei universa nuda sunt

vel dicitur a theos quod est metus quia
est ab omnibus metuendus / dicitur
18 autem deus qui naturaliter essencialiter
et proprie / et convenit soli deo vivo et
vero / et ponitur singulariter cum deus
ut sit / et ephesios 4 unus deus / cum
quis adoptive et tunc convenit sanctis
et ponitur pluraliter ut in ps / ego
dixi dii estis / et ioh x / si illos
dixit deos ad quos sermo dei factus est
/ denique nuncupative solo nomine
et sic convenit ydolis et ponitur
pluraliter ut in ps / omnes dii gentium
demonia / denique potestative / exod
7 / constitui te deum pharaonis i.
dedi tibi potestatem super pharaonem / item
gen 33 / dicit iacob ad esau / vidi
faciem tuam quasi faciem dei i.
alicuius potentissimi / denique notat
dignitatem / ut exo xxii / diis non
detrahes i. prelatis tuis / quandoque notat
similitudinem serviendi / phil iii
de illis quorum deus venter est /
19 item deus / queritur utrum deus
sit nominabilis quia invenitur probatio /
primo enim ostenditur quod deus non
sit nominabilis quoniam omne nomen
datum est a forma aliqua / sed ut
dicit augustinus / deus omnem formam
subterfugit et ideo intellectum nostrum
prinus esse non potest / cum ergo subter-
fugiat omnem formam non potest eidem
nomen a forma. igitur non est nominabilis
item philosophus in libro de causis dicit
prima causa superior est omni narracione
non est neque est eius loquela / deficiunt
enim omnes lingue ad narrationem eius
ergo non est nominabilis / item non
est nominabilis per nomen / quia nomen
significat substanciam cum qualitate / et ita
composicionem / in deo autem nulla est com-
posicio / item nec per pronomen quia
quamvis pronomen significat substantiam me-
ram tamen significat ut demonstrabilem /
unde si cadit a demonstracione vel
relacione tunc cassum est et vanum /
dei autem substancia non est demonstrabilis
quia non est sensibilis / item nec
per verbum nec per participium quia significant
cum tempore / divinum autem esse abstrac-
tum est a tempore / non ergo videtur
posse designari nomine vel pronomine
vel verbo aut participio / item videtur
auctoritatibus / unde ysidorus de divinis
nominibus / deum neque dici neque in-
telligere possibile est / deus enim omni
habitu motu situ fantasie opi-
nione nomine verbo et intelligencia
superessencialiter est remotus / item
in eodem / deus omnibus per se univer-
saliter incomprehensibilis est neque
sensus eius est neque fantasia
neque opinio neque nomen / augustinus
in enchiridion / de nomine non queras
quia nec invenies / deus non est nomen
deo sed indicium quod sentimus de deo
item deus intellectui nostro prinus esse
non potest / item dominum incomprehensibilem
tempore loco habitu quis ambigat
item contra arrianum / intelligimus
deum quantum possumus sine qualitate
bonum sine quantitate magnum sine
indigencia creatorem sine situ pre-
sidentem sine habitu omnia continentem
sine tempore sempiternum sine loco ubique
totum sine sui mutacione mu-
tabilia facientem nichil patientem
et si quis deum ita cogitat nondum
tamen possit invenire omnino quid sit
ex hiis concluditur nullum nomen esse
divine essencie quia illud solum
potest significari quod potest comprehendi
/ sed contra augustinus in libro soli-

logumorum dicit / Intelligibilis est deus
Et paulo post / Sicut se habet sol
materialis ad sensum sic sol spiritualis
ad intellectum / quare sicut lux per se vi
sibilis / sic deus per se intelligibilis
Et damascenus / cognitio essendi
deum naturaliter insita est anime / Et
deus se nominat Exodi 3 / Qui est
dicens / hoc nomen mihi est in eternum
Et exo. 6 / nomen meum adonay non
indicavi eis / Et psalmo x / omnipotens est
nomen eius / Et iudicum 13 cur queris
nomen meum quod est admirabile
Et ysaie 42 / Ego dominus hoc est nomen
meum / Item dominus deus exercituum nomen
eius / Amos 5 et iudith ult. / dominus
nomen illi Item apocalipsis 1 / Ego sum
alpha et o principium et finis dicit
dominus deus / Item philipenses 2 dedit ei nomen
quod est super omne nomen / Ex hiis
colligitur quod deus intelligibilis et
nominabilis est Solutio / deus
nominabilis est nobis / sed in se et
ex se innominabilis / In creaturis
nobis est nominabilis in se nobis
incomprehensibilis / deum enim ipse
nemo vidit unquam Joh 1 / Quod
ideo fit quia intellectus imbecil
lis est ad videndum solem in rota
et parvus ad comprehendendum dei
infinitatem et infinitam magnitudine
nec presens simile de sole materiali
qui illuminat oculum ad videndum
se sed sol spiritualis non illuminat
intellectum ad videndum se in se sed in
creatura / posuit enim deus modo
tenebras latibulum suum / Quare
20 in creaturis nominatur et intelligitur
Unde dyonisius / deus cum non sit
nominabilis bonum quia cum sit causa
omnium et super omnia continet in
mortalitas et quia est omnia in omnibus

/ Codex xii / nam omnia creat regit
et conservat convenit ei omnium nomina
taliter et cum sint omnia segregata
ab ipso in quantum ipse est causa princi[pium]
et finis omnium et sit respicit altitudine
in se continens per cunctis cum est per ex
cessum incommutabilis et separatus a
cunctis. Item deus est perfectissima
bonitas rebus varie distributa
cuius participatione omnia bona sunt
propter quam dissimilitudinem convenit lau
dari et nominari in omnibus omnium creaturarum
cum sit tamen innominabilis per excessum
rationis et intelligentie et existentie
et nominationibus / Sed autem dicit damascenus
/ deus per se congnoscitur / intelligimus
hoc sine doctore sed non per se in sua
natura / Quia que dei sunt nemo
congnovit nisi spiritus dei / Codex ix
f / Cum ergo deus iustus sapiens 21
etc. dicitur / non diversitate proprietatum ordinis
que in deo nulle sunt sed diversos
effectus quos deus operatur in creaturis
Nota / quod predicamenta aristotilis
nature dei non conveniunt quia nullis
subiacet actionibus Item nota quod 22
nominationes que secundum intuitum
excellentissima et a contrario depra
vatissima propter hoc soli conveniunt creatori /
conveniunt tamen per quandam similitudinem
ut rex dominus et huiusmodi nomina si de
purata fuerint omnis a contrariis soli con
veniunt creatori / ubi gratia / depuretur
rex et suum regimen ab omni iniquitate
iniustitia imprudentia negligentia
infirmitate debilitate defectu regis
nomen soli convenit creatori / Sic etiam hoc
nomen dominus si depuretur dominatio
ab omni eius contrario scilicet ab omni sub
iectione et debito serviendi certum
non nisi nec pure est dominus qui sub
iectus est vel debitor serviendi

Item si exprimet dominacio sine
potestas qua exercet in subditos ab
omni impotencia. sic exprimata nomina
dominij soli conueniunt creatori iuxta
illud exodi xv / dns nomen illi / et
ys 42 b / Ego dns hoc est nomen
meum / Et tamen impij et tyrani dni
reges licet non regant et recte agant
sed quia ex officio iure sine debito
tenentur regere et custodire defendere pa
cificare iudicare. per hoc solummodo multa
que sunt abiti de sequentibus nominibus
et alijs / sunt dni et dnm hec est
23 differencia secundum ysidorum / quia per dnm
racio per dnm filius intelligitur / scriptura
tamen utimur et dns et dnm affirmat
deus nature nomen est pertinens ad a
morem / dns potestati congruit et pertinet
ad timorem / deus religiosorum dominus
secularium / dns dicitur quasi dominas
minas vel dans minimis ad dolorem
mitigans / deus quasi dans eternam
vitam suis Item dicit damascenus 4 li
nomen deus est nomen operacionis quod
impositum est et sumptum ab opere
fauendi videndi et gubernandi / per
quas operaciones a creatura mundi agnoscitur
nostrum sempiterna virtus eius et
diuinitas / Rom i
24 Eternus contra illos
qui dicunt fuisse filium ini
cium temporis a parte 29 q
ult et ult / contra quos Joh i
in principio erat verbum / Ubi aperte
ostenditur filium eternaliter fuisse a parte
apud patrem / ps / deus autem rex noster
25 ante secula Eternitas nichil aliud
est nisi deus eternus qui habet plenam
cognicionem omnium presencium preteritorum
et futurorum / Tria ista tempora non in
rebus tamen sed in animo esse inueni
untur / preterita reminiscendo presencia intu
endo futura expectando / hec non
ita in deo sunt quia omnia intuendo
cum omnia assunt / quia infinitas
eternitatis concludit et continet angusta
que breuitate / Secundum ysidorum / Eterni
tas est spacium quod non distinguitur
motus / Secundum boecium / Eternitas
est vite interminabilis tota simul
possessio / Secundum Anshelmum / Eterni
tas est interminabilis vite possessio
simul tota et perfecta / Tota simul dicitur
ad differentiam variabilium que non sunt
simul tota / Interminabilis dicitur ad eorum
differentiam que exterminantur a parte ante
vel post ut generabilia et corrup
tibilia / Et non omnes aggregant
tot differencie eternitatis in diffinicione
In quibuslibet enim rebus est inmutabilitas
simpliciter ad quorum differentiam ponitur in
terminabilis in quibuslibet non est inter
minabilitas essencie sed non vite
ut in corporibus celestibus / ad quorum
differentiam additur vite Item in qui
buslibet est interminabilitas vite sed tamen
cum miseria et infelicitate ut in de
monibus et dampnatis / ad quorum
differentiam additur / possessio / in cuius
intellectu est iocunditas felicitatis
Item in aliquibus est interminabilis
vite possessio sed tamen non tota ut in
hominibus beatis ante iudicium quorum est
beatitudo secundum partem anime non
corporis / ad quorum differentiam dicitur tota / Item
in aliquibus est vite interminabilis posse
ssio tota ut in angelis beatis ante
iudicium quia secundum totum suum statum
habent felicitatem et interminabilem vitam
sed tamen non simul cum aliqua sit in
eis successio et renouacio gaudiorum
Item in quibuslibet est interminabilis
vite possessio tota simul sed tamen non
perfecta eo modo quo nos dicimus perfectum

B

nullo alio indigens scdm que
modu est in angelis et in hoib
bus post iudiciu ad quos fdam
addit in diffinitione eternitatis
pfcta i. nullo indigens ad suu esse
bnm / Item q deus eterns sit pate
quia absq principio et fine. ut
infra eodem / Et ideo nec eterns est
no incepit neq desinet esse / Est
eni apl alpha et o su alpha et o
quia principiu sine pricipio et
finis sine fine. Joh 1. Et apoc 1
26 Item eternus. quia aliud ab
ipso no potuit pduce quia sic
fuisset antequa esset et dedisset
quod no habuisset / 9 l C / Cum
ergo dr eterns remouet ab eo in
choationis et duracionis termin9
Et no differenciam inter eternu et
27 eviu et tempale / Tempale est quod
h3t principium sine duracionis et
fine / Eviu est quod h3t principiu
et caret fine ut angeli et anime
Eternu quod caret principio et fine
ut deus / Etnitas eni no aliud est qm
diuinitas sine inicio et fine carens
omi mutabilitate / Caret aut inicio
et fine et omi mutabilitate e esse
eternu / nec e ibi prius aut posterius
Et scdm hoc eternitas soli conuenit
diuine nature / Aliqn eternitas dr
duracio no hns finem et extendit
ad creaturas perpetuas ut incorrupta
et inmortalia dr eterna ut dicitur
Eleuamini porte eternales / Et talia
28 equantur usq diuina essencia acci
piat ptitum et finem / Emittat angl
sup olosceum / Eum de sphera re pre
dicatur. est. scdm nos quod dr fuit
et erit / fuit quia nunqm defuit
erit quia nunqm deerit / est quia pre

est / de deo ergo dicunt verba cuius
cumq3 temporis quia nunqm defuit
uel deest uel deerit / et tamen ab
eius eternitate remotissime e quod
qm ipm in uno suo termino tangit
hoc aute est ipm nunc uel punctus
eius predicta faciunt cont illos
qui dicunt eternitate no ee aliud
qm quod dicetis quod esse partem
eternitatis et eternitas no differt a
tempore nisi sicut totu a parte sua
et sicut maius quod a minori dr
quos nota / Cu si quod sit pars et
mutatio quod naliter pcedet eterni
tem omis eni ps prior est suo toto
qm est quedam causa quod / ante
eternitate no nichil fuit nec esse po
tuit quare nec quod / Cu aut quod
no est eternitas nec ps eternitatis q
hoc patet quia nichil in se recipit
contrarium essentie sue / Tempus
aute est fluxus mutabilis co
tinuus / qm eius esse est fluere co
tinue et in mutabilitate / Eternitas
aute est econtrario stabilitas quia
inflexibilis essencia / igitur eternitas
contraria e fluxibilitati et defunctio
no recipit igitur illam in se uel in
ptibus suis / et ideo no pt esse in
eternitate prius et posterius / Scdm
successione aute fluxum sine de
fuencia quare esse eternitatis est
totu simul no simul coincidencia tali
sed abnegancia prioritatis et posteri
oritatis / Ac si dicatur q in ea nichil
est ante nichil est prius nichil e
post nichil primu uel ultimu et per
consequens nichil mediu. ubi eni est me
diu in duracione nece est esse prius
et posterius et successionis ordine
quare simplicem et impartibilem
nece est esse eternitatem impartibile

B

contiguitate et ipsa continendo tempus
et est maior tempore absque comparatione
proportionabili. et ipsa est ipsa crea-
toris, et eternitas non est nisi esse
creatoris aut ipse creator. Sed nomen
eternitatis plus dicit quam esse
ipsius s. privationem incipiendi et de-
sinendi s. fluxus ac mutationis
et hoc tam actu quam potentia. et
revera esse creatoris secundum privati-
ones quibus insinuatur nobis gloria
et magnificencia ipsius ut eius di-
mensio incommutabilis et [illegible]

29 Sciendum quod verba que maxime
congruunt eternitati ut sunt verba ista
essendi standi permanendi et huiusmodi in
preteriti tempore tamen fuisse enim vel futurum
esse stetisse vel staturum esse permansisse
vel permansurum esse non proprie pertinent
ad eternitatem cui omnia sunt presentia
Et hoc est quia non magis videt presentia
vel preterita vel futura aut quolibet
aliter absentia. Sicut enim nichil addit
congregacioni eius omnium rerum presentia
vel existentia, sic nichil detrahit ei
eorum preteritio vel futuritio quia cre-
ator non videt per aliud quam per semet
ipsum. ipse enim sibimet est lux per quam
videt et similitudo vel exemplum
vel speculum in quo videt quidquid
videt. Ipsum enim intuens omnia vi-
det.

30 Exemplum ymaginabile
comparationis eternitatis et temporis
est ut ymagineris eternitatem ut ro-
tam immensam et intra eam ro-
tam parvam id est tempus ita quod contingat
eam uno puncto tantum huiusmodi enim est ut
quod si circulus circulum vel spera spe-
ram attingat sive intus sive extra
in uno puncto tantum se contingat. Secundum
igitur tota eternitas stat tota et tota
est simul ymaginatione quia in spacio
tota temporis tangit rotam eternitatis
intrum est quare punctatim tamen sua
volutione ipsam tangit punctatim
tamen est ipsum tempus. et propter hoc nichil
est de tempore simul. Simile est si
ymagineris rotam eternitatis lu-
minosam et lumine eius ipsum tempus
esse vel centrum ipsius et ex ea fluere
lumen huiusmodi super tempus quantum ipsum
tempus receptibile ipsius esset. et
quia est receptibile ipsius est secundum
totalitatem aliquam hoc est neque secundum
totalitatem alias ex partibus non
fluit simul lumen essendi ab eter-
nitate super tempus sicut non est
tangibilis rota huiusmodi nisi puncta-
tim propter fluxum eius suum intermi-
nabilem non potest esse temporis illumina-
bile nisi punctatim. Adiectum at-
tende aqua exeunte de vase gut-
tatim et aliter exire nequeuntem ad quod
enim est fortis potentialitas ad quod
quod angusta ut de ea exire nisi punc-
tatim aliter enim non possit in actum
sicut angustia foraminis dicti va-
sis non permittit aquam exire ab isto
vase nisi guttatim. omni quippe re-
rum creatarum debilioris esse est temporis
Quod apparet ex hoc quod actualitate
et utilitate parvitatis potencie
non commisso. est enim tempus secundum
minimum sui. hoc est secundum punctum
tamen. et est eius secundum plurimum sui et
istud intelligo esse secundum ultimum actu-
alitatis istud non non esse hoc est quod
operatur tempus intelligo secundum ultimum
potentialitatis Item eternus 31
dicitur eternus eterni. Omnia sicut
non possunt esse plures dii ita
nec plures eterni nec plures immensi

nec plures dii nec plures omnipotentes
sicut dicitur in symbolo quicumque vult
salvus esse / Et infra dicitur plenius
in predictis terminis et consimilibus
attende si ponantur tamquam nomina
adiectiva referuntur ad pluralitatem
personarum et sic possunt concedi / si vero po-
nantur substantive referuntur ad sub-
stantiam et tunc sunt false cum per se
sint tantummodo una essentia substan-
cia sive natura ut infra patebit
32 **Immensus** dicitur quia omnem
continet creaturam. Jeremie 23 ce-
lum et terram ego impleo / Et non
ut ipsum contineat sed ut contineatur
ab ipso / Sap. 8 / attingit a fine usque
ad finem fortiter disponit omnia suaviter
a fine usque ad finem id est a minima usque
ad maximam creaturam vel ab una ex-
tremitate usque ad aliam non tamen spa-
ciosa magnitudine nec locali motu
sed immensitate atque immobilitate
sue essentie / sicut si saxum impleat
locum dicitur quod contingit a fine illius
loci usque ad finem alterius cum tamen non
deserat alia comparando / Item Sap.
1 Spiritus domini replevit orbem terrarum et
hoc quod continet omnia / Ps. quo ibo a
spiritu tuo et quo a facie tua fugiam
si ascendero in celum tu illic es si descendero
ad infernum ades / Job 11 / Excelsior celo
profundior inferno longior terra et la-
tior mari. Recte ergo deus immensus
dicitur cum magnitudo eius nulla
mensura comprehendatur / nichil immensius
quia longitudo diuturnitatis et eter-
nitatis non habens terminum loci
vel temporis / latitudo caritatis que
omnem affectum et cognitionem excedit /
sublimitas propter maiestatem incom-
prehensibilem. profunditas propter sapientiam in-
scrutabilem Ephes. 3 / Item est im-
mensus quia deus est spera intel-
ligibilis cuius centrum est ubique
circumferentia nusquam / Est enim deus
spiritus intimum spiritus non tamen situ ubi-
que non tamen circumscribitur loco vel tem-
pore. Cum ergo dicitur immensus remo- 33
vetur ab eo situs. Immensus id est sine
mensura quia nec dici nec mensurari
possumus per nos nec ipsa opera diffi-
nire / de prima dis. 1 h / indignacio
est multiplex / quia nulla estimacione
vel magnitudine quantitate eius
aliquis metiri potest / Et hec est con-
tra antropomorfitas et alios qui quan-
dam mensuram deo crediderunt ipsum posse
comprehendere mensuris membrorum figurarum
vel sculptilium sive aliarum creaturarum
contra quos Ys. 40 cui assimilastis
vel cui similem fecistis deum aut
quam ymaginem ponetis ei / Ibidem
Cui assimilastis me et adequastis
dicit sanctus. / nota quod immensitas 34
divine essentie estimatur quantum ad
quatuor / primo quantum ad se propter infinitatem
secundo quantum ad intellectum propter incomprehensibilitatem
tercio quantum ad locum propter incircumscriptibilitatem
quarto quantum ad durationem propter eternitatem
Item immensus / immensitas
creatoris in animabus humanis in-
habitat et ipsa universitatis est eius ha-
bitacio glosa / Item immensitas cre- 35
aturarum est intra immensitatem crea-
toris qui continet et terminat omnia
immensitate sua. Item immensitas
creatoris continet omnia et sic apud
se per modum exemplaris immensa preterita
presencia et futura / quomodo enim archi-
typus sive exemplaris ymago quedam
est immensa sicut illud quod est in mente
artificis ymago est exterioris artificii
quod per artem suam artifex operatur
Item omnia dicuntur in creatore esse

B

immensitate tamquam in sinu nutritis
conservantis et protegentis / Unde in
libro Sapientie vocat eum nutricem
generis humani quia per eum omnia mobi-
lia moventur et omnia indigentia di-
tantur et omnia perseverantia sustentantur
et omnia per se deficientia conservantur
et omnia decorabilia decorantur / Et hec
intellige quantum in ea est quia nulli
dona sua denegat vel subtrahit nisi
malitia sua impedierit omnibus large
beneficia sua elargitur / Sed attende
quod quidquid bonitatis vel utilitatis a-
cuiuscumque alterius boni potest esse ex suo
modo aliquam creature totum est angelis
et sanctis animabus ex inhabitatione
qua inhabitant in amplitudine immen-
sitatis creatoris / Sicut enim vita est
radicibus vegetabilium ex ipsa terra qua in-
fixe sunt et ex ipsa radice infunditur
vita huiusmodi in unumquodque vegetabi-
lium sic ex inhabitatione in ipso creatore
radicata est unicuique sanctorum angelorum
et beatarum animarum vita nobilis ta-
natine quam glorie dummodo inseparabili
adherentia fixi sunt in ipso creatore per
omnes vires suas nobiles scilicet
contemplatione et admiratione lucis
et pulcritudinis creatoris quantum ad
vim intellectivam, et amore vel gau-
dio in bonitate ac suavitate ipsius
quo ad vim concupiscibilem, et ho-
nore ac gloria creatoris voluntate
subiectionis et obedientie quo ad
vim irascibilem que est altitudinis
ac supereminentie conquisitrix que non
potest quiescere ab inquisitione huiusmodi
nisi in subiectione et obedientia ad
creatorem / Ex quo patet quod solus
creator est quies et pax et habitatio
glorie sanctis angelis et hominibus
seu animabus beatis / Qualiter autem
omnia sint in creatore ostenditur per
exempla / Sicut enim anima humana
in corpore quod vivificat et regit est
proxima unicuique parti eiusdem et hoc
absque tactu seu contactu illius / Sic
et universum est in ipso creatore et
ab ipso continetur nec tamen tangit
illud vel totaliter nec secundum partem
nec tangitur ab eodem / Et tamen absque
medio sibi invicem proxima sunt non
tamen se possunt contingere cum contactus loca-
lis non fiat nisi in corporibus / Unde ut
dicit Aristoteles incorruptibilia se tangere non
possunt quia non secundum partem cum sint impar-
tibilia nec secundum totum cum secundum
singula se non tangunt / Et attende
quod universitas creaturarum quasi na-
tat in spatiosissima immensitate
bonitatis creatoris sine coangustatione
vel compressione / Sicut universitas pis-
cium in amplitudine et profunditate
maris / et quasi avicula volitat in
spatiositate aeris / Et manet sicut
diversitas stellarum et minutim illuna [?]
animalia in aqua sunt ita spaciose in-
mobiles sicut et pontes [?]   Et est 36
hoc contra stultitiam et errorem qui
negaverunt deum esse ubique ne forte
eius purissima essentia locorum in-
mundicia defedatur / Unde attende
quod anima humana est in humano
corpore quod est vas stercorum / quia est
sperma fetidum vas putridum et
erit esca vermium / nec fedatur ab
huiusmodi sordibus nec est receptibilis
illarum nec passibilis ab eis per modum
inquinationis / Sicut patet exemplo
Job cum liceret sedere in sterquilinio
et scaturiret vermibus corpore tamen
eius anima sint in aliquo defeda-
ta / Quanto igitur fortius divina essentia
non potest a corporalibus sordibus inquinari

non enim sunt attingibiles sensibus a(ut)
colores sive dispositiones corporales
per sensus spirituales Item attende quod
ad sublimia spiritualia intelligenda si-
militudo exemplorum bona est aptissima
atque intellectibus humanis admonen-
dis et erigendis efficacissima Item
immensus non dicit immensi / Quia
non possunt esse plures immensi quia
a se invicem substantialiter sunt diversi /
Quod colligitur ex immensitatis proprietate
immensum enim dicitur quod nulla men-
sura comprehenditur cum nulla mensura
comparabilis invenitur / Si ergo plures
essent immensi quilibet superexcederet
alium et ita esset quilibet alio maior
quod est impossibile.

37 **Incommutabilis** contra
illos qui credunt deum fatigatum
quievisse die septima / genesis 2
Similiter / quievit ab omni opere quod
patrarat .i. cessavit nova facere cre-
aturas / Item contra illos est quod so-
lus deus habet immortalitatem / homini
enim naturali mutabili ut dicit augustinus
mors est ipsa mutatio qua facit in
ea aliquid non esse quod erat / nec est
vera immortalitas ubi est mutabilitas
per quam deficere et proficere potest / Item iacobus primo
apud quem non est transmutatio / non
enim potest meliorari cum sit summum bonum
nec habeat aliquid nisi a semetipso
Item non potest corrumpi sive deteriorari
cum sit omnipotens nec malum statum
commutari cum non possit a statu suo
deficere / nec aliquid ei accidere quod non
prius habuit / Sicut ergo non potest
mutari de esse ad non esse sic non potest
mutari de non esse ad esse / Quia de sum-
ma incommutabili natura nichil potest
dici unde mutabilis possit intelligi
nam mutabilitas defectus est virtutis

et potentie / Illud autem constat quod
summo bono universaliter perfecto nichil
omnino deest cuius adiectione meliorari
possit quia adiectione non indiget
plenitudo. B q. 1 di. a / Quia enim
omnipotens est non potest decrescere in sua
ditione ¶ Item incommutabilis contra 38
illos qui arguunt deum de mutabilitate
quia legunt et non intelligunt tam
in novo quam veteri testamento / genesis 6
penitet me fecisse hominem / Similiter
ex huiusmodi verbis scriptura sacra utitur
translative et secundum effectum non secundum af-
fectum intelligitur / Tale est enim / deus
est iratus / deus est placatus / ac si diceret
deus punivit illum / deus pepercit illi / Ita
deus penitet / hoc est ad modum peni-
tentis se habet cum desinit id quod
fecit / Item Exo 3 / Solve calciamentum
de pedibus tuis / Et postea 12 dicit calci-
amenta habebitis in pedibus vestris /
Ecce qualiter sibi contrarius et muta-
bilis in veteri testamento ¶ Item 39
iudicum dicit Eruam vos de manu inimicorum
gentium non addam ut ultra liberem
vos / Et tamen postquam conversi sunt deus
doluit super miseriis eorum / Item pro-
piciatus est dominus in populo suo / et vidit
cum tribularentur et exaudivit orationem
eorum et penituit eum secundum multitudinem
misericordie sue / Item in veteri testamento
Exo 19 / non videbunt terram pro qua iu-
ravi patribus eorum / Item in novo
testamento dicit / Christus x In viam gentium
ne abieritis in civitatem samaritanorum
ne intraveritis / Et tamen non post multum
dicit / docete omnes gentes / et dicit
Eritis michi testes in ierusalem et in tota iudea et
samaria et usque ad ultimum terre / Item
Exo 32 / dicit moysi / dimitte me ut
irascatur furor meus contra eos /
Et infra dicit / placatus est dominus

ne faceret malum quod locuti sunt
contra populum suum / Ecce ergo quod muta-
bilis est deus dicit hereticus / Respondeo
quod non est mutabilitas in deo sed
in nobis quia secundum varietatem temporum
et merita personarum modo infert ma-
lum peccantibus modo placatur penitenti-
bus / Sicut nec sol mutabilis est
in se licet alia dissolvat et alia con-
gelat alia mollificet et alia induret
Sicut enim sol eisdem oculis aliquid
est delectabilis alicui contrarius in se
manens omnino immutabilis / Sic et
sol iusticie sine sui mutacione operatur
diversa secundum varietatem temporum et merita
personarum / Item obicitur Exo 20 / Non
facias tibi sculptile neque aliquam simi-
litudinem / Et post 25 / Facias tibi duos
cherubin aurea / Ecce quanta mutabi-
litas facias et non facias / Respondeo /
non facias ad colendum ut deum. sed
facias ad erudicionem simplicium / Quod
autem deus sit immutabilis / patet
Exo 3 Ego sum qui sum / Malach.
Ego deus et non mutor / ps. Tu autem
idem ipse es / Gregorius super Ezechie-
lem dicit / dei esse est mutari dissimiliter
esse / Boetius / Stabilisque manens
dat cuncta moveri / Sicut
enim nos ipsi quieti et immoti videmus
moveri multa et cogitamus transitum
corporum sensibilium fixi et immoti in loco
meo nec tangit nos motus nec transi-
tus corporum / Sic creator existens in im-
mobilitate eternitatis videt fluxus
motus successivos et mutaciones
temporalium sed non tangit statum eius
aliquid huiusmodi fluxus vel mutacionis
Item Sicut loquimur de localibus extra
loca in quibus illa sunt ut existentes
citra mare loquimur de hiis que sunt
ultra mare / et existentes intra loquimur

de celo et stellis et cogitamus de
illis et comprehendimus illas licet tamen
longe sint a nobis. et tamen propter hoc non
movemur a locis nostris sed ibi manemus
fixi stabiles et immoti / Sic deus sta-
bilis in se manens dat cuncta moveri
/ Deo enim nichil accidit nec aliquid
superhabundat in illo nec ab eo quicquam
recedit nec aliquid diminuitur in
ipso / sed idem ipse semper existens non habet
in se quicquam diversum sicut non habet
adversum. nec habet in se quicquam varium
sicut nec aliquid contrarium / quia non
habet in se nisi se nec aliquid est habens
ab habito nec aliud habitum ab habente
In deo enim nichil est diminutum tamquam
imperfectum nichil superhabundans quasi
superfluum sed totum est omnino perfectum
velut perfectum Item Incommutabil- 1
iter et proprie incommutabilis est so-
la divinitatis essentia que sine
sui commutacione mutabiles condidit
creaturas / Spiritualis autem creatura
per tempus movetur / Corporalis etiam per
tempus et locum / Mutari per tempus est
variari secundum qualitates interiores
vel exteriores que sunt in ipsa re que
variatur aut suscipit vicissitudinem
gaudii doloris scientie oblivionis vel
variacionis forme sive alicuius qua-
litatis exterioris / Hec enim mutacio
que fit secundum tempus variacio est qua-
litatum que fit in corporali et spirituali
creatura / et ideo vocatur tempus / 2
Illud autem notandum quod quamvis in-
cipiat aliquid dici de deo temporaliter
non tamen ipsi substantie dei aliquid accidisse
credendum est intelligendum sed illi
creature ad quam dicitur / Cum ergo
aliqua dicuntur relative de deo non
ponunt mutacionem in deo sed in cre-
atura / Sicut si sol modo illuminat
quod ante non illuminavit non fit

mutacio in sole semp illuminate
sed in re illuminata

3 Incomprehensibilis
omnia sicut dicit aug super canonicas
ad plenum discutere non possumus
indubitanter tamen credimus deum ubique
essencialiter nec sine eo aliquid potest esse
nec subsistere / qui non potest comprehendi
per suam immensitatem / nec maculari per suam
puritatem · nec diuidi per suam simplicitatem /
4 dicimus ergo deum in omnibus creaturis
esse equaliter per presenciam sine essencia
deitatis / sed per inhabitantem graciam
tamen in bonis nec equaliter quia quanto
meliores tanto habundancius et per
5 fectius habitat in illis / Sicut anima
per omnes particulas corporis tota simul
adest nec minor in minoribus · nec
maior in maioribus sed in talibus
intensius in aliis remissius actus
suos exercet / in malis non non est
6 deus per inhabitantem graciam quia non
illuminantur ab eo / Unde ioh j / lux in
tenebris lucet et tenebre eam non com
prehenderunt / Sicut lux solis perfundit
oculos ceci sed non capitur ab eis /
Gregorius / deum ubique describit esse
super inquit omnia regendo / infra
omnia sustinendo · intra omnia dispo
nendo extra omnia continendo / Ambro
7 deus non in loco clauditur nec opi
nione comprehenditur non estimacione
concluditur non etate notatur /
Aug deus est ubique non in locis
sed affectionibus appropinquamus / Item
deus est sine labore regens et con
tinens mundum in celo totus et in terra
totus est nullo contentus loco sed
in seipso · Unde potius in illo sunt omnia
quam ipse alicubi / Unde non est aliter
8 omnia in deo aliter deus in omnibus
omnia in deo non per esse sed per causam

et disposicionem sicut aliquid in mente
artificis antequam fiat / ioh j / omnia
in ipso vita erat i · in eo immutabiliter
quia eorum disposicio in eo fuit ab et
no non tamen ita fuit in actu ab
eterno / deus non est in omnibus tenaciter
omnia continens omnia regens ubique
in seipso totus et in nullo loco contentus
Item deo ubique dicitur esse quia nulli parti
rerum absens est / ideo totus quia in
partibilis ideo in seipso quia non potest ab
aliis comprehendi / cum excellencia di
uine nature adeo est incomprehensibilis quod
nec eius eternitate potest equare quis
nec eius potenciam nec eius sapienciam
sensus ideo dicitur · Ante te sit ut te
gubernet post te sit ut te custodiat /
supra te sit ut te benedicat ante te sit
ut te deducat Item deus est sub 9
omnibus ut fundamentum sustinens
subsistens et complectens Item super
omnia non solum ut rex et imperator
omnium dominantissimus sed ut fons super
effluentissimus a quo incessanter fluunt
riui sue affluencia bonitatis super omnia
Item intra omnia et in omnibus omnia 10
nutriens propagines moderans et re
gens / et propterea hec omnia in nobis mo
deratur et operatur quia ab ipso fiunt
omnia que operantur bona / Sicut ab 11
anima sunt opera quia ipsa prin
cipaliter est fons vite / et sicut a sole
sunt illuminaciones quia est fons
redundantissimus lucis / et ad hunc
modum de aliis operacionibus naturalibus
Et ideo bene dicitur / qui operatur omnia
in omnibus que sunt nature vel gracie
Et nota Sicut multa de deo intel
ligimus que loqui penitus non valemus
ita multa loquimur que intelligere
non sumus idonei / ubi igitur quod ubique
deus est sentimus et dicimus quomodo autem
sit ubique intellectu non capimus / Item

p est incorpta quedam nubis que
amissa est honoris dni sumus quo
aute ita sit penitus ignoramus
Item incomprehensibilis | Contra
Genes dicit | vidi dnm facie ad facie
et num xij | ore ad os loquor ei
scilicet moysi · et palam no p enig
mata dnm videt | Item ys vj | vidi
dnm sedente sup solium excelsum
et idem j Cor xiij | nos aute reuela
ta facie glam dni speculantes in ean
dem ymagine transformam a claritate
in claritatem | Rndeo qꝫ facies dei
quoqꝫ dicit pncia dei p gram | et scdm
hoc congnicio scdm faciem est cog
nicio p pntiam gracie siue contempla
P cionem | vnde gn 32 eiusqꝫ facies
dei dicit pncia eius p carnem | et
sic p posteriora dicunt figure legis
que signabunt incarnacionem | vnde
illi qui erant in lege videbant quasi
a posteriori p figuras futuris | nos aute
videmus quasi in facie cu fide tenem
incarnacionem | j Cor 3 Item
B incomprehensibilis | Damascen 9
infinitus est deus et incomprehensibilis
et hoc solum eius e incomprehensibile
s· infinitas et incomprehensibilitas
eius | dicuntur em dicuntur i dni
affirmative no naturam sed ea que sunt
circa naturam eius ostendunt | neque
pas ergo infinitum diffinire compre
hendere incomprehensibilem attingere
inattingibilem quia si bestia tetigerit
montem lapidabitur | heb A f et 19 d
14 Si queratur quo pt sciri quod
no pt comprehendi | Rndeo qꝫ intus
p experienciam novit qꝫ oculus sibi
adherencia no videt et ad longinqua
et remotissima videt | Ceteri vero
sensus corporis sola sibi adherentia

sentiunt et quo hoc sit no appre
hendis no tn ideo hoc verum no esse
contendis | Quanto magis quod nulla
experiencia humana contingit incompre
hensibile esse no est dubitandum
Sunt em multa p experienciam
incomprehensibilia que tn racio ma
nifestat | Attende ergo profunditatem
tem in occultissima dei manifesta
cione sive i manifestissima eius
occultacione p sensibilia dum in
omnibus esse congnoscitur et expressionib
incomprehensibilis latet ignoratur
Item insensibilium graciarum tam spiritua
lium qm corporalium sca hominib
distribucione excedente et excelsa in
reprobum pravitate i misteriis adver
sitate in lapsu post diuturnam et
excellentem iusticiam · impunitas post
diuturna crimina · in diuturna ex
pectacione quotidianam | et aliquorum
celeri punicione | in demonum irreme
diabili dampnacione et hominum tam
pessima redempcione | i generacione
sterilitatis et vite humilitatis et
sublimitatis · lauditate et paciencie
in cursu hystorie ante legem sub
lege post legem in quibus incompre
hensibilitas dei satis patet Item
incomprehensibilis | Bern incomp
hensibilis est deus in se ipso quia
principium sine principio finis sine
fine | qꝫ aute sit incomprehensibil
ex me ipso intelligo quia me ipsum com
prehendere no possum quem ipse
fecit | preter alia omnia que prius
visa sunt omnibus deus illis putaret
p creaturas sua sunt | nec mirum 17
debet qꝫ cum sit invisibilis sepe visi
bilis apparuisse memoratur | Sicut
em sonus quo auditur sciencia
in silencio intelligencie no est hoc

quod ipsa scientia ista species
qua visus est deus in natura vi
sibili non est hoc quod ipse licet
in eadem specie videatur sicut sona
in sono auditur / Aug in libro de
videndo deo / si queris utrum possit
deus videri / respondeo / potest / si quis
unde sciam / respondeo quia in vera
cissima scriptura legimus / beati mundo
corde quoniam ipsi deum videbunt / deus
igitur invisibilis est natura / et videri
potest cum vult et sicut vult / Ex quo
patet distinctio quod deus est invisibi
lis natura visibilis voluntate.
apparuit abrahe quo voluit appa
ret et diligentibus se / Joh 9 / qui
diligit me diligetur a patre meo / et
manifestabo ei meipsum / item Joh.
xv / omnia quecumque audivi a patre
meo nota feci vobis i. per ordinacionem
ut nota faciam / Jeremie 22 magnus
est consilio et incomprehensibilis co
gitatu / Bern / quia in se quid est
qui non clauditur loco et in se quid
non est qui non excluditur loco suo
sublimi et incomprehensibili modo
sicut omnia in ipso sic ipse in omnibus
est et sicut a cardine hostium sic
universitas regitur ab ipso / item
incomprehensibilis quia cum ipse sit
omnia causa omnia universaliter
comprehendens omnibus est incomprehensi
bilis quia sicut dicit dyonisius / de deo
non est sensus neque fantasia neque
opinio neque nomen neque sermo
neque scientia / Et ideo dicit ps / acce
det homo ad cor altum et exaltabitur
deus / Rom xi o altitudo divitiarum
quam incomprehensibilia iudicia eius / quia perscru
tator maiestatis opprimetur a gloria
prov 26 / perquisitionem namque dei sine

non prestat intentio in splendoribus
enim quos sol aperit infirmus oculus
non est intuitum figere sine periculo /
neque ad hoc que sunt supra nos
conari est sine lesione / et ideo nulla
investigacione potest cogitatio attingere
quid est deus / Audi ergo consilium
sapientis Eccl 36 / altiora te ne
quesieris et fortiora ne scrutatus
fueris sed que precepit tibi deus illa co
gita semper et in pluribus operibus
eius ne fueris curiosus / Rom 12
non plus sapere quam oportet sapere
sed sapere ad sobrietatem / item nunc
auditur quod deus est incomprehensibilis
quia quevis animi conceptio est
quid finitum non potest comprehendere infinitum
cum ergo intellectus humanus sit finitus
deus autem infinitus intellectus humanus
non potest deum comprehendere / Et ita patet
quod incomprehensibilis est deus ab in
tellectu humano / licet in contrarium
Rom 1 invisibilia enim dei per ea que
facta sunt intellecta conspiciuntur / item
phil iii si quo comprehendam in quo
comprehensus sum / item Eph iii ut
possitis comprehendere cum omnibus sanctis
que sit longitudo solicitudinis eternitatis
latitudo caritatis sublimitas ma
iestatis profunditas sapientie dei / et sequitur
ut impleamini omni plenitudine dei
item 1 cor 2 spiritus scrutatur omnia
etiam profunda dei i. facit nos scrutari
respondeo quod comprehensio potest dici
quoniam intellectus apprehendens vel
adherens veritati / et sic deus est
comprehensibilis quia intellectus ad
heret veritati que deus est / unde
sponsa in cant / tenui eum nec
dimittam / Et hoc modo loquitur
apostolus / vel comprehensio dicitur

congnitio intellectus includentis
totaliter / Et hoc modo impossibile est
quod intellectus comprehendat essentiam
divinam. ita quod eius fines circum-
spiciat omnis / Comprehendere enim est
secundum substantiam totamque virtute et
respectum rei comprehensam includere
Nota quod licet spiritus principaliter
sit invisibilis et incircumscriptibile
sit incorporeum et invisibile sit et-
ernum et incommutabile est tamen
principium rerum spiritualium. corporalium
naturalium et gratuitarum ac per hoc
etiam mutabilium sensibilium et circum-
scriptarum. per quas ipse licet inco-
mutabilis et incircumscriptus insen-
sibilis et invisibilis sit semper redditur
manifestum et notificat generaliter
per diversitatem suorum officiorum ab ipso
emanantium in quibus dicitur esse per
essentiam potentiam presentiam / Que
se extendit ad omnia creata / Reddit
etiam specialiter se notum per aliquos
effectus qui in nobis specialiter dicuntur
sone quorum dicitur habitare apparere
descendere mittere mitteret ac mitti /
Habitare namque dicitur effectum gratia-
lem cum acceptione sicut est effectus
gratie gratum facientis que idem
reducit et deum facit nos habere et haberi
a nobis ac per hoc habitare in nobis
Et quia hic effectus communis est omnibus
personis ideo una persona non ha-
bitat sine alia / Apparere vero eius
dicitur effectum sensibilem cum expressa
significatione sicut spiritus sanctus
apparuit in columba / Et quia persone
divine distincte sunt sic distincte
specierum et signorum sunt signis et nominibus
ideo quelibet persona potest per se apparere
et apparitio potest apparere simul cum
qualibet persona / Nota quod spiritus sanctus
in columba et linguis igneis di-

apparuisse / hoc est propter convenien-
tiam que est inter signum et signatum
sibi speciali modo et ordine ac ori-
gine deputato / Descendere autem dicitur
interimque effectum predictorum cum incho-
atione / Deus enim angelis semper
presens est in celis quia in eis semper
inhabitat et apparet / peccatoribus autem
in terris est modo absens quantum
ad gratiam et notitiam / Et ideo cum
incipit apparere vel inhabitare de
celis venit sed quasi absente nobis
sit presens in terris / Et ideo licet in se
non mittitur nobis tamen descendere di-
citur non dicit effectus predictos cum
essentie processione / Pater enim pre-
mittit filium cum faciendo eum nobis
presentem per notitiam vel gratiam in-
timat quod ab ipso procedit / Et quia
per nullo procedit ideo nusquam mitti
dicitur / Quia non filius procedat et
procedit ideo mittit et mittitur / Quia
non spiritus sanctus eternaliter procedit
et procedit nisi ex tempore ideo spiritus
est proprie mitti et non mittere nisi re-
spectu creature / Ex quo apparet quod
hec sunt mystice exponende / Spiritus
sanctus mittit se / Spiritus sanctus mittit
filium / filius mittit spiritum. nisi
intelligatur in quantum sit de ingenue
nature eterne incomprehensibilis
contra antropoformitas quidem
habere membra humana arbitrantur
ut 29 q 1 quidam / contra quos
Spiritus deus est / 1 Joh 4 / Spiritus autem
carnem et ossa non habet / Luc ult
Et ideo non potest videri / Deut 4 Non
videbit me homo et vivet Joh 1
Deum nemo vidit unquam / Exo 33
Et ad idem Tymot ult 6 / Solus deus
inhabitat lucem inaccessibilem
quem nullus hominum vidit sed nec
videri potest / Aug / dum lineamenta

corpus medio cogitat ydolum in
corde suo fabricat / Sed de hac ma
teria dicitur plenius infra ubi s.
16 omnino simplex / Illud autem sciendum
quod deus nec infirmitati consulens
quia enim sicut est non possumus
congnoscere · nec locucionis more
sensum nobis insinuat unde etiam
verborum morum qualitate habere scribitur
quibus ad sua per nostra nos trahat et
dum nobis condescendit nos ei as
surgere festinemus / hinc est quod quia
omnia videt dicitur oculus · et quia
omnia audit dicitur auris eius / Ita
sicut dicit Boetius / omne quod scitur
vel congnoscitur non ex sua natura
sed secundum comprehendencium congnoscitur
17 facultatem / notandum ergo quod
duplex congnicio potest haberi de deo ·
una per modum posicionis alia per
modum privacionis / per modum posici
onis congnoscitur scilicet quid est / per
modum privacionis quid non est ut cum
dicitur Eternus i· sine principio et fine /
Immensus sit replecione congnoscitur prius
quod dicitur incircumscriptus vel per alienationem
gacionem loci et ubi / Similiter quantus
sit virtute per alienacionem virtutis
ipsius tunc dicitur immensus / quia impos
sibile est ut determinetur quanta sit
eius magnitudo multitudo sive do
minacio sine virtus eius

18 Omnipotens contra
hereticos qui dicunt christum
esse non omnipotentem quia cum
velit omnes homines salvos fieri
2 thim 1 non salvat omnes nec facit
omnia bona que bona si bonum esset
et licet nemine velit perire 2 petri
3 multi tamen pereunt / Secundo / dupli
citer deus velle scilicet disponendo / et
19 tunc voluntati eius nichil resistit
Rom 9 / deus omnia quecumque voluit fecit

i· disposuit / vel approbando vel consulendo
et tunc sepe resistitur ut cum vult
omnes homines salvos fieri i· consulit
vel approbat / Unde Augustinus / Infideles
contra voluntatem dei faciunt cum
eius evangelio non credunt vel non
obediunt / vel dicitur quod deus ea vo
luntate que ipse est non vult aliquid
fieri quod non fiat neque non fieri quod
fiat / Vel dicitur quod christus aliqua voluit
et ad aliqua venit que dum sunt no
completa / Unde Joh 3 / Non misit
deus filium suum in mundum ut iudicet
mundum sed ut salvetur mundus per ipsum
Et tamen nondum est salvatio nisi
ex parte / Similiter Eph 3 / christus dilexit
ecclesiam et tradidit semetipsum pro ea
ut eam sanctificaret mundans ea
lavacro aque ut exhiberet eam sibi
ecclesiam gloriosam non habentem maculam
neque rugam aut huiusmodi / christus ergo
voluit talem esse ecclesiam / nondum tamen
completum est nisi ex parte / Ad idem
Mt 23 / Quotiens volui congregare
filios tuos / et noluisti / tamen quod licet
nunc non sunt complebitur in futuro
Vel dicitur / secundum Augustinum in Enchiridion /
Vult omnes homines salvos fieri / hoc est
nullus salvatur nisi quem vult sal
vare / Eodem modo accipitur illud Joh
Illuminat omnem hominem venientem
in hunc mundum / quia sine ipso nullus
illuminatur / Et est exemplum Augustini
Si esset unus solus magister in una
civitate qui doceret pueros posset dici
quod iste magister docet omnes pueros istius
civitatis non quod omnes doceantur sed quod
nullus docetur nisi ab ipso docetur
Sic et hic / Vult omnes homines sal
vos fieri et tamen non omnes salvi sunt
nisi qui per ipsum salvantur / Vel distinguitur
quod potest fieri distribucio pro singulis generum
vel pro generibus singulorum / Si primo
modo sic est falsum quia non vult

singulos homines salvos fieri /
Et est simile ca^{st} 23 / decimatis
omne olus et omne genus olerum /
non enim singula olera decimabant
que erant in mundo / Ad idem / omne
quod intrat mos in precessionem vadit
i. de omnibus aliquid / Vel pt intelli
gi condicionaliter scilicet / vult omnes homines
salvos fieri si ipsi volunt vel quantum
in se est aut si sunt digni et sus
ceptibiles salutis / contra predictos
errores / ps / omnia quecumque voluit
fecit in celo et in terra / exo 12 / dns
nomen eius / mt ult / Data est michi
omnis ptas in celo et in terra / Rom 9
voluntati eius quis resistit / Et xm
non est ptas nisi a deo / dei enim pote
cia omnipotencia est / apoc 4 sanctus
sanctus sanctus deus omnipotens qui est qui
erat et qui venturus est / Ite magna
et mirabilia sunt opera tua dne deus
omnipotens / Et mt 19 / omnia possibilia
sunt apud deum / opponit hereticus
20 gen 19 ubi dicitur dns ad loth festina
et salvare in segor quia non potero
facere quicquam donec egrediaris illuc
Item marci vi / de xpo dicitur quod non potuit
facere virtutem ullam in patria sua
Item joh 4 / non pt filius aliquid facere
quidquam / Rndetur impeditus et etiam
similibus non poterat i. nolebat quia
voluntas dei ptas est / Ite / omnipotens
quod deus sit omnipotens dicit Richardus
in libro de trinitate / deus est quo
maius excogitari non pt / magis
autem est omnipotentem habere quam aliquam
potenciam cum aliquid desit de ple
nitudine potencie Relinquitur ergo
deum omnipotentem et omnipotentem esse / Item
in eodem / potens est quantum potencie
plenitudine aut ymmo participatione
Est autem impossibile deo aliquid quod
sit participare / Cum ergo deus sit

potens impossibile est deum esse po
tentem potencie participacione Est
ergo potens potencie plenitudine
et ita patet quod omnipotens quia nullum
posse potest ei deesse / Item hugo de
sco victore / ptas dei duplex est alia
ad aliquid faciendum alia ad nichil
paciendum / sed utraque deus veraciter
habet / Et affirmat / omnia nec aliquid
est quod ei ad paciendum corrupcionem
possit inferre nec ad aliquid faciendum
impedimentum inferre / Item Ex hoc
patet plenitudo omnipotencie quia omnia
omnia possibilia pt quecumque posse
potencia est eterna omnis / hec est sine
coactione sine passione sine impedi
mento sine indigencia materie /
Item omnipotens / non omnipotentes omnia 21
impossibile est plures esse omnipotentes
nisi sint consubstanciales / cum
enim omnipotens sint facile efficere poterit
ut ceterorum quilibet nichil possit.
alioquin iste omnipotens non erit / non
ergo sunt omnipotentes quia possent de
facili fieri nullipotentes Et nota 22
sicut non pt esse omnipotens nisi unus
sic non pt esse dns verus nisi unus
cuius libertas nulla premitur ptate
cuius ptas vel dominium nulla pre
ditur impossibilitate / non enim vere
pt dici dns qui servit vel cedit ali
eni voluntati / Unde dne deus tu
tu es omnipotens quia nil pt contra te
/ Et est hoc contra istos qui dicunt
duo esse principia unum quod pt
omnia bona et aliud quod pt omnia
mala / contra quos infra in verbo
principium / Et nota quod iste ar
ticulus plurat sequentes / nam sicut
omnipotens pt creare celum et terram
pt remittere peccata pt dare vitam eternam
Sed autem dicitur 32 q 2 / si paulus / deus
de corrupta non pt facere incorrupta

intelligitur scdm cursum nature
et causas inferiores quia scdm
superiores no est impossibile apud
deum omne verbum / luc 1 / Vel dicit
quod factum est non pt no esse factum
vel pt dici q̄ no refertur ad omnis
compte restauracionem sed ad specialis
palme retribucionem / Et ideo exponit
no pt i. non congruit potencie sue
ut scz auricola coronet corruptam
/ Unde no q̄ iste solus est omnipotens
dt qui pt omnia que posse est aliquid
posse / posse enim ledi infirmari corrum
pi mentiri cadere mori deficere destrui
pocius est impotencia deficere quam aliquid
posse / Et pt hoc ligari vinculis
peccatorum nec mori morte culpe e
deficere a potencia et virtute / Hoc ergo
solum pt omnipotens quod eius infinite
eius potencie eius magne convenit
posse autem peccare no e aliquid posse
immo aliquid no posse / ut de prima dist
2 / § caritas / na sicut dt anglicanus
quis dr habere potenciam paciendi
vel faciendi id quod sibi no expedit
aut no debet impotencia intelligitur
p potencia quam quanto plus habet tantum po
tencia et adversitates contra illum
sunt potenciores et ille contra eas impo
tencior / Et ideo nichil attribuendum
est deo quod sonet culpam vel in
digencia vel defectum / Unde actus cor
porales creature no ei attribuimus licet
ipse operetur omnia in omnibus / quia
omnis creatura a deo accipit quod possit
operari / Item omnipotens omnipotencia tri
23 bus attenditur / primo in amplitudine
potencie pt enim quecumque vult facere
nec sibi est facilius facere unam rem
quam omnia / 2o in hoc q̄ ad agendum
nullo indiget / 3o in hoc q̄ a nullo
pt prohiberi / omnipotencia enim e potencia
24 libera in ultimo libertatis et fortis
in ultimo fortitudinis et ampla
in ultimo amplitudinis / Unde nil
imperfectionis vel mutabilitatis att
ribuendum est potencie divine / Et ideo 25
nota regulam q̄ nullum materiale
nullum passivum nullum inordinatum
nullum privativum quod possit inesse
per se attribuendum est potencie divine
Materiale ut actus currendi / passivum
ut mori vinci / privativum ut falli
oblivisci / inordinatum ut mentiri
Sunt ergo quedam que no attribuuntur
nature divine sed tamen eius eius po
tencie subiciuntur / et licet ista no effi
ciat in se per eius tamen potenciam
ab aliis efficiuntur / per hoc autem q̄ dr
omnipotens excluduntur tria scilicet coactio im
pedimentum et indigencia / Et est hoc 26
contra illos qui relicto deo adherent
dyabolo credentes se fame moriturum
si deo tamen servirent quasi dyabolus
vel melioris voluntatis sit vel
maioris potestatis ad providendum hiis
qui sibi serviunt quam deus Et sic
dei omnipotenciam credere no videntur / Item
omnipotens / Si est omnipotens est presens et
ubique pt si ubique pt potencialiter
ubique est / si ubique est potencialiter
ubique essencialiter / quia no aliud
eius potencia et aliud eius essencia
Si autem ubique essencialiter est ergo et
ubique localis est / et ubi locus no est
erit itaque et intra omnem locum et extra
omnem locum erit super omnia et infra
omnia / Sed quia simplicis nature e 27
deus no erit hic et ibi per partes divisus
sed ubique totus / erit itaque in qualibet
cuiusque parte cuiuslibet totus et in
tota totus et extra totum totus / Et
sicut corpus quod nodum sunt nichil
ei simum sit corpus que pessime vul
ei proximum et corpus que principaliter sunt
vul ei remotissimum / Est ergo omnipotens
in omni loco incomprehensibilis omni

parte variabilitas quantum ad se semper
uniformis in aliis multiformis
secundum principaliorem essentie vite pote
tie sapientie bonitatis et huiusmodi / Et
non quod secundum Richardum de s. victore
sicut eternitatem dei non excedat tempus
nec immensitatem locus vel sapientiam
nec bonitatem virtus sic nec eius
simplicitatem compositio. non enim est limitata
dei potentia vel actu vel voluntate
vel iusticia vel bonitate vel presentia
vel fine. quamvis excessum divine po
tencie in actum semper contineatur volun
tas iusticia bonitas presentia racio que
modo eadem sunt secundum rem quamvis
differant secundum racionem intelligencie

28 **Et ineffabilis** Quia
deus est causa boni et super
omnia convenit ei innominabilitas
sive ineffabilitas / Bonum enim quod
super omne bonum est ineffabile est
omni verbo propter excessum omnis etiam in
telligencie et nominacionis / Unde
Dyonisius de divinis nominibus cap.
1 / Incomprehensibile dicunt sacra eloquia
clarissimum lumen et laudabile et
tum. innominabile tamen ineffabile in
omnibus propter nomina mentium in
comprehensibile / Item ineffabilis /
29 non enim potest exprimi. potest diffiniri quia
est causa causalissima omnium rerum
Unde nichil potest esse causa ipsius /
per prius / Quia non habet essencialem dif
ferenciam que conducat eum ad esse
ideo non potest diffiniri eo quod non sit diffi
nicio sine substantiali differencia / Item
Deus sub nullo genere continetur sed
ipse est supremum genus et suprema
omnium natura / Et ideo non potest diffiniri
eo quod non sit diffinicio sine proximo genere
rei diffinite Item omnis sciencia est
sensitiva vel diffinitiva seu demon
strativa vel intellectiva vel secundum

theologiam creditiva / Sed deus non
sciretur nisi sciencia intellectiva et credi
tiva non ergo diffinitiva / ergo non potest
diffiniri / describitur autem sic a 30
philosophis / Deus est triangulus
in quo omnes figure resolvuntur
hoc est / Deus est trinitas ad quam
omnes creature resolvuntur que quasi fi
gurant et depingunt in se creatorem
Item alius philosophus / Deus est quodlibet
esse et idem quod ipse est / Quod ideo
dicitur quia in omni eo quod de deo dicitur
intelligitur quodlibet quod eius est conve
nit / Ut in eo quod dicitur iustus intelligitur
ipsum bonum misericordem et sic de
et alius philosophus / Deus est spera intel
ligibilis cuius centrum ubique circum
ferencia nusquam / Spera dicitur quia
quasi circulo clauditur in ipso omnis
ubi circularitas intelligitur / quia filius
a patre procedit et spiritus sanctus a filio et
idem spiritus sanctus a patre / Intelligibilis
dicitur naturaliter iuxta illud Boecii
Stabilisque manens dat cuncta moveri
Centrum dicitur / Quia iusticia dei immo
bilis est sicut centrum in sperico corpo
re. nusquam circumferencia dicitur quia
non est aliqua circumferenciam vel
terminum cum sit sine principio et fine
Item est ineffabilis Quia quis 31
sufficiet enarrare opera illius quis
investigavit magnalia eius virtutem
magnitudinis eius quis annunciabit
quis adiciet enarrare eius misericordiam
Eccl 18 quasi dicat nullus / Et Iob
ca. 8 / non enim est humano quod secundum
sensum loquendum de deo / de q. est dist. 2
Item / Quia de superexcellente divi
nitate non est audendum dicere preter
quod expressum est in divinis scripturis
Item ineffabile dicunt [illegible] 32
quod dicunt filium impre tamen bas

inbaſe / Et cont̃ Eunomianos
et Gnosticos et alios presumptores
curiosos qui opprimentur a gloria /
pu̇ 25 c / Quia no est investigacio
sapie eius ys 20 Quia nome dm
adonay et ineffabile / Exo 3 / a / Et
mirabile / Judicum / 13 cur queris no
men meum quod est mirabile Item
pu̇ 30 / Quod nome eius i quod
nome filij eius si nosti / Quasi dicat
non / Sicut est ergo apud eruditos c
e maxime sapientes deo attribuere ergo
altius attingit humana potest estimacio
Sicut est ergo ipsum deum cum incom
mutabilem incomprehensibilem
omnipotentem affirmant et ineffabilem
33 ut sic   Item ineffabilis dicitur
no quia dici no possit sed ergo sensus
sensu et intellectui humana racio non
potest / Et ideo quia nichil de deo digne
dici potest ineffabilis est / Unde nota quod e
nominare deum in hiis que sunt
secundum ipsum et hoc modo ineffabilis
sive innominabilis est nobis quia
ea que sunt secundum ipsum in ipso huiusmodi
sunt infinita et incomprehensibilia
sunt / Item est nominare deum in hiis
no que sunt secundum ipsum sed secundum nos
et hoc modo est a nobis nominabilis
ut dicit Damascenus scilicet tribus nominibus
ymaginibus formis et nocte nominatur
operacionibus cum dicitur invisibilis infinitus
incircumscriptus ymaginibus cum nominatur
disposicionibus spiritualium creaturarum
ut cum dicitur primus sapiens intelligens
formis cum nominatur similitudinibus
corporalium creaturarum ut cum dicitur leo
agnus et huiusmodi Et nota omne quod
34 dicitur de deo dicitur causative vel simili
tudinarie vel admitive vel negative
Causative sicut ea que de deo dicuntur
per causam ut iustus fortis primus
Similitudinarie sicut ea que per simili

tudine dicuntur ut pater filius ymago
splendor / Admitive sicut ea
que de deo dicuntur racione admitti
ut cum dicitur dominus irasci / racione admitti
scilicet punicionis / Similiter ut penitere
racione admitti ergo mutacionis / Solet
enim admitti ire commotio et penitencie
operis mutacio ideo deus dicitur irasci
cum punit / penitere cum opus mutat /
Negative no cum dicitur deus indurare
aliquem vel subtrahere graciam alicui In
durare enim idem est de deo ergo no apponere
graciam / Unde / deus dicitur indurasse cor
pharaonis no impartiendo maliciam /
sed no apponendo graciam / Subtrahere
no graciam idem est ergo no confirmare
35 graciam vel non continuare Item no
multiplicem modum nominandi deum
scilicet per naturam per negacionem per excellenciam
per causam per translacionem / per negacionem
sicut cum dicitur immensus eternus et
huiusmodi a comparacione divini esse ad
creaturam secundum differenciam / Item
per excellenciam sicut cum dicitur superex
istens optimus et huiusmodi / Hic modus
est a comparacione divini esse ad creatu
ram secundum convenienciam que est ad
proporcionem secundum quem anima accepimus
quod est optimum in unoquoque
esse deo attribuendo / Item per causam
sicut cum dicitur potens sapiens et
huiusmodi / Hic modus sumitur ex compara
cione divini esse ad creaturam secundum
comparacionem que est effectus ad causam /
Item per translacionem / Et hoc modo potest
nominari per omne nomen quod potest
dici secundum rationem boni et veri / nomen
autem privacionis vel obnoxietatis
seu necessitatis vel malicie designa
tivum no cadit modum / Et ideo non
debemus uti huiusmodi nominibus secundum con
suetudinem humani sermonis / Sed

tum/ incenuntur exponenda sunt sed un
sanum intellectum sanctarum scripturarum
Item ineffabilis Dama omnio simplex
ipse quod ipse dicitur Unde Boecius Rebus
ex materia et forma constantibus Deo
ipsi voluit nomina imposuit/ ad sig
ficanda non diuina forma translata
cadunt a forma / Item philippensium 2/ dedit
ei nomen quod est super omne nomen
Unde dyonisius/ dei nomen est innominabile
est quod est super omne nomen quia
et innominabile quod omni superlatum nomi
nominato siue in hoc seculo siue in
futuro Item damascenus/ Quid est dei
substantia / Cur vel quare deus ex
deo genitus vel prodidit vel quare
seipsum exinaniuit Unigenitus filius
ex qualiter deus homo factus est ex
virgine ignoramus et dicere non pos
sumus / Item Dyonisius Eloquiis di
uinis laudatur diuinitas causa inuisi
bilem infinitatem ineffabilem vo
cantibus quibus non quid est sed quid
non est significatur/ Hoc enim magis
proprium est ipsa quam quam non esse
sed quid eorum que sunt eum vero di
cimus ignoramus autem supersubstantiale
ipsius ineffabilitatem / igitur negatio
nes vero in diuinis sunt affirmationes
non compacte i incomposite negationes
intellige/ in nos non in diuinis sunt
per quas remouetur a deo quod ei non conuenit
3b per insufficientiam / Et ideo nota quod affirma
ciones et negationes in diuinis acci
piuntur vel secundum proprietatem dicendi/
vel secundum veritatem essendi/ secundum proprie
tatem dicendi verius conueniunt nega
ciones que remouent modum contrac
cionis siue insufficientie que non conue
niunt deo secundum veritatem essendi conue
niunt affirmationes que dicuntur proprie
vt vita bonitas paternitas filiatio pro
cessio et cetera Item ineffabilis/ Et

nominationes que magnificentiam
siue excellentiam innuunt creatoris ad
creaturas siue exiguitatis conuenientia
referantur non sunt nisi umbras
exiguas et intus atque vestigia et
signa permodica eorum que significantur
apud creatorem cum de ipso dicuntur/
Cum si creatura dicatur potens leuis, 3a
potentia comparetur potentie creatoris
non est nisi signum vel vestigium
modicum illius cum sunt impossibilia abillo
nec est comparacio qualis cogitatur per
inter fontem copiosissimum et inde
ficientem ac redundantissimum aduna
ex guttis totius aque illius abyssi
vel maris ad stilla modica totius
aque sue. et hoc propter multas causas
prima est quia tota aqua ex huiusmodi
fonte emanans et unaqueque gutta
ipsius aque dicitur secundum eundem intel
lectum et etiam tota abyssus siue mare
et unaqueque stilla ipsius/ non autem
sic se habet potentia creatoris et potencia
creature / Secunda causa est quia quelibet
gutta vel stilla totius fontalis e
manationis pars est illius similiter
quelibet gutta vel stilla maris et abyssi
pars est eiusdem / non autem sic est inter poten
tiam creatoris et creature scilicet ut pars
illius sit etiam vel aliquid comparabile
ad istam/ Tertia est quia stille vel
gutte in aliquo numero aggregate aliquam
comparationem possunt constituere totali ema
nationi predicte quia tota abyssus
non ex infinitis numero guttis constituta est
quia nulla magnitudo aggregata
ex infinitis tantis singulis quia
nullum corpus ex infinitis tantis
corporibus quacumque quantitate demon
strata Cum autem aggregamus in
ymaginatione tua vel intellectu omnes omnium
creaturarum et singularum potencias
et cogitamus aggregatum ex illis
tamquam unam potentiam omni tota

licet sic aggregata potencia non
est aliquid compabile ad potentia
creatoris / iuxta hunc modum co
sidera de sapiencia creatois et alijs
sapientijs / de bonitate creatois et
alijs bonitatib; sic de suauitate sic
de largitate sic de pulcritudine sic de
magnitudine de altitudine et nobi
litate / et de omnib; alijs que dicu
compatio exiguitatis creaturarum ad
excellentiam creatoris / Et nota q
38 nomen potentie vera impositione et
ppa significatione no nomiat nisi
potentiam depuratam ab omi impo
tentia et potente no denomiat nisi
sintem veri nomis potentia / et p que
viam currit res in ente et entitate
Deus em est eius puissimu sine
defcu no hns admixtu sibi de cot
dictoria opinione / no em est quodda
eius nec pticulare eius nec singulare
nec deficiens nec vacuu / Simili mo
in vero et vitate in bono et bonitate
pulchro et pulcitudine sapiente et
sapientia alto et altitudine / Et ex hoc
patet q nec et ppe signes huoi pli
conuenint creatori alijs aute p ali
qualem longissime distante a creatore
similitudine scdm q nec creatorem
et creaturam e possibile cogitare sili
tudine sine ppetate sine p tropum
sine p alusione aut alia qualitcuq
compacione nomicet / res no noiat
scdm intenciones qualit aute de
sit nominabilis visu est supra ibi
Deus / Et licet ppe predicta nomina
idem significet tn corp sermonu in
cultatio est xaut deuocionis intimatio
et ineffabilis commendacio deitatis
39 Pater et filius et spc scs
Cont macedonianos qui
negant dm esse spm scm
Cont quos ioh 4 / Sps est deus
et qui adorant eum in spu et vitate
opt adrare / Macedonij damnati
sunt q dis 15 / Et synod 2 / 26 d
§ synod 9 / 29 q 1 maiores / Cont
sabellianos p sona in trinitate sit de
patre / de pre 1 pet 1 Bndictus deus et
pr dni nri ihu xpi / Item 2 ioh / Gra
nobis et pax a deo pre et ihu xpo filio
eius / Item ioh 1 in principio erat
verbum et verbum erat apud dm et ds
erat verbum / Item in symbolo de filio
ioh v / dedit nobis sensum ut cognoscam
vm dm et simus in vero filio eius
hic e verus deus et vita eterna / ioh
20 / dns meus et deus meus / De
spu sancto Act 5 / no es mentitus
hominibus sed deo / hic ondit spus
scus p petrum sc esse dm qui cu p
misisset / cur temptauit sathanas
cor tuu mentiri te spm sancto sta
tim addidit intulit mentitus es no es
mentitus hominibus sed deo / Item 1 cor
3 / nescitis qm templum dei estis et
spus dei habitat in nobis / Item 40
pr et filius et spus scus / nota q
nomn que de deo dicunt / aliqu dicit
de tribus psonis ita q de nulla carp
ut trinitas quod no dicit scdm
substam sed quasi collectionem pluralitate
designat s trinitatem psonarum aliud
ita de tribus in summa q in singulis
q deus / aliud ita de una q no de alijs
ut sunt pr et filius et spus scus / Et
nota regulam omia que dicunt scdm
substam de omnibus dicunt et sigillati
et simul ac singularit / Que no scdm
relacom aut no de omnib; dicunt aut
si de pluribus pluralit / ut relati
distincti similes equales / pp relac
com intrinsecam / Et qm plures
pnt esse relationes in vna psona
sicut sunt plures psone in vna

substancia seu natura quia distinctio cum denotatione non insunt
diversificatione personarum nec distinctio personarum
per plurificatione nature / Et per hoc
nota quod quicquid convenit essencie con-
venit notioni personarum nec econverso
Et hinc est quod sunt ibi tres modi supponendi
de quibus datur talis regula
91 supposita essencia non supponitur no-
tio nec persona nec supposita notione
non supponitur persona nec essencia /
et supposita persona non supponitur es-
sencia neque notio sicut patet per exem-
plum / Item nota quod cum aliud nomine
92 sit pater aliud filius aliud spiritus sanctus
hoc est uterque unum nomine nature hoc
tamen quod deus dicitur / Sicut dicit
Augustinus de fide ad petrum pater est substancia
ingenita filius substancia genita spiritus
sanctus substancia nec genita nec ingenita
et tamen pater et filius et spiritus sanctus est
una eademque substancia sicut in natura
humana sciencia doctrina et sua doctrina
est una eadem quod substancia tamen alia et alia
doctrina / Sic ibi alia et alia persona
93 Sciendum igitur est quod etiam nomina que
proprie ad singulas pertinent personas re-
lative ad invicem dicuntur sicut hic
pater et filius et spiritus sanctus / Ea non que
unitate essencie signant ad se dicuntur
etiam substantialiter de omnibus communiter et de
singulis sigillatim personis et singulariter
non pluraliter accipiuntur in summa
ut deus potens magnus bonus
et huiusmodi / Tunc autem relative dicuntur
substantialiter non dicuntur / pater et filius et spiritus
sanctus / nota quod sicut in generacione
humane nature primum et principale
locum tenet generacio que est inter
parentem et prolem / Sic generacio
que est inter nascibilem et personam
de ipso principaliter procedentem / Et ideo

ione similitudinis hec nomina
pater et filius transsumuntur ad personas
divinas / hoc igitur est esse filium
quod principale generacione sibi esse
convenientem / Et quia in divina natura
nullus est sexus dignum fuit ut ab
eo sexu qui dignior esse cognoscitur
ad id quod est omnium dignissimum nomina
transferuntur / Unde in divinitate merito 95
pater dicitur a quo solo et unico origo
trahitur / et iste filius qui ab uno
solo procedit / Spiritus non sanctus dicitur
amor qui communis est ambobus /
hic est ille qui a patre et filio sanctorum
cordibus inspiratur per que sanctificatur
qui sancti esse merentur / Sicut enim
spiritus humanus vita est hominum sic
iste divinus vita est spiritus / ille vivi-
ficans iste est vitam sanctificans
Et ideo merito spiritus sanctus dicitur sine
quo nullus spiritus sanctus efficitur
Et ergo spiritus sanctus dicitur quia spiritu-
ales homines sanctos facit / Unde dicit 2 / Re-
pleti sunt omnes spiritu sancto et cepe- ut
runt loqui prout spiritus sanctus dabat eloqui
illis / Hic solus spiritus cor nostrum
replet / Hic spiritus sanctus est quasi
ventus quo solo flante velut
levem navem cordis nostri ad celestem
illum viri tuserunt peregrini Cum 96
dicitur spiritus sanctus tenetur dotaliter
et est circumlocutio unius persone
que predicat personam ut cum dicitur divi-
nitas est spiritus sanctus aut personalem
proprietatem ut cum que cuius est in
tria persona / Tenetur Spiritus sanctus
aut relative ut cum dicitur spiritus sanctus
est spiritus patris / Accidit autem pater spirat
spiritum sanctum / hoc autem nomine spiritus sanctus
tenetur persone tamen attribuitur quamvis
iuxta racionem substancie omnibus
communiter videatur / Unde sicut dicit
Augustinus Spiritus sanctus quedam patris et

filii gignimo e et ideo sic appellatur
quia patri et filio hec convenit appel
97 latio / unde nondum est ex nominum que
de deo dicuntur alia appropriantur uni per
sone nomine et re ut hoc nomen
pater quod convenit tantum patri et hoc
nomine filius tantum filio alia tantum nomine
et non re / licet enim pater et filius et
spiritus sanctus sint eadem potentia eadem
sapientia eadem bonitas · tamen patri appropriatur
potentia filio sapientia spiritui sancto
bonitas sive benignitas / et hoc duabus
98 de causis / primo propter conformitatem
naturalium / sicut enim in naturalibus
ex potentia sapientis est sapientia / et ex
hiis duabus voluntas / ita ex patre
filius et ex illis duobus spiritus sanctus
secunda ratio est / propter excusationem
carnalis intelligentie / quia patres
solent esse infirmi et filii insipientes
ne hoc carnaliter intelligatur de divinis
personis patri appropriatur potentia filio
sapientia / item filio appropriatur sapientia
99 quia est verbum in quo omnia dicuntur
speculum in quo omnia videntur quia
igitur in ipso sciuntur omnia dicitur sapientia
sicut enim artifex operatur per sapientiam
suam sive per artem sic pater dicitur
operari per filium / item ymago patris
appropriatur filio quia solus filius ex
pressam patris in se similitudinem habet
et ymaginem tenet / eo quod sicut divi
nitatis plenitudo manat de patre
sic et eadem plenitudinis largitio
manat de filio, nec aliquomodo accipit
spiritus sanctus ab uno quam ab alio sed
eandem habitudinem quam habet pater
ad spiritum sanctum eandem habet et filius / et
ideo merito dicitur ymago patris fi
70 lius quia ymago est eius ab alio
per expressam imitacionem spiritus vero
sanctus non dicitur ymago quia
nulla omnino accipit plenitudine

divinitatis a spiritu sancto et ideo quia
que patris non exprimit in se ipso / iste 71
ymago dicitur quasi imitago quia
representat illud a quo est / dicitur ymago
proprie natura unius solius / sed spiritus
sanctus est a duobus et neutrum illorum proprie
representat nisi unum tantum a quo est / et ideo
filius tantum dicitur ymago non spiritus sanctus
item filius dicitur speculum patris quia ideo 72
videtur pater quem representat / unde Johannes
14 qui videt me videt et patrem meum
et math. xi / nemo novit filium nisi pater
quia hoc speculo pater se declarat quia per
lumen intellectus nostri est / item filio 73
attribuuntur sensus sapientia virtus verbum
numen lumen / sensus quo cognoscuntur
omnia sapientia qua disponuntur virtus qua
operantur verbum quo annunciantur lumen
quo clarescunt / item solus filius
dicitur verbum quia sicut verbum de solo
corde procedit et per ipsum cordis sagacitas
sive sapientia innotescit / sic filius de solo
patre procedit et per ipsum paterna claritas
manifestatur / quia igitur filius
eloquitur essentiam et proprietatem patris
ideo dicitur verbum patris · quia plene
manifestat intellectum et intentionem
deitatis et proprietatis / spiritus non sanctus
et si totam essentiam patris eloquitur scilicet po
tentiam sapientiam et bonitatem non tamen
insit loquitur proprietatem patris qua pro
ducat ex se alium · et ideo non dicitur
verbum sicut filius nec dicitur eius pro
ductio aut generatio sicut productio filii
in patre omnis veritatis conceptio in
eius verbo / omnis veritatis prolatio in
spiritu sancto omnis veritatis auditio /
iuxta illud Johannis 16 / non enim loquetur
a se metipso sed quecumque audiet
loquetur / non igitur pater qui non est
ab alio potest dici verbum sed nec spiritus
sanctus qui non est ab uno solo a quo

C

eminat omnis mutatis manifes
tacio / Et sicut interior locucio in
nobis fit sine humani flatus co
operacione / exterior autem omnis non
fit nisi isto cooperante / Sic in illa
supereminente natura interna illa
locucio agitur auctore patre solo /
na solus pr dicit solus filius sto
audit / Exterior autem locucio peragitur
auctore etiam flamine divino hoc est
42 spiritu sancto / Item sicut verbum
quod est sonus sine vox procedit ad
aures ab animo sine audiente / sic
dei filius a deo patre et sicut quilibet
dum loquitur cessat vox eius desinit
esse et evanescit / Sic celestis pr
si verbum suum loqui cessaret essencia
verbi hoc est universitas condita non
subsisteret / Universitatis namque condite
subsistencia et permansio est dei patris
locucio / hoc est eterna et incommutabilis
sui verbi generacio / Item sicut deus
pr / de patre fecunditatis plenitudine
eructavit verbum istud bonum / genuit
primo illam primogenitam sapientiam in
semetipso et intrasemetipsum / Sic
vis intellectiva quasi impregnata et
fecundata aptitudine et receptibilitate
scientiarum de plenitudine illius eructat
et gignit scientias in seipsa et intra
semetipsam / nec per hoc ipsius pleni
tudo minoratur / hoc verbum non est per
latinum in verbo neque cogitatum in
similitudine soni alicuius lingue sed
quodammodo quibus signis signa procedit
quando hoc verbum per sonum dicitur vel per
aliquod corporis signum non dicitur sicut est
sed sicut potest audiri vel videri per corpus
sic accidit quantum potest similitudo ymaginis
facte ad similitudinem ymaginis
eterne qua dei filius per omnia patri

subaliter similis dicitur / Item sicut
opera hominum non sunt que non prius
dicuntur in corde / Sic de verbo dei dicitur
omnia per ipsum facta sunt / Item sicut
verbum nostrum potest esse quando dicimus non
sequitur opus / et opus non potest esse
nisi precedat verbum / Sic verbum dei po
tuit esse nulla existente creatura
creatura non vero potuit esse nisi per
verbum quo facta sunt omnia / Verbum 44
simillimum est noti de quo et ymago
eius / dum sicut de visione sciencie
visio cogitationis exoritur quod est
verbum lingue nullius verum verbum de re
vera nichil de suo habens sed totum de
illa sciencia de qua nascitur / Sic verbum
dei patris unigenitus filius per omnia
patri similis et equalis deus de deo
lumen de lumine sapientia de sapientia
essentia de essentia hoc omnino quod
pater non tamen pater quia iste filius
ille pater / Unde tamen sempiternum dicitur
pater genuit verbum sibi equale per omnia
non enim se integre perfecteque dixisset
si aliquid minus vel amplius esset
in eius verbo quam in ipso / ibi illud
summe cognoscitur / est est / non non
Et ideo hoc verbum vere veritas est
omnia quidquam est in eius scientia de qua
est genitum et inde est racio per verbum
ffalsum aliquid habet non potest quia
immutabiliter sic se habet ut se habet de quo
est / non enim potest filius a se ipso facere
quidquam nisi quod viderit patrem facientem
Joh 5 / hoc est verbum quod non
potest ab homine explicari vel plenarie
cogitari quia per ipsum omnia facta sunt
Joh 1 / Cum videt opera operatorem ad
miretur et expavescat verbum in
corde conceptum nullius est lingue
sed talem notam quam de qua procedat 46
qualis assistit auditor / Et ideo

verbum dei caro factum est ut habitet
in nobis. Joh. 1. ut sensibus hominum
manifestaretur / Sicut autem verbum
mentis fit vox nec mutatur in carne
sic hoc verbum venit in carne tamquam
vehiculo suo tamen verbum immotum / sed
verbum quantum est de se nec crescit
nec decrescit. In nobis autem crescere
dicitur cum proficiendo in illo crescimus
sicut lux crescit oculis convalescentibus
ribus que minor erat oculis in-
firmatis / sic et minuitur cum fit profectus
ad illud verbum / Et ita oportet christum cresce-
re hominem autem minui Joh. 3. Quanto
enim quis magis proficit ad videndam
sapientiam tanto minus est ei vox necessaria
vox est in prophetis in psalmis in libris
in epistolis. Cum autem venit verbum quod
perfectum est evacuabitur quod ex parte est
tunc illud videbimus sicut est. 1 Cor.
13 / Non recitabitur ibi prophetia vel evangelium
vel epistola. Quia crescente verbo vo-
ces decrescunt. Item solus filius
47 dicitur figura substantie patris / Quia si-
iuxta voluntatis similitudinem
patris ac filii conformitate aliquam consignari
tamen quaerimus. Meminerimus quod sicut
pater vult sive persona precedente de se
cum possit dilectionis delicias communi-
care ita filius per omnia similiter
vult sive et est per voluntatem /
48 Item filius dicitur dextra dei patris
propter effectum eius totius creature
que per ipsum facta est Joh. 1. omnia per
ipsum facta sunt / Cum hac dextera
deus pater operatus est salutem in me-
dio terre i. in cruce originali que terra
dicitur / Unde in psalmo / Veritas de terra or-
ta est / Et nota quod sicut dextra cum
aliquid operamur non recedit a bra-
chio non remanet a corpore / sic et

filius operando salutem humani generis
non recedit a patre et spiritu sancto. Item
sicut dextra opponitur contra ictum
venientem / Sic dei filius se obiecit
passioni ne genus humanum periret
Item sicut dextra compatitur membris
sic dei filius compassus est nobis quia
ubi dolor in corpore ibi manus. Item
sicut per dextram datur et aufertur
sic per dei filium data est potestas ligandi
atque solvendi. Item dicitur brachium
quia ab ipso omnia continentur. Item dicitur 49
virtus pro eo quod omnem potestatem patris
in se ipso contineat et omnem celi terre
que creaturam gubernat atque regat
Item dicitur splendor Quia cum pater
sit lux filius ab eo inseparabiliter
quasi splendor splendidissimus
a luce procedit. Item Bonitas sive 50
benignitas appropriatur spiritui sancto
ne nomen spiritus mutatur esse in-
dignationis et inflammationis et
ne terreat nos spiritus fortis et gran-
dis subvertens montes et conterens
petras / 3 Regum 19 / Vel ne credatur
esse spiritus qui perfert stultus / Ysa. 20
Quiescite ab homine cuius spiritus est
in naribus eius. Item digitus ap- 51
propriatur spiritui sancto quia sicut in
digito sunt tres nodi et vegetatio
de nodo in alium nodum / sic spiritus
sanctus procedit a patre et filio / et sicut
mediante digito fiunt indicationes
ita mediante spiritu sancto fiunt re-
velationes Quia quod deus aliquem
incerta et occulta sapientie sue sancti
spiritus illustratione revelat quod
videri vult quasi digito monstrat
cum pater et filius unius utriusque potentia
deus spiritus sancti illustratione
docet nos de omnibus operari per filium
Item missio in linguis appropriatur 52
spiritui sancto quia lingua generationem

hic enim verbo · per linguam eius procedit
verbum / Verbum autem patris dei filius
est / Quia igitur una spiritus et verbi
substantia idem spiritus demonstrari vo
luit et debuit in lingua / Et ideo qui a
spiritu sancto tangitur dei verbum et domi
num dei filium confitetur eciam etne
gare dei filium non valet quia sanctus
spiritus linguam habet / Item in lin
63 guis igneis apparuit spiritus sanctus
quia quos replevit ardentes et lo
quentes fecit / Linguas igneas doctores
habent quia dum amando deum predicant
audiencium corda inflammant iuxta
quod mandatis instruuntur quasi tot
facibus inflammantur / Item in columba
64 spiritus sanctus est monstratus quia quos
replevit simplices et ardentes fa
cit simplices puritate ardentes ca
ritate / Item spiritus sanctus proprie dicitur
65 spiritus veritatis quia veros et vera
ces facit homines ex verbis mendacibus
[illegible] et virtutibus constitutos [illegible]
dicitur spiritus veritatis quia veridicos fa
cit et opera vota et promissa servare
facit et ventura futura et vaticinari predi
cere docet / Hic spiritus sanctus spiritus veri
tatis docet omnia necessaria ad salutem
scilicet que credenda sunt ut articulos
fidei et ecclesie sacramenta que facienda
ut decem precepta · que dimittenda ut
peccata que fugienda et timenda ut
insidias dyaboli et penas inferni
que appetenda ut celestia / Hic spiritus
veritatis docet animam veritatem Ioh
16 scilicet / veritatem vite iusticie et doctri
ne / de quibus dicitur Extra de Remissionibus
utilius scandalum nasci permittitur
quam veritas relinquatur / Est ergo
66 spiritus veritatis contra ypocritas et
simulatores fallaces et mendaces

qui sub nomine virtutum vicia
amplexantur / Item spiritus sanctus proprie 67
dicitur paraclitus id est consolator vel ad
vocatus / consolator quia confortat
desolatos per amorem dei / Tria faciunt
hominem desolari / paupertas tribula
cio corporis et amissio parentum / hec
tria passus est Iob / In hiis tribus
consolator est spiritus sanctus / Unde ta
lia nomina scilicet donum consolator et
amor habet / quia paupertas indiget do
no tribulacio consolacione amissio
terrenorum et parentum amore / Spiritus autem
sanctus est amor patris et filii / Item 68
est advocatus quia in causis nostrorum
cordium defendit iure dei deum cogita
cionibus et affectionibus quasi quibusdam
allegacionibus suggerit homini ut cog
noscat et detestetur peccatum et [illegible]
expressio dei summus [illegible]
redempcionis et dilectionis / De hoc
paraclito sive advocato dicitur Ioh 16
Cum venerit paraclitus quem ego mittam
vobis / Item Ioh 16 / Cum venerit spiritus
veritatis ille arguet mundum de peccato
scilicet de malis commissis et bonis ob
missis seu malefactis / Hic advocatus 69
habet septem testes quibus arguit
et septem locos rethoricos concludit
et probat peccatum esse vitandum Primus 70
est timor quo allegat et probat sup
[illegible] amissiones et dampna que
provenerunt ex peccato quia amittuntur
bona nobilia gratie ac nature tempora
lia et eterna hereditas / et infligit mors
eterna / Secundus est pudor quo allegat
turpitudinem peccati quo nichil est tur
pius oculis dei et angelorum et
animarum sanctarum / Unde quantus sit
pudor si anima desponsata summo
regi non sibi caveat a tanta turpitudine

vel ſi noluit eam per primam re-
monere / Tertius eſt dolor ex le-
ſione peccati quo quaſi gladio anima
lamatur / Unde qui non ſanat
vulnera et leſiones huiuſmodi ac do-
lores mortuus eſſe ſpiritualiter com-
probatur / Cum autem ſpiritus ſanctus
facit hec ſentire tunc quaſi advo-
catus allegat et ſuggerit homini
ut peccatum peniteat / Quartus eſt
horror peccati quem allegat ſpiritus ſanctus
qui oſtendit homini ſe eſſe mortuum
per peccatum / et ſic facit ſeipſum horrere
Quis enim videns ſe iacere in mor-
tuo vel ſe habere in ſe ipſum mortuum
non horreat / Eccli 21 c / Quaſi a fa-
cie colubri fuge peccatum / Quintus eſt
vilitas peccati qua contriſtatur advo-
catus in ſordibus peccatorum / Quia alle-
gat ſpiritus ſanctus quod cor humanum
dedignatur ſervire vilitatibus peccatorum
Sextus eſt odium contra hoſtem crude-
liſſimum ſcilicet peccatum quod non ceſſat in-
ferre proximo et matri fratres et ſorores
et omnes conſanguineos et amicos
et ſe ipſum et ſpoliat omnibus virtutibus
et donis nec ceſſat ſpoliare bonis
naturalibus gratuitis et temporalibus
Unde contra ipſum provocatur ira et odio
cum cor ſpiritus ſanctus hoc allegat / Septimus
eſt abhominatio de ſpurcitiis et feti-
ditatibus et ignominioſitatibus peccati que
cor humanum per ſpiritum ſanctum intelligens
nauſeat et vomit per confeſſionem
quo facto advocatus iſte cum dedit
11 Item caritas appropriatur ſpiritui ſancto
quia eſt amor patris et filii et cauſa
facit nos in deo manere et ipſum in nobis
et quia attendit hominem in dilectione
dei et proximi et quia ipſe dilectio eſt
Ieronimus Spiritus ſanctus eſt dilectio
qua amat pater filium et filius patrem
12 Item ſpiritus ſanctus nexus eſt ſive

vinculum ſive amor quo ſe invicem
diligunt pater et filius Amor autem
ſecundum Auguſtinum eſt copula amantis
cum amato / Item ſpiritus ſanctus proprie 13
dicitur connexio ſive concordia patris
et filii quia pariter et concorditer
ab utroque procedit et pater et filius ſunt
in eo concordes Item ſpiritus ſanctus 14
proprie dicitur donum dei quo nichil ma-
ius et melius poteſt dari hoc eſt donum
patris et filii / quia procedit a patre et filio
et eſt utriuſque ineffabilis communio
quia pater ſpiritus filius ſpiritus pater ſanctus
filius ſanctus ut ex nomine quod utrique
convenit utriuſque communio ſignificetur
ideo notatur donum amborum ſpiritus ſanctus 15
Ideo autem ſpiritus ſanctus dicitur donum
quia datur in timore mali per donum
timoris In operatione boni per donum
pietatis / In diſcretione boni et mali
per donum ſcientie / In tollerantia proſperitatis
et adverſi per donum fortitudinis In
compaſſione proximi per donum conſilii
cui reſpondet virtus miſericordie In contempla-
tione dei per donum intellectus In amore ac
fruitione premii ſuperni per donum
ſapientie / Spiritus ſanctus eſt donum per quod 16
anima efficitur ſponſa Chriſti filii patris
eterni et templum ſpiritus ſancti / Item
ſecundum Hilarium / in libro de trinitate
patri appropriatur eternitas filio ſpecies
ſpiritui ſancto uſus Item Auguſtinus
appropriat unitatem patri equalitatem
filio concordiam ſpiritui ſancto dicens
in libro de doctrina chriſtiana In patre eſt
unitas in filio equalitas in ſpiritu ſancto
unitatis equalitatiſque concordia

Tres quidem perſone 11
Tio ſe dicte relative et a ſe
perſonali differentia differentes
Quia pater non eſt filius nec filius
pater nec ſpiritus ſanctus pater eſt vel filius

sed iste pater filij ille filius patris
iste spiritus patris et filij / Et nota quod
fides catholica deum credit septemplici
ter relatiue / Credit enim quod pater est deus
filius deus spiritus sanctus deus / pater et filius
vnus deus / filius et spiritus sanctus
vnus deus / hic est spiritus domini septi
formis qui super aquas super terram
precedit et replet superficiem orbis
terrarum Item Tres persone / Cum
78 dicitur Tres persone / non quantitatis
numerum ponimus modum uel aliquam
diuersitatem sed intelligimus non ad
aliud nisi ad patrem et filium et spiritum
sanctum diligendum signamus quasi di
cimus / Tres persone sunt pater filius
et spiritus sanctus. non tamen pater non tamen
filius non tamen spiritus sanctus est persona
sed pater est persona filius est persona
spiritus sanctus est persona / et hec non est
vna Item Cum dicimus / distincte
79 sunt persone uel distinctio est in per
sonis uel persone diffiniuntur proprietatibus
uel alia est hec persona alia est ista
persona non diuersitatem uel alienacionem
ponimus in personis sed Sabellij ex
cludimus confusionem / Et est sensus
Tres persone tres substancie sunt
tres entes / pro quo dicunt greci tres
ex diuersis ypostases non enim habet
locum distinctio ubi non est ex diuersio
vnio / Et est hoc contra iudeos sarra
cenos et hereticos qui fidem non reci
piunt trinitatis adnunciantes auctoribus
que habentur super ibi cum vnius solus
deum quos nota quod est deus pater
hoc patet deut 32 o numquid non ipse
est pater tuus qui creauit te / Item
Exo 6 / dimitte filium meum / si habet
filium ergo est pater / Item ps ipse inuocabit
me pater meus es tu Item ante lu
ciferum genui te / Item ys 63 / tu
pater noster es et abraham / Item malachi

Si ego sum pater ubi est honor meus
ad idem math 16 / caro et sanguis
non reuelabit tibi sed pater meus qui
est in celis / Item Joh 3 / Sic deus
dilexit mundum ut filium suum vnige
nitum daret Item quod est filius dei 80
patet dan 3 / quartus quidem similis
est filio dei / Et ys 9 / paruulus
natus est nobis et filius datus est
nobis Item Ero illi in patrem et ipse
erit michi in filium / Quod autem est deus 81
spiritus sanctus patet gen 1 / spiritus domini
ferebatur super aquas / Ibidem 6 / non
permanebit spiritus meus in homine
Item ps / Quo ibo a spiritu tuo Item
Emitte spiritum tuum et creabuntur Item
Sap 1 / Spiritus domini repleuit orbem terrarum
Item ys 32 / Effundam spiritum meum
super seruos meos / Item Johel 2
Effundam de spiritu meo et prophetabunt
Item Job 33 spiritus domini fecit mundum

Persone

/ persona est ra 82
cionalis nature indiuidua
substancia ut dicit Boecius
hec descripcio non est data de tribus personis
Item secundum Richardum / persona est in
tellectualis nature incommunicabilis
existencia / Item persona existens
per se solum iuxta quendam racionalis
existencie modum Item magistralis
persona est ypostasis distincta proprie
tate ad dignitatem pertinente / Et
nota quod hoc nomen persona quandoque ponitur
essencialiter ut cum dicitur pater est persona
quandoque personaliter ut cum dicitur alia est
persona patris alia filij alia spiritus sancti
quandoque notat proprietatem differencie ut
cum dicitur pater in persona differt a persona
filij / et tamen talis diuersitas non facit
diuersam speciem sed potius diuersum
modum predicandi / Unde talia sunt pre
dicabilia qualia permittit construccio

E

84 Et ita alio modo sumitur persona cum
hoc verbo est / et aliter cum hoc verbo
differt / dicitur autem persona ab eo
quod est per se una / nam sub nomine persone
subintelligitur proprietas singularis in
dividualis incommutabilis / Sicut
sub nomine animalis intelligitur
proprietas generalis que convenit omni a
nimali / et sub nomine hominis intelligitur
proprietas specialis que convenit omni
homini / Item persona divina est in
commutabilis eterna existens / ut ex
notet originem eternaliter datam vel
acceptam vel propria autem habitam.
ut pater subsistens per se / filius ex patre
spiritus sanctus ex patre et filio / Et nota
quod ista quatuor nomina essentialia sub
sistencia substancia persona equiva
lent istis grecis / usya / usyosis / y
postasis / prosopon / Essencia sive usia
85 est forma secundum quam facit simpliciter
esse et propter hoc solam naturam significat.
personas innuit / Subsistencia et
86 usyosis est forma inquantum stat
in quod non indigens accidentibus / Et hec
per similitudinem translata sunt ad significandum
personas / Et sic pater filius spiritus sanctus
dicuntur tres subsistentie id est tres qui vere
sunt non indigentes alio ut sint
87 Substancia sive ypostasis est
individuum primi predicamenti et sub
stat accidentibus propriam individuatis
Et ideo ista nomina translata sunt ad
personas suis proprietatibus distinctas
Et in hac significatione conceditur
patrem et filium et spiritum sanctum tres
substancias esse / sed hec significatio modo
non est usitata / Prosopon dicitur homo
88 larvatus qui repentat eos homines
Et dicitur prosopon persona a personando
in concavitate larve ante faciem
posite prosopon eo quod ponebatur ante
faciem et dicitur a pros quod est in et
sopon quod est facies quia in facie
larvam habebat vel quia repentabat
aliam personam / Ex hoc soleant usus 89
homines certos notari personas /
Et ex hac significatione nomina translata
sunt ad patrem et filium et spiritum sanctum
qui certi sunt et distincti suis proprie
tatibus / quia per nomine persone nunquam
intelligitur nisi unus aliquis solus
ab omnibus aliis singulari proprietate
distinctus / persona enim divina est 90
divine nature incommutabilis es
sencia / incommutabilis essentie 91
que habet supersubstanciale esse ex
personali proprietate / Divina vero persona 92
est que habet divinum esse ex proprietate
personali incommutabili / personalis
autem proprietas est incommutabilis proprie
tas qua unusquisque habet esse id
quod ipse est. et qua unusquisque est
ab aliis omnibus distinctus / Et
eadem est differentia proprietatum exis
tenciarum / oportet autem quod sit ignota
existencia tamen est incommutabilis
differentia / Et non quod sive dicatur tres
persone sive substancie sive subsis
tencie nil aliud valet intelligi quam.
habentes substancialem esse sub dis
tincta et differenti proprietate / Item non 93
enim qui hoc nomen persona ad di
vina transtulerunt hoc ipsum excogitaverunt
fecerunt ut haberent quid responderent
interrogantibus quid essent isti tres
in trinitate cum tres deos respondere
non possent / Unde dictum est. tres per
sone ut dicit augustinus / non ut ple
ne diceretur sed ne taceretur non ut
rei ineffabilis eminentia possit his
vocabulis explicari quia supereminen
tia deitatis usitati eloquii facultatem
excedit / Ad interrogacionem que est 94
ista persona / Unde nomen proprium

C

patris vel filii vel spiritus sancti aut
aliquid quod comprehendit / Ad indicandum
quid / Unde nomen essentiale
generale deus · essentia · vel aliquid
tale / Latinus non indifferenter
persone accipit substantiam pro ypostasi
Unde concedendum est quod sunt tres
substantie sicut tres ypostases / nisi quia
ista significatio modo non est in usu
quia accipitur substantia pro essentia
Similiter non sequitur / Sunt tres res
per se entes ergo tres substantie /
nisi eo modo quo substantia accipitur
ab accidentibus / quia substantia sicut
communiter sumitur est natum accidentibus
subsistere quod non convenit divinis
personis / ut ante eius sumitur personaliter
concedendum quod sunt tres entes
id est tres qui sunt quia quid personale
est / sed si sumatur substantive falsa
95 est Item persone / nota quod nominum
personalium / quedam sunt absoluta
ut persona ypostasis · quedam relativa
ut pater filius / quedam distinctiva ut
unus aliquis / quedam collectiva
ut trinitas trinus Item nota quod
96 hoc nomen persona secundum quosdam
originem sumpsit a persona greca
tria que est substantia de qua quis
loquitur / Substantia notabilis id est
cum notione / Unde ypostasis est
substantia ficta pro nomine / Substantia
enim ut est distinguibilis dicitur ypos
tasis / Unde persona prima in grammatica
dicitur loquens de se ut dixi / Secunda
ad quam loquitur prima / Tertia de qua
fit sermo inter primam et secundam / Unde
prima persona ancilla secunda a prima
nascibilis / tertia ab utraque non communicabilis
97 Item tres persone / Trinitas personarum
est ostendi rationibus exemplis

et auctoritatibus / Rationibus sic quia
si sola una persona in divinitate
esset non haberet unde magnitudinis
sue divitias communicaret / nichil autem
gloriosius nichil magnificentius
quam omne bonum deducere in commune
quia omne bonum deductum in commune
clarius elucescit / Sed hoc non potest
summam sapientiam latere nec summe
benivolentie non placere / Sicut ergo
non potest summe felicitatis potestas carere
suo beneplacito / Sic non potuit in di
vinitate tres persone non esse / quia
caritas amoris non potest esse omnino nisi
quam in tribus personis scilicet gratis dan
tis et non accipientis ut dei patris /
et accipientis et gratis dantis ut filii
et gratis ab utraque persona accipientis
ut spiritus sancti / nec querendum est
quartum membrum et ideo nec quarta
in trinitate personarum Item in ratione
intelligentie invenitur · esse intelligere
diligere cum deus est intelligit
se et diligit se / est ut unitas / in
telligit se ut unitas diligit se ut bo
nitas Illud ante nominum quod ex 98
consideratione complectitur quod non pos
sit esse deus nisi trinus · ex plenitudine
bonitatis quod sit personaliter trinus /
ex plenitudine sapientie intelligitur quod
conveniat unitas substantie cum
personarum pluralitate Item / In summo
bono ab eterno fuit summa beatitudo
ergo ibi fuit summa iocunditas /
sed nichil gratius sive iocundius
quam mutua caritas / ergo mutua
caritas ab eterno fuit in summo bono
ubi enim erat summa beatitudo et
summa iocunditas nullo modo potuit
deesse illud quo nichil est gratius
nichil iocundius scilicet mutua caritas
Sed mutua caritas non potest esse nisi
inter plures personas / ergo ab eterno

sint plures persone in summo bono
sine indiuiditate / oportebat etiam
99 ut ibi esset mutua caritas et summa
propter summam beatitudinem / Sed ut sum
ma et summe perfecta caritas sit oportet
quod sit tanta quanta melior vel maior
esse non possit / Summam autem dilectionem
diuina persona exhibere non posset persone
que careret aliqua perfectione / Ad hoc ergo
quod sit summa dilectio oportet quod sit in
singulis summa perfectio totius perfectio
nis plenitudo / Est itaque ibi plenitudo
potentie sapientie bonitatis et di
uinitatis / Et ita si unus omnipotens et
alius si unus immensus et alius
si unus deus et alius / plenitudo ergo
summe felicitatis requirit plenitudinem
summe iocunditatis et caritatis / plen
itudo summe caritatis exigit plenitudinem
summe perfectionis / Ubi igitur oportet omnes
eque perfectos esse necesse est omnes in
summa equalitate conuenire / et ita
erit omnibus equalis sapientia equalis
potentia una diuinitas equalis
gloria coeterna maiestas / Summa igitur
et mutua caritas probat pluralitatem
et equalitatem personarum in diuinitate
quia summa persona summe diligibilis
ergo illa erit summe diligenda. aliter
enim non esset districtissima dilectio
et si aliqua persona est summe dili
genda constat quod ipsa est deus summe
summum bonum / et ita sequitur quod utraque
est equalis alteri / Item summa et
mutua caritas probat trinitatem per
sonarum quia caritas ut esse vera pos
sit pluralitatem personarum exigit /
ut autem consummata sit personarum trini
tatem requirit / Si enim erit caritas
summa mutua inter duas personas
necesse erat quod utraque tertiam requireret
cui communicaret delicias sue dilectionis
quam condiligerent et pari concordia
possiderent / Condilectio autem ibi valet
ubi a duobus tertius concorditer dili
gitur socialiter amatur et duorum affectus
tertii amoris incendio in unum conflatur
Una mutua et summa condilectio 100
est intime beniuolentie et summe
concordie concessio / aliter enim esset il
liberalis dilectio si alteram illarum personarum
ab ea a qua diligitur summe / nollet
aliam equaliter diligi / Sicut ergo summa
bonitas et summa beatitudo dei patris
exigebat ut aliam personam haberet quam
summe diligeret. ita liberalitas summe et
mutue dilectionis exigebat ut ibi esset
tertia persona cui communicarent ille due
delicias sue dilectionis / In pluribus ergo
personis potuit esse ab eterno omnimoda
communicatio diuitiarum omnium et non in pau
cioribus / Et ita patet quod ab eterno sunt
tres persone in ipsa deitate / Item
Tres quidem persone / Licet omnis 101
creatura sit figura umbra
similitudo et vestigium in
perfectum multum deficiens a veritate crea
toris quia multum distant infima a
summis. mutabilia a incommutabilibus /.
creata a creantibus / contingit tamen
secundum maius et minus in diuersis rebus
trinitatem et unitatem inueniri / ubique
compositum ex prima materia unita 102
tem habet essentie / habet tamen quandam trinitatem
Materia enim est quasi pater / de cuius
potentia quasi de utero producitur for
ma quasi proles / ipsa vero inherentia
qua se tenent ad inuicem est quasi
amor sive spiritus sanctus / Similiter in ar
tificialibus Statua enim unitatem habet 103
eris vero partus quo habet in potentia
quasi in utero est figura quasi proles
inherentia vero eius figure ad sub
iectum est quasi amor / Item in
toto ligno / radix arboris est quasi 104

pater / spirans quasi filius rivus quasi
105 spiritus sanctus / Similiter una aqua fons
rivus et lacus a fonte rivus sicut
a patre filius et ab utroque tamen fons
rivus et lacus sunt una res una
aqua / Sic pater filius et spiritus sanctus sunt
una essentia una natura ¶ Item
106 in tribus ordinibus clericorum apparet
similitudo et ymago trinitatis / Sic
enim pater a nullo / ipse quoque genitus a
patre solo idem quoque genitus et spiritus sanctus
ab utroque procedens / Sic ordo coniugalis
a nullo est ideoque ingenitus / ordo autem
clericalis ab ordine coniugali solo idem
quoque genitus / ordo vero religiosorum procedens
107 ab utroque ¶ Item sicut pater et filius et
vel verbaliter vel participialiter ut cum
dicitur innascibilis generare generans. Aliquando
in substancia vel substantive ut paterni-
tas filiacio nativitas et per hec nomina
fit sermo de habitudinibus et proprietatibus
hinc est quod de notione diversimode
potest queri scilicet per quid, per quibus et per quo
ut significatur de aliqua persona. quod est
tamen dicitur nomine significans essentiam ut deus
significatur deus est. Tamen dicitur nomen
significans personam ut pater vel filius vel
spiritus sanctus. Significatur deus se habet
tamen dicitur proprietas relatio ut generans
66 vel genitus. Relacio significatur tribus
modis scilicet personaliter per nomina concre-
ta ut pater filius accipiuntur substantive
significantur et quasi essencialiter per nomina
abstracta ut paternitas filiacio. significatur
etiam relative per nomina adiectiva ut
67 generans genitus. Et nota quod relacio in
trinitate est habitudo personarum simul
sed in creaturis est relacio personarum
ad invicem. Pater enim est in filio et filius
in patre. Johannis 14: Ego in patre et pater

in me est. Notio non est per se persona 68
et proprietas ratio distinctionis et relaci-
onis et per quam distinguuntur persona
a persona vel per quod refertur persona ad
personam. Et nota quod sicut essencia
facit esse et proprietas facit differenter
esse sic relacio facit referri et notio
in relacione distinctum cognosci.
Item pater generans. Nota quod sunt propria 69
quedam et quedam communia personarum. Proprium
est patri aliunde non esse i. de se ex-
istentem essencialiter et a quo sit non habere
habere. Proprium est filio ab alio esse et alium
de se existentem habere. Hec sunt communia
personarum: commune patri et filio alium de se
existentem habere, commune filio et spiritui sancto
aliunde esse, commune patri et filio non habere
utrisque. Item quod hec omnia non sunt ex-
numerare hic sed ex proprietate divine ne-

Et filius nascens. 70

filium nasci de patre hoc est
verum de alio secundum principale
modum procedendi a procedente. Ex generacione enim
procedere idem est quod in procedendo principale
procedendi modum habere. Unde probat 71
generacionem filii sic: pater ab eterno aut
voluit aut potuit generare filium sibi
equalem aut potuit et non voluit
aut voluit et non potuit aut nec
voluit nec potuit. Si potuit et non
voluit invidus fuit si voluit et non
potuit impotens fuit, si nec voluit
nec potuit invidus et impotens fuit.
Si potuit et voluit constat quod fecit
ergo ab eterno filium sibi equalem genu-
it. Item quod voluit probat sic: summa
summe avaricie est nichil de suis bo-
nis velle communicare. Ergo summe li-
beralitatis est velle communicare omnia
bona sua. Ergo pater ab eterno voluit co-
mmunicare alii genitus suum, quod est generare
habentem per omnia que habet pater. Unde Johannis

D

ia omnia mea tua sunt et tua mea
sunt / Item quod potuit probatur / Omnia
hoc quod potest homo bene dispositus
scilicet generare filium sibi equalem ysa
ille / Si ego qui generationem aliis tribuo
sterilis ero / Item bonum est naturaliter
et essentialiter esse sui diffusivum /
ubi igitur est summum bonum ibi est sum-
ma diffusio / Summa autem diffusio
est qua maior excogitari non potest
quam illa que est secundum substantiam et maxime
secundum totam / ergo summum bonum necesse
est diffundit secundum substantiam totam et
in ipso naturaliter intelligitur hec diffusio
Sed nichil aliud est virtus generativa
nisi virtus diffusiva substantie sue ad
hoc ut producat simile in natura / ergo
in summo bono intelligitur hec virtus
scilicet generatio / ergo hec generatio est ab eterno
Item cum ab eterno sit potentia patris
copiosissima non solum de alieno po-
tuit ab eterno dare sed etiam de suo / ergo
ab eterno potuit dare sua essentia / hoc
autem est dare genitus suum et ita generare
et ex hoc filius est ymago et verbum
patris quia per omnia hec que et pater et
patrem perfecte eloquitur dominum in filio su-
me refulget summa bonitas et summa
liberalitas dei patris / Item perfectissimus
modus emanationis est per generationem
hec enim magis assimilat / sed in fonte
perfectissimo debet modus emanandi per-
fectissimus esse / ergo aliquid est aptum
per generationem / ergo deus pater generat filium
sed in qua parte essentie sue dare non
potuit cum sit simplex omnino dat tota
ergo generat equalem sibi et coeterna
Et ita patet quod pater genuit sibi filium
ab eterno / Sed contra verbum augustini est quod
deus potuit hominem meliorem facere
quam fecit et non voluit non tamen invidus
fuit / Solutio / non est simile / Crea-
tio enim non exigit ut quod fit summum
fiat / Sed generatio que est de essentia
dei exigit optimum fieri / Unde nisi hoc
fieret cum hoc exigit reservanda causa
de homine non non est sit quia nichil
distractum est creature rei si non fiat
homo optimus / Et non differentia 72
secundum damascenum inter generationem creationem
et factionem / nam generatio est ex substantia
generantis productio / Creatio vero et fac-
tio est extrinsecus et non est substantia creantis
vel facientis fieri quod creatur et fit
dissimile omnino / Est enim generatio sine
principio et eterna nature opus ex
istens et substantia eius procedens / Crea-
tio vero ex dei voluntate opus existens
non coeterna cum deo quia enim aptum
natum est quod non existente ad esse deducitur co-
eternum esse ei quod sine principio est et
semper / Sic igitur non similiter facit deus
et homo / homo enim non ex non existente
ad esse deducit sed ex preiacenti materia
deus autem valens solum ex non
ente ad esse deducit universa / Ita
nec similiter generat deus et homo / deus
enim sine tempore et insuperabiliter
generat et sine alterius auxilio homo
vero in tempore et fluxu et corruptibiliter
indigens auxilio / Item filius 73
nascens / de hac nativitate revelat
nobis archana iohannes in principio e-
rat verbum / Ecce quod erat / Et verbum erat
apud deum / Ecce ubi erat / Et deus erat
verbum / Ecce qualis erat / hoc erat in
principio apud deum / Omnia facta et quid erat
omnia per ipsum facta sunt / Ecce quid /
Erat lux vera que illuminat omnem ho-
minem in hunc mundum / Ecce que agebat
In propria venit / Ecce ubi venit / Verbum
caro factum est / Ecce qualiter venit / Et
habitabit in nobis / Ecce ad quid venit / Vidimus
gloriam eius / Ecce utilitas ad quam venit

Et primus sermo predicatus 74
scilicet ab utroque dominice scribitur

D

ut datum est supra / nondum quod procedere
dicitur dupliciter. Uno modo dicitur procedere
in motu locali qui est motus ab
aliquo in aliquem / Alio modo dicitur procedere
ut causati a causa vel motus ema-
nentis / Secundum primum modum procedere re-
quirit duplicem terminum scilicet a quo et in
quem / per secundum modum non requirit
nisi unum modum scilicet a quo / Greci ubi
procedendi distinxerunt a modo locali,
unde processione spiritus sancti intellexerunt
tamquam ab aliquo in aliquem / Et ideo secundum
hunc modum non concesserunt quod procedit
spiritus sanctus a filio / quia ex hoc sequeretur
quod procedit a filio in patrem quod esset inconve-
niens cum in patre sit racio primi princi-
pii et nichil habeat per filio / Latini
vero sustulerunt ubi procedendi ab essencia
causati a causa / Unde dicunt procedere
exire ab aliquo quamvis non in aliquem
Et secundum hunc modum dicunt latini
quod spiritus sanctus procedit a patre et filio
quia exit ab utroque / velut amor a
noticia et mente. Ad auctores quas
mouent greci contra latinos quod spiritus
sanctus procedit a patre / dicendo / quod per hoc in-
sinuatur racio in patre primi originis
et primi principii non tamen negatur quin
44 procedat a filio / Unde nondum quod persona
procedit de persona multipliciter. quedam
immediate tantum quedam mediate tantum quedam
mediate et immediate simul / ubi gratia
de adam producitur eva / et enoch / sed
eva producitur de adam tantum immediate
enoch mediate tantum quia mediante
seth cuius filius fuit / seth vero utroque
modo scilicet mediate et immediate / im-
mediate processit de semine ade inquantum
fuit corpus seminis / mediate inquantum
fuit de semine eve quia eva ab adam
immediate tantum / Omne productio non est
in divinis quia tunc non esset summus
ordo nec summa connexio nec summa

concomitancia in eis / Est ergo ordo in di-
vinis secundum mediacionem tantum inter patrem
et filium / secundum vero mediacionem et imme-
diacionem spiritus sancti ad patrem processio
sit prelat spiritus sancti / Emanacionum secun-
dissima est que per benignitatem est
et hanc oportet esse a patre cum fons est
benignitatis et liberalitatis / quod sic
emanat donum est et quod primo primum
donum / sed primum donum amor est nec est
aliud ab amato donum nisi ab amore
procedat quod enim datur ex amore procedit e
ergo amor est primum et summum bonum
Sed cum amor sit donum quod manet in
dante et quod datur est in eo est deus
et hunc appellamus spiritum sanctum et ab eterno
fuit istud donum. tum quia deus est
tum quia liberalitas aqua manat
nunquam fuit ociosa / Et ita patet quod
spiritus sanctus est a patre ab eterno / Item 46
quod perfeccio unius persone exigit consortem
alterius sic patet / quia ubi plenitudo
bonitatis ibi plenitudo caritatis
plenitudo autem caritatis exigit ut
unus alterum diligat sicut seipsum alius
istius amor sit adhuc quo crescere
valeat sicut perfeccio unius requirit
condignum sic perfeccio utriusque exigit con-
dilectum / oportet igitur condignum habere
ut sit quod utrumque possit et debeat
merito ut seipsum diligere / Si igitur primo
dialis prima et summe bona voluntas
vult quod summa caritas exigit et si
necessario est omnipotens quidquid vult hoc
potest non esse / Exigente ergo caritate
condignum habere vult et exigente po-
testate habebit quod habere valet. Item 47
nichil est iocundius quam mutua
caritas sed deo quid iocundius est
inesse ergo desunt mutua caritas
in deo que sunt ab eterno. Ista autem
caritas preter sed duo exigit tercia que
sit / sed non potest esse convenientius

quem inter patrem et filium inter quos
naturalis est dilectio sive caritas
et sic patet trinitas personarum / Si
48 queratur inter generacionem et processionem
differentia / Respondet damascenus / Quod est
differentia generacionis et processionis
didicimus quis autem modus differentie
nequaquam possumus. Unde Hugo de S.
Victore / Anime humane racione
nequaquam potest capi hec personarum nec
harum distinctio / non hic ordo temporalis
non hic situs vel localis circumscriptio
quid sit gigni quid processus me
nescire sum professus sed fide non dubito
ad idem tendere / Quid inter nasci et
procedere intersit de ista excellentissima
natura loquens explicare quis potest
distinguere inter illam generacionem et illam
processionem nescio non valeo non sufficio
quia et illa et ista ineffabilis / ys
46 / Generacionem eius quis enarrabit
49 Que sit differentia inter processionem
filii a patre et processionem spiritus sancti dicendum
amor tamen iustissimus atque gratuitus
procedit ab amante ut donum a datore
filius autem a patre ut genitus a geni
tore / et intencio generantis est in prole
ut sit / Generacio enim via est ad esse /
et terminus generacionis est esse. Intencio
non donantis non est finaliter ut
res data sit sed extenditur ulterius in
hoc scilicet quod alterius sit iuxta usitatum
sermonem quia dare est suum accipientis
facere datum et suum donum amo per hoc
quod est donum vel datum non solum est
sed etiam alterius per hoc quod est alterius non
est ymago dantis sive donantis / eodem
modo sic est de amore inquantum amor
primogenitus autem ab ipso primo geni
tore est et gignitur et resultat ex
ipso et apud ipsum et ideo eius est y
mago / Generacio enim eius per filium
et ut sonat ipsum vocabulum /

Generacio est quedam sui de se ipso propaga
cio sive multiplicacio / In ista non
multitudine stat finaliter intencio
generantis

Consubstanciales. 60
contra origenianos qui di
cunt quod filius non potest videre
patrem nec spiritus sanctus patrem / contra
quos luce x d / ubi patet quod filius
videt patrem / Et ioh. 1 b / deum nemo
vidit umquam nisi unigenitus filius
qui est in sinu patris / Et ioh. vi
Ego scio eum / Quod autem spiritus sanctus
videt filium patet per 1 cor. 1 / Non quia
patrem vidit quisquam nisi is qui est a deo
hic vidit patrem / Item consubstanciales 61
contra macedonium qui dicit a se ipsos
eos extraneos / contra ioh. 14 c qui
videt me videt et patrem meum / Secundum
non videretur in alio si essent extranei
sequitur ibidem Ego in patre et pater in me
est / Item pater in me manens / ref. / Item 62
consubstanciales et coequales

Coequales contra arrianos
et donatistas qui asserunt
minorem patre filium et mi
norem filio spiritum sanctum contra quos q. 9
vel quinta / Que heresis est dampnata 24 dis. canones / Et 23 q. ult.
nondum / quod est arrius et ceteri
qui valebant probare quia pater
maior filio ita arguebant / pater
inascibilis est sive ingenitus et
filius nascibilis sive genitus ergo
pater est maior filio / Respondeo quod ibi
est fallacia ex commutacione predicamenti
commutatur enim in primo predicamentum relacionis
et concluditur predicamentum substancie / quia nomina
quantitatis et de bonitate significant
substanciam divinam hoc nomine amor prin
cipaliter significat substanciam licet connotet
relacionem / Sunt autem errore dis

semper singula que hic dicuntur/
Consubstantiales/ Coequales. coomnipo-
tentes. et coeterni / Item coequales/
63 Filius enim equalis est patri Equali-
tas patris et filii et spiritus sancti non
est relatio vel notio / sed ipse nature
unitate indisparitas / Filius enim equa-
lis est patri et utrique spiritui sancto secundum
substantiam et appellatio est relativa / idem
dicitur de simili et similitudine / Unde
nomine equalitatis vel similitudinis
non aliquid ponitur sed removetur / acsidi-
tas / Filius equalis patri / quia nec
maior est eo nec minor et hoc propter
essentie unitatem / Item similis di-
citur quia nec diversus nec alienus nec
in aliquo dissimilis / et hoc propter essentie
simplicitatem Item consubstantiales:
64 coequales coomnipotentes et coeterni / Nomine
quo verbo Augustinus evacuat omnes
errores qui sunt de trinitate sic dicens
nichil posterius vel anterius ut Eu-
nomius / nichil maius vel minus ut
Eradius / nichil extraneum aut dis-
simile alteri ut Macedonius / nichil
permixtione aut subiectione infectum
ut Manicheus / nichil loco corporeum /
ut Asellita et Tertullianus / nichil cor-
poraliter effigiatum contra antropomorphitas
et Vadianos / nichil invisibile sibi
ut Origenes / nichil visibile crea-
turis ut Fortunatus / nichil moribus
aut voluntate diversum ut Marcio
nichil de trinitatis essentia ad creaturas
ut plato et Tertullianus / nichil officio
singulare nec alteri incommutabile /
ut Origenes / nichil confusum ut Sabel-
lius / sed totum perfectum quia totum ex
uno et unum non tamen solitarium
ut presumit Silvanus et ipse
65 praxeas / Item consubstantiales et
coequales coeterni ut supra

Quia sicut dicit Boetius in libro de
trinitate / cuncteque de divina substantia
predicantur / ea tribus oportet esse communia
ad idem 26 dis. Cum eius / Item co-
equales / Quia sicut dicit Augustinus in libro
de fide ad petrum / nichil horum trium pre-
cedit alium eternitate aut excedit mag-
nitudine aut superat potestate / quia una
prorsus eternitas una immensitas una
naturaliter est trium personarum divini-
tas / Item coequales Quia in patre 66
unitas / in filio est equalitas in spiritu
sancto unitatis equalitatisque connexio
Quod est contra novacianos et origenianos
asserentes dissimilem patri filium et filio
spiritum sanctum / hii dampnati sunt 24 q 1
§ 2 / Et nota quod in patre specialiter debet 67
esse unitas / quia ipse a nullo et ceteri
ab ipso / Filius enim est ab ipso per generationem
spiritus sanctus per processionem / in filio vero
dicitur equalitas in qua notatur personarum 68
pluralitas et nature unitas nichil
enim sibi inequale nichil alii est equale
quod sit ei natura dissimile / Equa-
litas attribuitur filio cum tamen conveniat
spiritui sancto quia prima occurrit equa-
litas in filio / Sed quod etiam spiritus sanctus
est equalis patri hoc habet ex illo / E-
qualitas autem vel similitudo specialiter
attenditur inter que ab alio procedit per
generationem / Unde non dicitur in spiritu sancto
unitatis equalitatisque connexio
patet ex antedictis / Equalitas etiam 69
personarum patet exemplo mentis hu-
mane / Quia mens est quasi parens
et notitia eius quasi proles eius
Cum enim mens se cognoscit notitiam
sui gignit / amor vero quidem mente
et notitia procedit est quasi quedam com-
plexus parentis et prolis / nec mi-
nor est proles parente nec amor parente
vel prole i. mente et notitia dum tamen

se diligit mens quantum se novit
et quanta est / sunt etiam singula
in se ipsis · quia mens amans in amore
est et amor in amantis notitia
et notitia in mente noscente /
Item coequalis / Equalitatem per
sonarum probat augustinus sic / homo pr
si posset equalem filium sibi generare
quis ergo audet dicere quod hoc omnipotens
non potuit · addo etiam quod si posset homo
maiorem melioremque se ipso gignere filium
sed deo maius vel melius quidquam
esse non potest / Cur ergo deus non equalem
sibi filium genuit cui nec anni nec tempora
sunt per quos adimpleatur equalitas
nec omnipotentia defuit nec voluntas
Item Cum inter patrem et filium debeat
amor esse · maximus est amor primi
patris a quo omnis paternitas in celo
et in terra nominatur · maximus ad filium
sed spiritus sanctus est illius amor /
ergo equalis patri et filio cum ille non
possit esse maior / item cum non possit
esse minor patris benignitas quam eius
fecunditas non erit minus bonum amo
ris procedens ab eius benignitate
quam eius partus procedens ad fecundita
tem · ergo non minor spiritus sanctus
filio / vel patre / quia ab utroque procedit
Augustinus magna miseria dei bonum datum est
equale sibi nam spiritus sanctus bonum est
Item equalitatem personarum probat unitas
trina et summa caritas et una sint trium
divinarum personarum est summe diligenda
est summe bona ergo equales sunt
in bonitate / Item si alia aliarum per
sonarum minor quas est mutua dilectio
illa aliter non vellet alia diligi non est
ibi perfecta liberalitas / ergo ipsa dilectio
mutua probat trinam personam esse eidem
volunt suas delicias communicare
condilectoribus ergo personis et non in
paucioribus potest esse ab eterno communicata

communicatio scilicet maiestatis et dilectionis
et ideo bene dicuntur / consubstantiales et co 40
equales / contra arrium qui dicit patrem
maiorem filio et spiritum sanctum creaturam
seu servum utriusque / Que heresis est damp
nata 17 dis[tinctione] C 1 / et 18 dis[tinctione] 5 / Et nota
quod non oportuit quartam personam esse
in deitate quia in tribus sunt omnia
sufficienter communicata / Item nota quod 41
in hac trinitate quelibet persone due
vel tote tres in amans aliquid non sunt
[illegible] accepte quam sola persona genita
vel sola persona spiritus sanctus / Sicut si
tres haberent unam candelam [illegible]
omnis equalem sua ipsa non est maior
in tribus quam in una sola / Attende ergo
quam incomprehensibilis est hec coequa
litas ubi unitas non cedit pluralitati
nec pluralitas unitatem excedit

Coomnipotentes quia 42
opera trinitatis indivisibilia sunt
de quo dis[tinctione] 3 C ult[imo] / Et est hoc
contra origenianos qui dicunt quod
filius non potest videre patrem nec spiritus
sanctus filium / contra quos unum deum
est ibi / consubstantiales Item est contra
Arrianos qui dicunt dissimilem
patri filium et filio spiritum sanctum / Contra
quos h[?] p[?] patris ymago patris Item
contra Macedonium qui negat spiritum
sanctum deum / de quo 20 q 3 Concilia

Et coeterni dum dicit 43
coomnipotentes et coeterni videtur
habere contrarium in symbolo
quicunque vult salvus / ubi dicitur / non tamen
tres eterni sed unus eternus / nec
tres omnipotentes sed unus omnipotens / Sed
dico / quod hec dictiones ibi ponuntur
substantive hic autem adiective / Si
enim coomnipotentes et coeterni sumantur
substantive false sunt quia substantia
non ponitur personaliter nisi sit distinc
tio in formis / Sed ante sumatur adiective

Aq re sunt / Unde nota quod nomina quibus
utimur in trinitate quedam sunt essen-
tialia et illa dicuntur in singulari modo
de tribus personis insimul et sigillatim
ut deus omnipotens eternus et similia /
quedam personalia ut pater filius spiritus sanctus
quedam notionalia que notant dis-
tinctionem in personis ut ingenitus genitus
procedens / Et hec nomina quia tenentur
adiective et dicuntur tantum de personis et
non de essentia / sed quando tenentur substan-
tive tunc dicuntur tam de essentia quam
de personis / Unde cum ista nomina ingenitus
genitus procedens iunguntur nominibus
personarum notant distinctionem personarum
iuncta vero cum nominibus istis essentia
substantia natura tenentur substantive et
notant essentiam tantum / Et per hoc apparent
distinctiones in personis et unitas in
natura / Item Et coeternum esse
A4 videtur impossibile quod sit nec tamen cum
semper esse procedit et unum de alio
semper suo principio succedere oportet
certe radius solis de sole procedit
et de illo originem trahit et tamen
soli coevum esse. ex quo enim sol
fuit radium de se produxit et sine ra-
dio nullo tempore fuit / Si ergo lux
ista corporalis habet radium sibi coe-
vum cur non habeat lux illa spiritualis
sibi radium coeternum / Similiter in igne
simul sunt splendor calor et ardor / ita
quod quando et ubi est ignis statim ibi
sunt hec tria et hec non confuse unum
sunt nec distincte tria sed tamen unum
sunt simul et inseparabiliter operantur / tamen
aliud attribuitur splendori scilicet quod
oculos illuminat. aliud calori scilicet
quod manum calefaciat / aliud ardori
scilicet quod cremat candelam / non tamen sunt
ibi tres ignes sed unus ignis tantum
et ex quo ignis incipit esse continuo
splendorem gignit / nec ignis ante
splendorem nec splendor post ignem
Et si interrogemus quis quem generet
omnes clamant quia ignis splendorem
(Hebr.) / Cum tamen sit splendor glorie eius
Quod autem dicitur coeternus est contra illos
qui dicunt filium habere initium temporis
a patre / Unde quod confitetur deum est in
symbolo niceno / Ex patre natum ante
omnia secula / Sed de hoc dictum est supra
ibi / Absque initio / Et infra ibi dicetur
Unde unigenitum / Quod autem personas
divinas oporteat esse coeternas patet
quoniam in illa eterna et incommutabili
divinitate nichil potest velut antiquum
transire nichil novum supervenire ubi namque
vera divinitas ibi summa bonitas /
ibi plena felicitas / Summa autem bo-
nitas non potest esse sine perfecta caritate
nec perfecta caritas sine personarum plura-
litate. plena non felicitas non potest esse
sine vera incommutabilitate nec vera
incommutabilitas sine eternitate / Sicut
enim personarum pluralitatem exigit vera
caritas sic personarum coeternitatem vera
incommutabilitas / Et sic patet quod per-
sone divine sunt coeterne /

Unitas unitatis principii AG
Unum attenditur tribus modis
primo secundum quod consideratur uni-
tas in rebus secundum fluxum rerum
a prima causa scilicet deo / secundo secundum
reductionem unitatis in rebus ad uni-
tatem medio / tertio descendendo inter uni-
tates rerum secundum quod habent esse res in natura
sine medio / Secundum primum modum AA
assignat differentias unius dyonisius
in libro de divinis nominibus / ubi
ponit sex differentias / unius / Unum
sicut est in causa quod est deus / et hoc est
unum non in multis / Item unum quod est
in creatura quod est unum in multitudine
et hoc quinque modis / Unum toto / Unum
subiecto / Unum genere / Unum specie / Unum
principio / Tunc enim consideratur unitas
in causa / et secundum hoc non est unitas

D

in multitudine. Tunc consideratur unitas in creatura secundum unitatem cause, et secundum hoc creature que sunt diverse per egressum essendi dicuntur unum principio, et ab hac unitate dicitur universitas una. Tunc secundum unitatem forme et illud variatur. Una est forma generalis secundum quam dicuntur multe species unum in genere. Alia ut est forma specialis, secundum quam dicuntur multa singularia unum specie. Tunc est forma singularis secundum quam dicitur unum in numero duobus modis: unum toto, unum subiecto. Unum toto referendo ad fieri et ad partes ex quibus fit. Unum subiecto referendo ad factum esse et dispositiones que accidunt postquam est. Secundum vero
modum per quem referuntur omnes unita- 18
tes ad primam unitatem, assignat differentias hugo in libro de consideratione ad Eugenium sic dicens: Est unitas collectiva ut multi lapides faciunt acervum unum. Et est unitas constitutiva ut multa membra unum corpus, alias partes multe unum totum constituunt. Et est unitas coniugativa qua fit ut duo iam non duo sint sed una caro. Et est unitas nativa qua caro et anima nascitur unus homo. Et est unitas potestativa cum per caritatem multorum hominum est cor unum et anima una, Act. 4. Et est unitas votiva, cum anima votis omnibus adherens deo unus spiritus est cum eo, 1 Cor. 6. Et est unitas dignativa qua limus noster a deo verbo in unam assumptus est personam. Et est unitas supersubstantialis que est unitas trinitatis qua tres persone sunt una substantia. Et nota quod primo confert unitates secundum quod dicuntur in corpore, secundo secundum unitatem in homine, tertio secundum quod inveniuntur in deo. Secundum quod inveniuntur in corpore est unitas collectiva que est

unitas secundum quid, et est unitas constitutiva que est unitas simpliciter. Item secundum quod inveniuntur in homine ponit unitatem tribus modis, sive in natura, in voluntate. Unitate sive notat unitatem coniugativam. Coniuges enim unitate mentis sunt una caro quia per coniugali caro viri cedit in iure alterius. Item in unitate nature ponit duplicem, quantum ad esse que notatur nativa, qua caro et anima nascitur unus homo. Et quantum ad bene esse qua homo bonus in bono permanet inveniri. Item unitatem voluntatis ponit duplicem, per relacionem ad proximum quam notat consentaneam, cum per caritatem multorum hominum anima una est, et per relacionem ad deum quam notat votivam cum anima deo adherens unus spiritus est
cum eo. Sed unitatem in deo considerat 19
duplicem: personalem et substantialem. In personali considerat tres naturas ut in una Christi persona, corpus et animam et divinitatem. In substantiali considerat tres personas in una substantia, patrem filium spiritum sanctum. Secundum tertium modum per quem distinguntur unitates rerum secundum quod sunt sic res in natura sine respectu propo assignant philosophi differentias unius. Una enim accipitur in rerum natura aut per se aut per accidens. Sed per accidens tribus modis, quia aut duo accidunt uni ut esse gramaticum et musicum platoni, aut uni duobus ut album sorti et platoni, aut unum uni ut album sorti. Item si est unum per se aut est unum numero et hoc potest fieri quatuor modis, scilicet continuitate, perfectione et simplicem, continuitate ut una aqua, perfectione ut una manus et quodlibet membrum divisibilium partium. Secundum essentiam que est principium verbi dei unitas in deo. Secundum speciem aptam specificatorum nature dicitur unitas in angelo et anima

Item unum per essentiam dicitur mul
tis modis. Unum genere unum specie.
unum comparatione. unum subiecto unum
numero / Unum genere. ut plures species
sub eodem genere contente / Unum specie
ut plures homines peripatetice sunt
unum lingwa vel natione ut multi ho
mines una gens / Unum comparatione
ut nauta ad rectorem et civitas ad
regem / Et que consimiles sunt rone
officii dicuntur esse unum / Unum subiecto
dicitur cum partes secundum naturam suam
consolidate habent uniri in unum sub
iectum et divise retinent nature speciem
ut multe aque dicuntur unum subiecto
quia natura suorum subiectorum est ut pos
sint uniri et fieri unum subiecto /
Unum numero / id est mundus / et hoc est dupli
aut divisibile aut indivisibile / si di
visibile est aut omogeneum hoc est
unius nature in toto et in parte. et
tunc erit unum numero continuatione
ut terra aqua unus aer / sunt etrogeneum
hoc est diversarum naturarum et tunc est
unum nature perfectione ut una manus
vel aliud membrorum divisibilium partium
Item si indivisibile aut est absolutum
ab omni alia natura / Et sic deus unitas
in deo et in angelo et anima / aut habet
aliam naturam additam unitati / et sic
dicitur punctus unus quia unitati
puncti additur natura situs et posi
tionis Item unum dicitur compositione
partium. ut ex multis tabulis archa
una fit aut aggregatione ut unus
populus grex unus acervus unus
Item unum rone sacramenti ut sanguis
aqua et sanguis dicuntur unum per se in
Johannis v / Unum sicut dicit phylosophus
est ens indivisum in se. divisum aut
ab aliis et unitas est indivisio entis

80 Universum / Unum
sitas est creaturarum universi su
idem est universum quod omne

sive mundus / Universum aggregatum
est ex omnibus que sunt. et eius to
talitas est collectio eorum omnium quorum sed
unum principium / nulla natura est om
nium causa preter deum qui causat omnia
causabilia / quod est contra manicheos
et qui dicunt omnia visibilia et transi
toria a dyabolo esse facta / Et contra eos
qui dicunt duo esse principia contraria
scilicet lucis et tenebrarum. a principio lucis
dicunt esse spiritualia ut angelos et
animas / a principio tenebrarum corpora
lia / Hic error ortum habuit a regione
persidis et auctor eius dictus est manys
sive manyes. unde sequaces eius dicti
sunt manichei / Et cepit error iste fere
cum ipsa lege xanorum / Et quia est peri
culosissimus et pestilentissimus ideo est
igne et gladio persequendus / Cum ante
sunt illius erroris hunc errorem nituntur
auctoribus approbare / est vii / non potest arbor
bona fructus malos facere / Sed illud
intelligitur de bona intentione / vel dico
quod licet fructus sint bone arboris possunt
tamen putrefieri vel alias corrumpi. nec
propter hoc minus est ex eadem arbore ex
qua sumus / Sic nichil prohibet dyabolum
bonum esse creatione et factum a bono / ma
lum non pura sua voluntate. / Item
Genesis i. tenebre erant super faciem abyssi
et mundus habuit inicium a tenebris
/ Respondeo quod hoc nomine tenebre non
ponit rei existentiam sed lucis carentia
unde non oportet ponere aliquem auctorem
tenebrarum cum tenebre nil sint nisi
lucis carentia / nec minus laudabilis
creator si a nichilo incepit immo hoc
commendat eius potentiam quod ex nichilo
lucem et alia creavit / Propter hoc enim ondit
quod ipse est potens operari sine materia
preiacente vel instrumento quod est ipsius
omnipotens Item Johannis xii / Venit princeps
huius mundi id est dyabolus / Respondeo
quod licet sit princeps non tamen principium

alioqn no tm duo sed qmplura/ qa
quot principales tot erunt principia
q ab simdu e apud omnes/ vel dico q
no dicit princeps mundi q mundum
creavit sed quia principalit i cordib
mundanorum est q peccm/ Item ioh viij
vos ex patre dyabolo estis/ Respondeo q
licet dyabolus dicatur pr no tamen
creator/ vel quia no dicit pr ronem cre
acionis sed imitacionis p corr 9 volt
3/ ast q/ hec omnia tibi dabo dixit
dyabolus xpo/ Si dare poterat sua erat
sed quo sua nisi creacione vel factura
igitur creator est vel factor horum visibilium
Respondeo queritur an hoc bn dixit/ Si
sic contra/ ioh viij/ veritas in eo no est
Item In veritate no stetit et ita falsum
dixit/ nunc ergo standum est testimonio
istius mendacissimi/ q aut falsum dixit
patet Eze 29 ubi loquitur ad pharaonem
cuius dictio meus est fluvius et ego
feci/ Et Mt 15/ omnis plantacio quam
no plantavit pr meus eradicabitur
Et ita aliqua plantacio quam no plan
tavit pr xpi/ et istam plantavit ipse
dyabolus/ Respondeo/ q plantare no e
creare/ p Cor III/ Ego plantavi appo
llo/ Item ioh 18/ Regnum meum no est
de hoc mundo ergo iste mundus no e
creatus nec factus a deo/ Respondeo/ Rom
14/ Regnum dei no est potus et esca
sed iusticia pax et gaudium in spiritu sco
Item ioh 8 ille homicida erat ab
inicio/ Respondeo q esse ab inicio non
est esse creatorem/ Quia et sapiencia ab in
icio creata est/ prov 30/ Et Ecc 24
Item In principio creavit deus celum
et terram/ Gen I/ no tm sunt creatores
sed creature/ Item abierunt p Cor 9
deus huius seculi excecavit mentes
infidelium/ Respondeo p Cor 9 ubi dicitur
dyabolus nuncupative tm deus vel
deus et no secundum veritatem/ Venter etiam

dicitur deus/ phil 3 no tm est creator.
Ad destruccionem huius erroris quod
cuius commixit anima corpori/ Si dya 81
bolus corporis homines et deus creavit
anima quis ergo coniunxit/ Quia no e
convencio xpi ad belial/ 2 Cor 6 F.
Item Si corpus opus est dyaboli
tunc corpus humanum omino est destru
endum quia opa dyaboli destructa sunt
I ioh 3 et ad bonitatem eius pertinet/ no
solum velle bona facere sed etiam velle
malum destruere. magis malum maius
maximum malum maxime velle destruere
Item Secundum hunc errorem homo tenetur
confiteri q esset servus dyaboli et q
tenetur obedire dyabolo et no deo et ita
tenetur facere malum quia tenetur servire
dno suo dyabolo/ et secundum hoc maximum
tenetur homo punire corpus seu compi
p aliquo peccato sed potius quiescendi si
anima mala faciat cum per hoc serviat
dno suo dyabolo/ a quo dicit se corpus
et corporalia habere/ Item no potest homo
bona facere si est opus dyaboli Quia
arbor mala no potest fructum bonum facere
ymo si bonum facit peccat quia facit
contra suum dnm dyabolum ut si orat a
legit vel si dat elemosinam/ quia cor
poralia que dicit se habere a dyabolo
expendit ad honorem et servicium dei
quod contrariatur dyabolo/ Item ad
destruccionem huius erroris nondum q
deus lucis potest et scit bonum sed destruere
malum est bonum ergo hoc potest et scit
cum sit sapientissimus et vult maxime
cui istud sit regno suo nocivum ergo ipsum
destruit deus lucis/ Similiter potest obici
de deo tenebrarum q destruit deum lucis
p simile in contrario/ Et ita neutrum
regnum potest stare quia omne regnum in
se divisum desolabitur/ Et cum fortis
armatus custodit atrium suum res sunt
Item Si duo ista regna naturaliter

sibi sunt opposita confederacionem ad
invicem habere non possunt / 2 Cor. 6
Que conventio Christi ad Belial / quasi
dicat nulla / Semper ergo sunt ad in-
vicem pugnancia in finibus eius et
illius pax eternus quod est contra istud
ps / Hec requies mea in seculum seculi / Et il-
lud Qui posuit fines tuos pacem / Item
si duo sunt rerum principia aut utrumque
sunt imperfectum aut alterum superfluum quod
enim universaliter est perfectum ad omnia suffi-
cit, et quod est superfluum est inutile / et
82 ita non bonum. Item non quod scriptura voluit
quod aliqua diversitas creaturarum principi-
orum contrarietatem possit ostendere / prima di-
versitas rerum est substancie et accidentis
sed unum istorum inest alteri scilicet accidens
substancie / Substantia non causa est accidentis, non
potest esse a contrariis principiis cum
tanta sit eorum convenientia et adhe-
rentia maxime cum nulla sit societas
lucis ad tenebras nec conventio Christi
ad Belial / 2 Cor. 6 / Alia est diversitas
materie et forme. quorum convenientia
maxime indicat ea esse non adversis
principiis / Alia diversitas est substantie
corporee et incorporee sed cum substantia in
corpore perfectio sit substantie corporee et conveniat
cum ea ad perficiendum unum in vegetabilibus
est vegetabile in animalibus sensibile
in hominibus racionalis. manifestum est
quod non est a contrariis principiis / Alia
diversitas est corruptibilium et incor-
ruptibilium sed ista conveniunt ad unum
perficiendum ut corporis et anima ad
perficiendum hominem et est naturalis amor
unius ad alterum quod indicat separatio illa
unius ab altero que cum dolore fit / Ex quo
manifestum est non esse a contrariis
principiis / Illud autem notandum quod
licet inter creaturas diversitas repug-
nancia videatur ut inter aquam et ignem
tamen divina providencia contemperantur ad

verum hominis ita conveniunt quod bona a-
micicia et confederacione unum illo-
sibi videntur ad invicem copulari

Principium contra Cri- 83
stianos / Marchionistas et
Manicheos qui asserunt duo
principia sive duos deos esse / Unum
benignum et alium malignum / Benignum
dicunt esse principem lucis cuius habi-
tacio sit regio lucis super ista visibilia
Malignum dicunt esse principem tenebrarum
cuius habitacio ex adverso sit regio te-
nebrarum et ab isto ponunt corruptibilia
et mutabilia / Contra hunc errorem 84
attende quod esse non habet contrarium de
se oppositum nisi non esse / plenum igitur et
perfectum esse non habet rem contrariam nisi
non esse completum hoc est in quo nichil
omnino est de ipso esse / Et ita patet secundum
istos erroneos quod princeps tenebrarum
non est nisi omnino non ens hoc est nichil
perfectio habens ipsius esse cum ipsi ponant
ipsum contrarium ei qui est / Error iste 85
odibilis est creatori quia aufert ei do-
minium creaturarum visibilium. Item est
odibilis creaturis quas subtrahit tam
honorabili domino scilicet deo et subdit ta-
bili servituti scilicet dyaboli / De hiis dicit
beatus Augustinus de natura boni quod perdiderunt
sensum studio contradicendi / Item ab
hac venenata radice pessimi errores
quasi rami pleni venenosi prodierunt
est distinctio ciborum / dicunt enim non esse
comedendas carnes nec caseum nec ova
Secundus est quod lex vetus data sit a
principe tenebrarum et sunt mala / Tercius
est quod patres veteris testamenti mali fuerunt
et sunt dampnati / Quartus quod non cre-
antur anime de novo que corporibus in-
funduntur / Quintus quod Christus non assumpsit
veram humanam naturam / Sextus quod Iohannes
baptista fuit malus / Ad eradicandam
predictam pestiferam radicem et varios

hos errores qui ab eo procedunt non
quod contraria non compatiuntur se sed nec
insunt inuicem nec cum inuicem sub
sistunt sed sunt sibi inuicem corrup
tiua et ita corpus et anima non se
inuicem sustinerent si eorum principia
contraria essent / Sicut enim tristicia de
struitur propter diuersitatem contrariorum
sic iam mundus dissolutus esset si
dii essent diuersi seu diuisi . nec
posset per diem stare si amulus sibi
met contrariis regeretur / Item Damasce
Si multos dicemus deos necesse esset
differentiam in multis considerare / Si
enim nulla est differentia in eis unus
magis est et non multi / Si autem est
differentia in eis nec est perfectio . Siue
enim secundum bonitatem siue secundum virtu
tem siue secundum sapientiam siue secundum
quis siue secundum locum deficeret a
perfectione necessarium esset deus perfectus
Ideo nomine quod pertinet ad deum bonitas
quam potentia vel sapientia / Ergo sicut
ridiculum esset ponere deum aliquem sine
potentia aut sapientia ita ridiculum est
ponere deum sine bonitate / Dyonisius
Neque malum diuinum est neque diuinum
malum / Item impossibile est in per
fectum esse sapientiam et potentiam sine
bonitatem impotentia enim est sino
posse velle bonum congruum / Si autem
posse velle bonum non est sine aliqua
bonitate posset enim velle bonum bonum
est / Item Beatus est cui optata
succedunt / Sed si sumus bonum est
aliquid sibi contrarium non omnia
optata sibi succedunt / ergo non est
86 beatus / Nonum quod predicti heretici
ad assertionem sui erroris tres maximas
inuitunt / prima hec est / Omnis causa
inuariabilis rerum quoque inuariabile
Cum ergo deus bonus sit causa
inuariabilis non est causa variabilium

Secunda hec est / nichil est causa
constructiua et destructiua eiusdem
Cum ergo deus bonus causa est de
structiua malorum ergo non est causa
constructiua eorundem / Tercia hec est
contrariorum contraria sunt principia
Cum ergo bonum et malum sint contraria
contraria sunt principia Cum ergo su
mum bonum sit principium et causa
boni summum / malum erit principium et
causa mali / Ad primam dicendo quod
ipsa est falsa quia omnia variabilia
facta sunt ab uno inuariabili deo quoniam
omnia facta sunt Iohannis 1 / Item Iob 2 .
de filiis et aliis corruptibilibus dixit
dominus dedit dominus abstulit / Item vij
ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles
Item psalmus / mutabis eos et mutabuntur
Item Ecclesiasticus 17 / Quid lucidius sole et
hic deficiet / Hebreorum 1 . Et tu domine in princi
pio terram fundasti / Et post / ipsi peribunt
tu autem permanes / Item si verum esset
Cum secundum illos anime sint ab in
uariabili deo . ideo sequitur quod anime sint
inuariabiles et ita peccare non possunt
quod est inconueniens apud omnes / Nec e
tiam uniuersaliter quod effectus assimiletur
cause efficienti voluntarie operanti
cum sedens pictor quandoque pingit
ymaginem pulchram / et pulcher y
maginem turpem / Ad secundam dicendo
quod non est verum in voluntariis cau
sis item artifex destruit quod ipse
fecit / Ieremie 18 / de figulo / et dicit de
Regali mur / omnis res per quascumque
causas nascitur per eas destruitur /
Sicut ergo artifex est causa construc
tiua malorum quo ad essentiam sic et
destructiua eorundem quo ad maliciam
eius / Dicendo haicum que tamen sunt ad
idem 66 dist bene / Ad terciam dicendo
quod Aristoteles sumit bonum et malum
morale / Moraliter autem contraria sunt

bonum mores et mali / sed talium
contrariorum est idem principium
sz liberum arbitrium causa enim efficiens
87 sine voluntate operans pt esse causa
contrariorum / idem enim pictor pt facere
ymaginem albam vel nigram pulcra
et turpem / Et ex eadem massa aliud
vas facit in honorem aliud in contume
liam / Rom 9 / Et ab eodem patre sunt
duo filij quorum unius est eger alius
dilectus / Malach 1 Jacob dilexi / esau
autem odio habui / Et ab eadem radice
spina et rosa / Et eadem vite fructus
degener et fructus generosus seu bona
et labrusca / ys 5 / Et jeremie 20 / Et ab
eodem libero arbitrio pt esse actus bonus
et malus / Item sicut ex stipite arborum
flexibilis est virga / sic ex deo inflexi
bili est liberum arbitrium flexibile ad bo
num et ad malum · ad bonum quia ex deo
bono / ad malum quia ex nichilo et ideo
deficit pt causa ut dicit augustinus ideo possi
bilitas adeo [illegible] quia ad esse
inesse pendit Item secundum xpm ex eode
corde procedit bonum et malum / Luc et
agit 11 / de corde exeunt / Eccl 11 / bona
88 et mala vita et mors Vel dic quod
bonum et malum non sunt proprie contraria
quia malum nichil et ideo non oportet
ut habeat aliquam causam sui existencie
Unde dicit augustinus quod ideo manicheus
fuit deceptus quia prius voluit
scire unde malum quam quid malum
si enim scivisset quia malum nichil aliud
esset quam corruptio vel privacio boni
scivisset quod malum non esset nisi in
bono quia naturaliter inquantum natura
e bona est / Et ideo dicitur quod etiam demo
nes naturaliter creati sunt boni / ut
infra eodem / Vel dic quod bonum duobus
modis dicitur sz essentialiter et accidentaliter
essentialiter bonum dicitur id quod per se

bonum causa sz bonitas est essentia
eius sicut causa prima et tali bono
nichil est contrarium ut dicit aristotiles
cuius verbis utitur boetius in libro
[illegible] causarum summe et actualis
nichil est contrarium / bonum autem accidentaliter
sumptum bono modo contrarium est
malo et nam sicut circa idem cum quod
idem enim contrariorum susceptibile est / Bo
num autem sic sumptum non dicitur de deo
cui nichil accidit et quod patet ex hoc quia
actus daret ei aliquod esse / sicut nigre
do dat ei cui accidit esse nigrum / et ita prima
causa haberet aliud esse ab illo quod a se / et
ita non principium omnis esse / Et nota
quod quamvis bonum accidentaliter et essentialiter
malum tamen non dicitur essentialiter sed tantum
accidentaliter Item ad tuendum errorem 89
suum quod sint duo principia inducunt
manichei rationes sic / Ex altero contrariorum
non pt esse alterum malum igitur non pt
esse ex bono / erit ergo ex malo Retinuit
ergo usque ad principium malum quod
non est ab alio cum illud non est ex bono
ergo e a se ipso malo et ita est principium
in se et etiam principium malorum tamen alia
sunt ex ipso Respondeo per interemptionem 90
prime propositionis quia falsa est causa
ex calore fit frigus quod in animali
ut enim calor aperit poros et evaporat
et ita frigescunt postea membra / Et e contrario
per frigiditatem constringuntur pori et ita
multiplicatur calor internus Item ex
bono vino est quod contenciosa ebrie
tas Item ex bona et salutari medi
cina est quod egritudo et mors cum que
tam non debita mensura aut non debito
tempore aut non modo oportuno accipit
Item ex bona sciencia est quod malum
superbie et iactantie Item de sanctitate
vite oritur quod inanis gloria et con
temptus aliorum / Item de alieno bono
malum invidie Item de luce quod est

D

obtenebratio visus aut cecitas cum
lux fuit nimia / Ex quibus patet
quod ex bono est malum / Item econverso
ex malo bonum est quandoque ut ex egritu
dine vite et morum emendatio / ex fla
gellatione contritio et eruditio in pueris
in hominibus et bestiis Item cum ero
91 an ignem et aquam dicunt esse bona
vel mala / Si bona / Sed cum multa
mala proveniunt ex istis ut ex igne com
bustiones et ex aqua submersiones
Si dixerit quod mala / Sed constat quod multa
bona proveniunt ex illis ut ex igne
temperato calefactiones decoctiones illu
minationes Item ex aqua ablutiones
piscium nutritiones agrorum fecunditates
molendinorum aquaticorum multe utili
tates Item ex eodem homine sunt bona
opera et mala Item cum secundum predictos
errores bellum eternum sit inter principem
lucis et principem tenebrarum aut princeps
lucis nocet maligno alii aut non nocet
Si nocet alicui igitur ei male facit et illud
malum est ex principe lucis cum illud fa
ciat. quare non solum ex bono est malum
sed ex optimo / Si non nichil mali ei
facit neque facere potest et facit ipse princeps
lucis cum sciat omnem veritatem stultissime
igitur pugnat contra principem tenebrarum
cum sciat se nichil ei posse facere malum
et nichil ei facit / Item opponunt quoniam
thei cum aut aliquod est primum malum ante
quod non est aliud aut nullum / Si nullum
ergo unumquodque quod est malum erit malum
ex alio quod est malum et ita in infinitum / Sed
non potest esse infinitas causarum et ideo
non est procedendum in infinitum / Si non est
aliquod primum malum et illud non potest esse
ex bono ergo erit principium mali. et
causa aliorum malorum / Primo pro distin
92 ctione eius quod est malum sciendum dicitur malum
nocivum ut herba mala vel morbus

malus / vel malum dicitur ipsum nocumen
tum sicut dicitur usualiter / multa mala
fecit michi ille homo / vel dicitur malum
inordinatum sicut dicitur male sedet quod
non sedet in loco suo vel ordine ut li
vor in facie humana / vel dicitur malum
imperfectum privatum quantumque perfectione sua
unde male operari dicitur qui cum operatur
opus privatum convenientibus perfectionibus
sive circumstantiis. quales sunt finis causa
modus locus quis modus bonum male
operari dicitur qui non eo fine operatur quo
operandum est / Dico igitur quod si principium 93
est malorum non est nocivum non est malum
per modum illum / Si non est nocivum aut
erit nocivum simpliciter et universaliter aut
erit nocivum particulariter tantum / Si fuerit no
civum simpliciter et universaliter ergo nulli
erit perfectum nulli ergo proderit. qualiter ergo
erit creator esse et vite tot generi tene
brarum immo toti universitati malignitatum
illos Item licet aliquid sit nocivum alicui
vel malum non ideo est nocivum vel malum
simpliciter Sicut si aliquid sit factum alicui
ut vestio vel incisio aut membri alicuius
detruncatio non ideo est factum simpliciter
vel significatur nisi aliquid mortificatur quoniam
quod per hoc sit mortificativum / Et hoc est
quod huiusmodi denominationes secundum naturam
et aptitudinem naturalem dicuntur qualis sunt
ad hoc / nichil autem est tale in tota uni
versitate rerum quamquam enim venenata
animalia et rapacia noceant aliquibus
sive occidendo sive devorando non tamen
est intentio nature eorum ut noceant
illis sed magis ut sint ipsis subiecto
et hoc vel pascendo vel nutriendo ipsum
vel defendendo et nocumentum quod
ei ab alio imminet repellendo leo enim
vel lupus devorando agnum non ei in
tendit nocere sed sibi ipsi prodesse nutriendo
corpus carnibus / eodem modo se habet
de aliis Item ignis non est intentio 94

destrue quod conbinit sed multiplicate
sicut similiter in materia qua accendit
Si no acciperat malum nocumentum
ipsum / Secundo ratio malum primum est
privacio sive carencia primi boni naturalis
quod est esse / Et ideo no est neccesse quod ipsum
e ab alio vel bono vel malo cum omnino
no sit. quod tamen non est impossibile e
esse ab alio / Et breviter quocumque modo
dicatur malum no potest esse principium
quod debeat dici vel deus vel princeps vel
rex secundum quod ipsi erronei mentiuntur / Ad
confusionem autem eorum qui ab eis regna
gente sunt et ad cuius regnum ipsi pertine
ant qui sunt de gente tenebrarum / Secundo no
no est conveniens testimonium ipsorum contra
principem lucis cum sunt inimici ipsius / et
quoniam gentes tenebrarum aut omnino ceca e
et ita nichil presens sciunt de luce vel
regno eius. aut no aliter quam animalia
lucifuga ut vespertiliones / et ideo non
est credendum eis quoniam perversum est iudicium
eorum de luce / huiusmodi enim sicut animalia
lucifuga noctem reputant diem et diem
noctem ponentes lucem tenebras et tene
bras lucem. quare totum regnum lucis e
eis regnum tenebrarum et econverso / Cum
ergo credunt se loqui de deo tenebrarum
locuntur de deo lucis et econtra quare nes
ciunt penitus de quo loquantur et ideo me
ciuntur ex omni parte / Si autem dixerint
se de gente lucis esse et pertinere ad regnum
et principem lucis intollerabiliter iniuriosi
et contumeliosi sunt eidem cum no concedunt
eum esse nisi dimidium deum / potencia
enim super utrumque contrariorum hoc super bonum
et malum potentia perfecta est super alterum
vero tamen potencia dimidiata / sicut potencia
cia super homines albos et nigros potentia
est integra. potentia no super albos tamen
est potentia dimidiata / Similiter cum
dicunt quod no est adorandus vel colendus
nisi agente lucis sive albonis tamen
dimidiam diminitate et attribuunt et
dimidia auferunt / Similiter partem
dominandi cum ipsum no credunt ubique
et in omnibus dominari / Sicut enim
no simpliciter est album quod ex aliqua
parte no e album / sic no simpliciter
dominus qui est ex aliqua parte no dominus /
Item no ille plene possidet qui litigio
et bello possidet et ideo no plene dominatur
Item no est omnipotens vel perfecte potens
cuius potentie resistitur in toto ita ut
bellum de pari et ex adverso fiat Item
si no possit facere quecumque vult no est
omnipotens deus / nota Cum manichei
ponunt principium sive principem bonum
universalem malum erit ergo universaliter
pestilens sive hostilis et seviens in
omne quod potest / et ita in totum regnum
suum cum preter illud nichil possit desevire
sive preliatus / et ideo in toto regno suo de
seviet tamquam destructio et mors et ita
regnum eius no stabit et no erit prin
ceps neque dominus neque deus / Item cum 94
manichei ponant principem tenebrarum
esse corporeum et regnum eius totum
esse tenebrosum tenebrositate corporali
querere ab eis utrum tenebre huiusmodi sint
sensibiles et visum impediant an in
telligibiles intellectum impedientes / quod
si visum impediant visibiliter ceterus
igitur e ipse et nichil videns et tota
gens eius in regno suo nisi forte
dixerint quod sunt sicut vespertiliones et
similia que vident in tenebris et in
luce cecantur / Et secundum hoc talis princeps
et gens eius nichil videbunt excepto
hoc no poterunt resistere principi lucis
et genti eius de die cum careant visu
qui est necessarius ad pugnandum / cum igitur
die vincentur a principe lucis et a gen
te ipsius / quod si dixerint quod rex lucis
si intraret in regnum tenebrarum obtine

brant / Eodem modo sicut lux intrans te-
nebras expellit eas et locum quantumcumque
tenebrosum illuminat / quia parua
lucerna vincit magnas tenebras /
quare tenebre regionis huius non possunt
persistere nec resistere quoniam princeps
lucis et gens eius regionem tenebrarum
intrent et illuminent tenebras et sic
expectabunt principes tenebrarum et tota
gens eius. et ita patebit corruptioni
atque destructioni principi lucis et gen-
ti eius / Si non dixerit quod tenebre huiusmodi
sint intelligibiles intellectum inducere
Eodem modo quod tenebre intelligibiles non sunt
nisi ignorantie / et ergo princeps te-
nebrarum et tota gens eius obtene-
brata est intellectu et omnino ignorans
est et nichil sciens quid ergo erit
dicere deos tenebrarum secundum hoc nisi deos
ignorantiarum et insipientiarum / hoc autem
est ridiculosum auditu. Item cum
1 ab huiusmodi erroneis eius sit cultus
dei tenebrarum siue principis siue prin-
cipum que sacramenta que sacrificia
que laudes que sacrificia eius que
orationes / Sicut enim princeps bonorum
colitur largiendo alius elemosinam
et subueniendo miseris / ita iste contrario
coletur fraudando et rapiendo / Petri
Vnde igitur ita facientibus mercedem vel
penam / non autem mercedem felicitatis
cum eam non habeat / Si non penam erit
ergo bonus et iustus. cum mala puniat
quantum bonus / et cum quod iustum est re-
tribuit mala facientibus iustus /
2 Item cum sacramenta vel sacrificia
sunt eius nisi execrationes omnium viciorum
sed illa non sacrant nec sacrificant sed
potius inquinant facientes / Iste cum
laudes soluentur ei a subditis suis vel
propter quid laudabitur / Si enim predicetur
de eo quod malus est et male facit

omnia que facit. non est hoc laus sed
vituperium et defamatio mala / Si vero 7
predicetur ideo quod bonus est et quod bene
facit omnia que facit non est eius
laudatio sed potius derisio / Sicut si
quis volens laudare coruum propter candorem
diceret ipsum nigrum. Item cum orationes 9
vel petitiones fient ei / Si bona petantur
ab eo non potest dare cum ea non habeat
Si non mala petantur / hoc erit maxime
propter scilicet damnationem et tormenta /
Item si interrogentur cultores eius 4
propter quid colunt eum / non poterunt vere
respondere nisi quod propter hoc ipsum colunt ut
eis omnia mala faciat et omnia bona
ab eis auferat. Item secundum illos erro- 6
res quid dicetur de omnibus mala facientibus
nisi quod ea faciendo colunt principem
siue deum malorum sicut bona facientes
colunt principem siue deum bonorum dicetur
ergo secundum hoc quod omnes fornicatores
omnes fures omnes raptores cultores
sunt huius principis siue dei tenebrarum
Ex quo sequitur omnia lupanaria et
speluncas latronum templa esse eiusmodi
dei cum in bonis cultus huiusmodi exerceatur
Ex predictis patet quod princeps siue deus
huiusmodi non solum fugiendus est a cul-
toribus suis sed etiam totis viribus
et studiis impugnandus. eo quod noxia
mala eorum ei placeant et ad illa eos
inducat et ab ipsis illa recipiat

Vnium vniuersorum principium 1
Boetius in libro primo de consolatione
hoc nec bonum neque melius
nimis non modo aliquid precedit quod necesse
subuectum fieri potest / Sic unum unum principium 8
hoc nomine principium semper dicitur ad
aliquid / pater est principium totius diuinitatis
quia ipse a nullo est. non quod sui vel
diuine essentie principium sit sed quia
principium est ad filium et spiritum sanctum / filius
dicitur principium ad spiritum sanctum / spiritus sanctus

non dicitur principium nisi ad creaturas
ad quas etiam pater et filius et trinitas
ipsa simul et singule personarum prin-
cipium creaturarum dicuntur / pater igitur est prin-
cipium sine principio / filius principium
de principio / spiritus sanctus principium de
utroque / Et sic tres non tria sed unum
principium omnium creaturarum quia uno
eodemque modo principium rerum sunt /
non enim aliter res sunt ab uno quam ab
alio / Ex hiis patet quod hoc nomen prin-
cipium in divinis accipitur tripliciter
primo pater dicitur principium filii per genera-
tionem / Secundo modo pater cum filio principium
spiritus sancti per spirationem / Tertio modo
10 dicitur communiter pater cum filio et spiritu sancto
principium universe creature per creationem
ut hic / nec dicitur principium ordine
temporalis sed nature / Si queratur utrum
dicatur principium ab eterno / Dicendum quod no-
mina que connotant aliquid in creatura
aut connotant respectum ut dominus domina-
tor aut effectum ut iustificans iustifica-
tor creator et similia / In hiis que notant
respectum aut effectum distinguendum est
quia aut dicunt in habitu aut in
actu / De illis que connotant habitum
potest dici quod conveniunt deo ab eterno
vocatur enim habitudine dominus ad
servum cum dicitur dominus ab eterno
Sed non potest dici dominator quia non
habuit servum ab eterno / Si ergo dicatur
deus absolute potest dici principium
ab eterno quia non dicit effectum in actu
sed in habitu / Sed si dicatur cum determinatione
ut dicatur principium creature non potest dici
11 ab eterno / Item bonum universorum princi-
pium quia universa ceperunt ab ipso sed
ipsum a nullo / illud enim est vere principium
ante quod nichil et post quod alia
Si autem queratur hereticus utrum deus
sit principium et causa malitie vel
iniustitie / Timuit et angustie / nemo

queratur causam efficientem male volun-
tatis non enim est efficiens sed defici-
ens quia nec illa est effectio sed defec-
tio / deficere enim ab eo quod summe est
ad istud quod minus est hoc est incipere
habere malam voluntatem / Vel dicendum
quod proprie et per se loquendo non sed per accidens
sicut enim etiam bona sit causa moribus
que opponuntur ut privatio et habitus
inter que est bonum et malum sine bonitate
et malitia causare habere causam / Unde
cum deus sit causa bonitatis est et
causa malitie sed per accidens secundum illud
Amos 3 / non est malum in civitate
quod deus non faciat / Sicut enim ex
luce materiali mediante corpore fit um-
bra / sic ex luce spirituali mediante ob-
iecto inordinate concupito fit umbra
malitie spiritualis / Et sicut remota
materiali luce ex toto non est umbra
materialis sic si removeas ex toto
lucem spiritualem que est bonitas non
erit umbra spiritualis que est malicia /
Universorum scilicet corporum que naturaliter 12
sunt / non enim ab ipso sunt peccata que
naturam viciant que ex voluntate
peccantium nascuntur / Inquantum igitur est
actus vel voluntas ex deo est auctore
inquantum vero inordinate et contra legem
fit et sine debito caret peccatum est et
inquantum peccatum est nichil est nulla 13
enim natura nulla substantia est Joh 1 /
Sine ipso factum est nichil id est peccatum quod
dicitur esse nichil / non quia non sit
actio vel voluntas mala / sed quia
a vero esse separat hominem dum ad malum
trahit et sic ab esse ad non esse deducit
Omnia enim a summo bono participatione
recedunt quod solum vere ac proprie est meri-
to non esse dicuntur / Ideo peccatum dicitur 14
nichil esse nichil quod fieri homines
cum peccant quia peccatum hominem a vero
esse elongat / Patet quod voluntas

mala siue actio siue locutio mala
peccatum dicitur quia est prauitatis et in
obediencia et contra legem dei que tamen
sunt ab homine vel a dyabolo et non
a deo / Unde Augustinus contra pelagianum /
Opera dyaboli que dicimus vicia actus
14 sunt non res / Item omne malum
natura non est sed actus actionis
alicuius defectu boni quaobrem natura
non est omne quod facit ita quod bonum est
deus facit ex nichilo qui est bonum vni
uersorum principium ut hic dicitur / Quamuis
dicitur pater principium et filius principium non
duo principia creature dicimus quia
pater et filius et spiritus sanctus simul ad
creaturam unum principium est sicut vnus
creator est / nec aliter sunt res a patre
aliter a filio aliter a spiritu sancto sed pariter
eodem modo creature ceperunt esse a
patre et filio et spiritu sancto / Quia sicut
inseparabiles sunt ita inseparabiliter
operantur / de quo distinctione 3 circa ultimum in fine / Unum
autem principium sunt pater et filius non
tamen creaturarum sed etiam spiritus sancti / de hoc
principio Augustinus 3 / hoc dicit ante testis
fidelis et verus qui est principium Johannis
8 / Ego principium qui et loquor vobis
16 Item bonum vniuersorum principium
singulare / Quia impossibile est esse duo
principia absolute / Sicut aliquod est prin
cipium absolute est principium / sicut est
principium non est primus vel secundum /
Item Aut principium boni et mali con
uenit in aliquo aut in nullo si in
nullo ergo non in esse nec impotencia
ergo si principium boni est principium
mali non est / et si principium est omnipotens
principium mali est nullipotens / ergo
nullius rei principium / Si non conuenit
in aliquo ut in eo quod est esse viuere et
intelligere et posse / non ergo est pure
malum quod in tot conuenit cum summo
bono / Item Si principium mali in ali 17
quo differt a principio boni et in aliquo
conuenit / ergo principium ipsum habet
aliquid sui / ergo est compositum igitur non
primum principium / quia illud est prius
a quo est compositum / Iste vniuersorum 18
contra Arrianos qui dicunt unam
nouitatem qua deus condidit opera
esse angelorum / Et contra Hmogenianos
qui materiam elementorum deum esse
asserunt / Hijs duobus erroribus non
diu permanens immorandum quia nec au
ctoritatibus nec rationibus probant quos
affirmant / et quia ad eorum destructionem
sufficiunt que iam premissimus expresse
et quod dictum est supra ibi Qui vniuersa
plus bonus deus est dicetur infra ibi
abundanciam.
Creator enim est causa 19
omnium simpliciter et equaliter
ad se sicut est sciens et intel
ligens simpliciter et equaliter omnia
Secus non quedam alijs indigens me 20
dijs sicut homo anima et corpore
similiter qui fabricat indiget ma
teria fabricabili et instrumentis fa
bricandis / vt igne folle et similibus aut
illorum creator est deus et sine illis
fit ipse facit quod fabricator / et cum
cum mult per media et cum mult sine me
dijs / Sicut primum hominem sine patre
et sine matre corporis que commixtione crea
uit ceteros autem per medios parentes
vel ambos vel alterum consuetudine preter
hoc causat vnum equaliter si per vnum
medium aut per plura media causat
ea / Sicut non magis causat aliquis
domum cum per vna persona edificat quam
si per plures aut econuerso / Similiter si 21
per nullum medium quam per aliquod quia
media nichil addunt vel minuunt
causalitatis sed sunt tamen mentem de fe

rentes ultima recepta tamen immediate
a creatore et tamen vasa influentie
ac redundantie primi fontis que
cum impleta sunt quod superhabundat
refundunt in alia receptibilia / Sic
et omnia que causae nominantur ra-
tione primi universalis quasi fontis
impleta quod superest ad alia defundunt
vel transmittunt. Et nota quod creator
22 exclusit avaritiam quia contrarium est
de lege nature nulla illarum potest sibi
appropriare vel retinere aliquid ex bonita-
tibus suis naturalibus · immo prout eis
est possibile aliis ea communicant et
largiuntur. Item creator singulariter
23 contra symoniacos et excommunicandos
et appellitas et arrianos qui mundum
non a deo sed ab angelis factum asserunt
contra quos infra ibi / armaduram /
Item contra illos qui posuerunt celos
creatos esse ab intelligentiis quas
posuerunt esse plures contra quos iam satis
ausum est supra cum neque intelligen-
tia neque alia substantia debet esse celis
vel cuicumque alie creature. Item etiam
contra illos qui dicunt duos esse
creatores unum spiritualium alium corporalium
innitentes math. vi / nemo potest duobus
dominis servire / Unde eis quando
quid intelligunt per mamona, si dya-
bolum quo ergo stabit quod dicit luc.
16, facite vobis amicos de mamona
iniquitatis. Item si per pluralitatem
dominorum voluerunt probare pluralitatem
creatorum quot erunt domini tot erunt
creatores. Vel dicendum quod demon non dicitur
dominus creatione sed mundanorum hominum
electione / ut idem iohannes / Ergo de
supernis sum vos de hoc mundo estis
ego non sum de hoc mundo / Et per hoc
voluerunt esse duos creatores unum supe-
riorum et alium inferiorum / Item ioh. 18
regnum meum non est de hoc mundo

Item ulterius / nescitis quia amicitia
huius mundi inimica est deo / de hac ma-
teria dictum est plenius ibi / huius mundi
sordes propter / Et dicetur infra ibi armi-
duram / Item creator secundum augustinum
24 creator dicitur relative ad creaturam
sicut dominus ad servum / Unde nota quod
hec nomina creator dominus refugium
et huiusmodi temporaliter dicuntur de deo re-
lative ad creaturas sine mutatione
creatoris sed non sine mutatione creature
Et infra / Accidens est in creatura non
in creatore / Et appellatio qua creatura
relative dicitur ad creatorem relativa
est et relationem notat que est in ipsa
creatura / Appellatio vero illa qua cre-
ator dicitur ad creaturam relativa est
sed nullam notat relationem que sit in
creatore / Creatio enim non nisi no- 25
vitas existendi vel essendi ex volun-
tate creatoris et absque medio aliud
quam ipse solum et ipse creator quod est
ab ipso creatore absque medio cooperante
aut efficiente aut etiam instrumento
non enim movet aliquid medium in
huiusmodi creatione sicut artifices ho-
mines movent membra dum operantur
et motu membrorum movent instrumen-
ta et motu instrumentorum movent
materias de quibus operantur / Creare
igitur est cogitare vel velle creatoris
sicut patet exemplo anime humane
et unusquisque sive nobilis creaturam
operare est suum velle sive suum cogitare
Item creator si quis obiciat de
creatione ranarum et serpentum
exo. 8 et 9 / Dicendum quod nec magi
nec demones per quos fiebant
talia dicendi sunt creatores quia
non illa creaverunt / sed quasdam res
que corporaliter visibiliter quasi nascuntur
occulta quedam in corporis huiusmodi

elementis latent que deus origi
nalit eis indidit. ipse no creator
est om termi qui e creator insi
bilin semini / cuna queque nas
cend ad oculos nros exeunt. ex
occultis seminibus hnt pmordia
et incrementa debite magnitudis
et quasi ab originalib regulis
sumut distinctiones formarum
Sicut ergo pntes no dicim 9 cre
atores homi. nec agricolas cre
atores frugum quamuis eorum ad
hibitis motib dei intus ista in
teius operetur. ita no solu no ma
los sed nec bonos angelos phas
est dicere creatores. Sed p sublimita
tem sui sensus semint hore semin
occultiora et spargunt ea p oppor
as tempationes elemetorum. et
ita gingnedarum rerum et accelera
dorum incrementorum pbent actiones
Si ergo mente manu insisitado
formare no pt nisi deus / pditac
ante exterius pt homo. Ita creati
onem rerum invisibilium deus intus
opatur exteriores aute operationes
ab angelis tam bonis q malis
adhibent / Et nota q licet deus
sit artifex om multos tn habet
ministros operarios qui omes nutu
eius et beneplacito atque ministerio
opant / Et de hijs ministris sunt
omes virtutes que sut in stimbus
quorum tam miranda opa apparet
in animalibus et plantis et non
solum incorporibus eorum sed etia in
regimib eorum et conatu mirifico
Ipsa etia sapia creatoris est regens
ac dirigens ministeria et opera
suo omes huiusmodi ministros i omib
et singulis artificiys et opibus
26 eorum / Item creator. Creatio sin
gularis est opatio solius creatoris

qua solo beneplacito voluntatis
sue absque ullo amminiculo largitur
esse cui vult / et p modu istu dicit
creare no nisi sulus increatus. ex
ceptis celis et alijs celestibus cor
poribus / Talia no generantur p actio
nes et passiones et conflictus age 27
ntum et patientium / licet aute
verbum creandi dicat de solo creatore
tn scdm vulgare hyspanium etia
generatio et natiuitas dicit creatio /
Unde aput hyspanos dicit quis esse
de creatione alicui q qua est de eo
rum vel de stirpe vel de familia eius
Et p eandem translationem dicunt reges 28
vel sacerdotes creare / Sed fides ka
tholica abhorret audire verbum cre
andi de omni alio qm de solo deo

Omnium visibilium.

Contra patrinianos et alios 29
qui inferiores corporis partes
a dyabolo factas dicunt / contra quos
i cor vj / nescitis quia corpa vra
membra sunt xpi / et Rom xi Ex ipso
et p ipsum et in ipso sunt omnia / Est
i unus e altissimus omps creator
de hijs pmissis hereticus heret 299
35 Quidam isti heretici dicunt non
esse curam istorum inferiorum quia
varijs motibus casualit agitant
Ea no que anima superius sunt
quia immutabilia sunt regi a deo
quia facta esse ab eo dicunt / Ad pbandu
hunc errorem inducunt / daniel
vij / ubi loquit de xpo dicens / ptas
eius ptas eterna que no auferetur
et regnum eius qd no corrumpet / Item
luc i / dabit ei deus sedem dauid pa
tris eius et regnabit in domo iacob
in eternum / Ex hijs auctorib argumt
heretici / Mundus iste corrumpet
Mundus transit
ut habetur p ioh 2 / Mundus transit
et concupiscentia eius / Item huius mundi
erit finis ergo iste mundus no est

eius regnum / Secundo regnum eius
quod non corrumpetur est ecclesia / de
quo apoc. fecit nos deo nostro regnum
et sacerdotes / Et in fine mundi ad
veniet istud tradet xpus deo patri ut
dicitur p. cor. xv. Item omnium contra
Manicheum qui dicit invisibilia
tantum esse a deo non visibilia / contra
quem ephe. 3 Ex quo omnis paternitas
in celo et in terra nominatur / Et contra
illos qui dicunt bonas actiones tantum
esse a deo non malas etiam nequitie sunt
contra quos Eccl. xi / Bona et mala
sunt a deo / Et infra eodem Error et tene
bre peccatoribus concreata sunt / Item Joh. 1
omnia per ipsum facta sunt / omnia enim in
quantum sunt bona sunt a deo sed defor
matio a dyabolo vel homine / Item
30 Creator omnium contra hereticos qui dicunt
a dyabolo esse grandines fulgura
tonitrua et tempestates / contra quos
Mt. 5 dicitur pater qui in celis est qui fa
cit solem suum oriri super bonos et ma
los et facit pluere super iustos et iniustos
Item Act. 14 / Convertimini ad deum
vivum et verum qui fecit celum et terram mare
et omnia que in eis sunt / de celo dans
pluvias et tempora fructifera Item
Is. 51 / Ego dominus deus qui conturbo
mare et intumescunt fluctus eius
dominus exercituum nomen meum Item Jeremie
x / dominus deus verus ab indignatione
eius commovebitur terra et non sustinebunt
gentes comminationem eius. Et infra / dat
multitudinem aquarum in celo et elevat
nebulam ab extremis terre / ps. / omnia
quecumque voluit fecit in celo et in terra
in mari et in omnibus abyssis educens
nubes ab extremo terre fulgura in
pluviam fecit Item Aggei / Hec dicit
dominus deus exercituum quia domus mea
deserta est et vos festinatis unusquisque
in domum suam / propter quod prohibiti sunt

celi ne darent rorem et terra prohibita
est ne daret germen suum et vocavi
siccitatem super terram / omnis ergo cre 31
atura quasi sentit in se presentiam cre
atoris sui dantem sibi esse et bene
esse sustinente se ne veniat in non esse
ex quo per ipsum educta et elevata est in
esse et retinente se ne in nichilum eva
nescat et implente se virtutibus et bo
nis naturalibus quibus omnis substantia
a creatore impleta est usque ad redun
dantiam et refluentiam / virtutes enim
naturales sunt quasi fontes redun
dantes et influentes operationes suas
ut sol repletus est luce ut eam infun
dat et ignis calore ut eius operationes
utilitatibus utentium amistret / Et hec
redundantie indicia sunt copiositatis
et largitatis creatoris quibus replet omnia
specialia et omnes ac singulas creaturas
repletione postrema relinquitur vacuitas
desiderii naturalis / naturale enim de
siderium inquisicio est naturalibus perfectionis
Replet ergo divina bonitas omnia
secundum illud Sap. 1 Spiritus domini replevit
orbem terrarum / non quod ipsa substantia spiritus
dei repletus sit loci capacitate sed donorum
largitate / sicut dicitur quod liquor replet
vas qui eius capacitatem occupat et
iste replet qui liquorem infundit / 32
Item Creator omnium contra ponentes duos
creatores dicunt quod xpus et eius
ecclesia nunquam fecit aliquod miraculum
materiale / unde et miracula que
leguntur in novo testamento spiritualiter
facta intelligunt / Alii autem qui unum
ponunt creatorem concedunt quod xpus
et eius ecclesia miracula fecit materialia
et visibilia in rebus et de rebus huius
visibilibus ut patet Mt. 8 de leproso
curato ab hereticis istis vel lepra ista 33
fuit spiritualis aut materialis / si materialis
habetur propositum si spiritualis i. peccatum ergo

mundatus est a spiritu per Christum ante passi
onem resurrectionem et ascensionem sed
tunc aut iste habebat spiritum sanctum aut
non postquam mundatus est. Si sic, ergo
spiritus sanctus datus est antequam Christus glo
rificatus quod tu negas. Si non, ergo non
habuit spiritum Christi, ergo non erat Christi. Si quis
enim spiritum Christi non habet, hic non est
eius. Rom 8. Ergo erat spiritus diaboli.
Igitur non erat mundatus a lepra spi
rituali sed mundatus erat a lepra ma
teriali. Item modum argumentandi
nota in omnibus miraculis a Christo factis
ante resurrectionem suam. Item leproso
isti dicitur Matth. 8: Vade et ostende te princi
pibus sacerdotum et offer pro te quod
precepit Moyses. Sed quomodo possent ostendere
mundatum a lepra si esset le
pra spiritualis oculo materiali, non. Nec
oculo fidei quia fidem non habebat iste
sacerdos quod Christus curaret aliquem spiritua
liter. Restat ergo quod lepra illa non erat
spiritualis. Et idem Matth. 8 de puero
centurionis paralitico. Item de demonibus
exeuntibus de obsessis et intrantibus
porcos. Item Matth. 21 de ficulnea que
arefacta est ad verbum eius, ubi dicitur:
Et videntes discipuli eius admirati
sunt. Et ita patet quod sicut erat visi
bilis et materialis. Item imperavit
ventis et mari et facta est tranquillitas
magna Matth. 8. Item conversit aquam
in vinum Joh. 2. Item de quinque panibus
et duobus piscibus saciavit duo (?) quin
que milia hominum Joh. 6. Item vitam im
mortalem reddidit filie archisynago
gi et unico filio vidue Luc. 7. Et Lazaro
Joh. 11. Preter hec et multa alia patet quod
Christus et eius discipuli fecerunt mira
cula materialia et visibilia.

37 Et invisibilium. Contra eos qui dicunt quod deus
non creavit celum et terram
et cetera corruptibilia. Dicetur

quod aut potuit ea facere incorrupti
bilia aut non. Si non, potuit impo
tens fuit. Si potuit et noluit in
vidus fuit. Respondeo quod non sequitur quod
deus invidus fuit si facere vel dare
noluit quidquid potuit. Simile est
ac si diceretur: fuit invidus si non fuit
prodigus vel indiscretus. Cuius sapi
entis est moderare voluntatem et
potestatem. Insipiens est qui omnia vult
que potest. Summe enim bonitatis fuit
quod voluit ista visibilia facere, sapientior
non quod voluit ea finem habere ut ma
nifestum fieret principium habuisse et
non esse sum quod amittere possent et
amicum habuisse et sic esse viam homi
ut venirent ad cognitionem dei. Item 37
voluit dei sapientia ista bona esse transito
ria ne homines adhererent eis neglec
tis bonis permanentibus. Unde Augustinus dicit
Augustinus: peccare est spreto incommutabili
bono bonis commutabilibus adherere.
Item Augustinus in Enchiridion: A summa et 36
equali incommutabili bona trinitate
creata sunt omnia nec summe nec equa
liter nec incommutabiliter bona sed tamen
bona etiam singula simul vero universa
valde bona. Que ex omnibus consistit 39
universitatis admirabilis pulchritudo
in qua etiam illud quod malum dicitur bene
ordinatum et loco suo positum eminentius
commendat bona ut magis placeant
et laudabiliora fiant dum comparantur
malis et facientibus ex malis que fa
ciunt mediocria bona pervenerunt qui ha
biores redierunt et doctiores inpertinens
qui factus est fidelior post lapsum ro
dis. O creator omnium. Et summus altissimus 38
omnium visibilium et invisibilium. Et in
symbolo credo in unum deum. Ps. Beatus
cuius deus Iacob qui fecit celum terram
mare et omnia que in eis sunt. Joh.
1: Omnia per ipsum facta sunt. Apoc. xv

Adorate eum qui fecit celum et ter-
ram mare etc. Apoc 14. In ipso sunt universa
in celo et in terra visibilia et invisibilia
sive throni sive dominationes sive principatus
39 **Carnium** contra istos
qui dampnant eos qui car-
nes comedunt vel ova / primi-
tentes Gen 3 ubi dominus maledixit terre.
Et quia carnes animalium de fructu
terre nutriuntur dicunt non esse comeden-
das / pisces non comedunt quia nutri-
untur aqua cum non legunt maledic-
tum esse deum aquis / Primo si carnes co-
medende non sunt quia de fructu terre
vivunt multo fortius fructus terre non
essent comedendi quos tamen ipsi comedunt
contra philosophum quod unumquodque tale et illud
magis tale / Eadem etiam ratione non de-
bent comedere panem aut herbas vel
radices nec semina nec fructus ar-
borum nec bibere vinum nec indui pelli-
bus animalium / preterea ibidem subditur
In laboribus comedes ex ea scilicet terra omnibus
diebus vite tue / Unde noluit deus
per hoc illam maledictionem homo dimitteret
comedere que ex terra nascuntur vel que
nutriuntur ex ea sed sterilitatem intulit
per maledictionem ut homo amplius la-
boraret. Item inducunt / Quia caro de
carne per peccatum nascitur / Dicendum est peccatum
et falsum dicere de brutis animalibus
cum ubi non lex est non prevaricatio
Rom 4. Item inducunt Rom 14 Bonum
est non manducare carnes et bibere
vinum / Item dicunt Quia sancti viri le-
gimus abstinuisse a carnibus quod non
fecissent nisi esset malum comedere /
/ Dicendum quia non abstinuerunt ut iu-
dicarent esse peccatum sed quia carnium
comestio erat quedam occasio lasciviendi.
Crassitudo enim carnium et deliciose
epule provocant corpus ad libidinem
de quibus dicitur contra tales / Sed qui sit ab-
stinent non debent eos qui talibus utuntur
iudicare Rom 14 qui enim non manducat
manducantem non iudicet / Quod autem
sit licitum comedere carnes et alios
cibos patet exemplo Christi qui comedit
agnum paschalem Mt 26 et Luc 22.
Et comedendum docuit Luc 10 dicens
In eadem domo manete edentes et
bibentes que apud illos sunt / Item
Rom 14 Nichil commune est sine immundum
per ipsum nisi qui existimat commune esse.
Item prima Cor 10 / Omne quod in macello
venit vel venditur manducate. Et sub-
ditur / Omne quod vobis apponitur man-
ducate nichil interrogantes propter conscientiam.
Item prima Thim 4 / Omnis creatura dei
bona est et nichil reiciendum quod
cum graciarum actione percipitur. Item ad
Tyt 1 / Omnia munda sunt mundis.
Co[illegible] coomnipotentes
Contra Donatistas et Arrianos 90
qui dicunt filium minorem patre
et spiritum sanctum minorem filio / De
quibus dictum est ibi / consubstanciales co-
equales et coomnipotentes. Item contra
Sabellianum et Praxeam qui dixerunt
deum esse solitarium / contra quos dictum
est ibi supra / Tres quidem persone
Simul Simul sunt inter 91
quorum existentiam nichil est
medium / Et est contra Origenem
qui dicunt animas in mundi prin-
cipio peccasse et pro diversitate peccatorum
de celo usque ad tres diversa corpora
quasi vincula meruit et ea causa
factus est mundus 2a q 3 Quidam
contra quos agitur infra ibi / de
demum humana / Simul Eccl 18 Qui
vivit in eternum creavit omnia simul
scilicet in materia sua sed non simul er-
ant in propria natura / Simul produxit
omnia creanda sed non simul posuit
adesse ut patet Eccl 23 / Deo autem

creantur omnia sunt agnita. sic
92 et post perfectionem requievit omnia / Simul
ergo creavit omnia visibilia quia produxit
omnem materiam visibilem quod
patet Sap. XI / non enim impossibilis
erat omnipotens manus tua que creavit
orbem terrarum ex materia invisa / Et idem
Heb. XI / fide intelligimus a principio apta
esse secula verbo dei / Ysidorus et Beda
dicunt modum sic simul cuncta cre
ata sunt sed secundum dispositionem species
per sex dierum alternationem formata sunt
materia facta de nichilo / mundi species
ex informi materia / illa enim materia non
sine forma fuit et informis prius
fuisse dicitur quia in prima sui condi
tione tamen decente forma non habuit
sicut modo / Item simul / aliqui di
93 per positionem et tunc notat quemcumque
aliquorum secundum situm vel locum vel
tempus / Aliquando dicitur per privationem succes
sionis et ostenditur quod non sit ibi succes
sio media / Simile in principio hystoriarum
capitulo primo Quod simul factum et simul
94 dici non potuit / Et quod creationem mundi
sub operibus sex dierum explicat scriptura
insinuat tria / scilicet creationem / dispositionem
ornatum / Unde prima die creationem et
quandam dispositionem / in secunda dispositionem
in ceteris reliquis ornatum. Et hoc est
quod dicitur Gen. 2. Cessavit ab omni opere
quod creavit ut faceret / Ac si dicat quod
creavit in substantia ut post faceret idest
i. faciem dare perfectionis et decoris candorem
complectionem / facere enim est faciem dare / Sed
quare non dixit moyses / omnia esse
95 facta simul / Item sic sunt tenebre et
lux et vespere et mane que simul esse
non possunt / Solvit Augustinus moysem ita
dixisse propter familiarem intelligentiam
et ut ostenderet opera dei esse perfecta quia se
narius numerus est perfectus / et ut sex etates
mundi signaret / Tenebra appellatur
96 materia informis / lux eadem secundum quod

res formate sunt ex ea / Mane vero
et vespere angelica est cognitio vespertina
simul tempore cum matutina sed non ita
prius est quod prima dies non habuit mane
quia angelus non habuit cognitionem
de re facienda sed de re facta / et sic prima
dies habuit vesperam

Ab inicio temporis 97

Ab inicio temporis nota dei virtutem et sapientiam
quam sua incomparabili virtute ab
inicio temporis preconcepit omnium et sin
gulorum creationes formas motus mores
ornatus operationes similitudines dissi
militudines variationes principia
fines substantialia accidentalia et omnia scibilia
sciendo se solum tamquam omnium causa
lissima secundum quod in ipso sunt non per speciem
in scripto sunt / Item simul ab inicio
scilicet in Gen. simul tempore facta sunt 98
spiritualis et corporalis creatura et simul
cum mundo nec sunt ante angelica cre
aturam quam mundus / quia ut dicit Augustinus
nulla creatura erat ante secula sed
a seculis et cum eis cepit / Et nota quod 99
quidam sanctorum qui verba dei atque ar
cana excellenter scrutati sunt super
hoc quasi adversa scripsisse videntur
Augustinus sensisse videtur omnia
simul in materia et forma fuisse cre
ata / Alii quod primum materia rudis et in
formis quatuor elementorum compre
hensione atque confusione tenens creata
sit et post per intervalla sex dierum ex illa
materia rerum corporalium genera sunt
formata secundum species proprias Ambrosius
[illegible] / Gregorius / Jeronimus / Beda
et alii quam plures referunt / que etiam
scripture sensus quo prima manant
ad nos simul rei congnitionem et magis
congrue videtur / et ecclesia magis approbat
Item nota quod illa materia confusa 100
dicitur terra quia terra inter omnia ele
menta minus est speciosa / et illa in
anis erat et incomposita propter omnium ele

mentorum confusionem / Eadem dicitur
abyssus omnia confusa et commixta
distinctam speciem carens / Eadem etiam
dicitur aqua super quam spiritus domini ferebatur
sicut superfertur voluntas artificis
super rebus fabricandis / Et ideo dicitur
aqua quia omnia que intra nascuntur
sive arbores sive herbe ab humore
incipiunt formari atque nutriri / Sicut
41 enim ad sonitum clangorem buccine
in exercitu vel civitate alii currunt
ad arma protectionis alii ad arma impug-
nationis alii ad machinas alii ad suf-
fodiendos muros alii ad fossata imple-
nda vel ad alia impugnandi officia
et artificia se preparant / Sic creatore semel
tantum loquente et ineffabiliter sonum spiritualem
emittente universitas creaturarum
verbum eius audit / Si enim ex una volun-
tate regis et principis unius tanta pro-
cedit operum multitudo / quid mirum si
ex omnipotentis verbo procedit innumerabilis
varietas operum in mundo. Si quis autem
42 querat utrum per verbum simul fuerunt
omnia creata / Respondeo. Cum licet simul
dici potuit non tamen simul effici potuit
Sicut enim et vir et filius simul fieri non
potuit neque pullus et ovum ex quo
generandus erat neque semen et illud quod
erat generandum ex semine / Creator ergo
dixit unumquodque fieri suo tempore suo
loco et ordine / Sicut et tu cogitas
omnia scribi simul quam scribis sed quodque
in ordine suo scribis / et cum cogitas
in universali scribere librum non cogitas
ipsum scribere totum simul sed particulariter
et ordinate / Et de unoquoque artifice
et artificio sic se habet / Creato ergo for-
tius sapientissimus creator nec dixit
omnipotentissimo verbo suo nec cogi-
tavit ineffabili cogitatu suo fieri
vel esse omnia simul sed magis
ordine ac tempore quo eas fieri con-
43 veniebat / Item ab initio temporis

Contra illos qui dicunt mundum fuisse
ab eterno / contra quos genesis 1 In principio
creavit deus celum et terram id est continens
et contentum / celum empireum et ange-
los / et terram id est materiam quatuor ele-
mentorum / psalmus / Initio tu domine terram fun-
dasti et opera manuum tuarum sunt celi
Item hebr. 1 idem dicitur / Nota primitive 44
creature sunt quatuor / tempus / celum
empireum angeli et materia quatuor ele-
mentorum / Celum empireum id est igneum
vel intellectuale / quod non ab ardore sed
a splendore dicitur quod statim an-
gelis est repletum / Celum non firmamentum
in quo sunt luminaria non in principio
sed secundo die sunt facta / materia non quatuor
elementorum confusa et permixta que
secundum grecos dicitur chaos sine forma
distinctionis et distributionis donec dis-
tinctas species reciperet. Tria sunt 45
opera prima scilicet opus creationis distin-
ctionis dispositionis sive ornatus
concurrit non opus sequitur / scilicet propaga-
tionis / continuum opus gubernationis
fecit ante omnem diem / opus dispo-
sitionis sex diebus complevit. opus
propagationis usque in finem seculi non
deserit / ab opere gubernationis nunquam
cessabit. Triplex autem est artifex / 46
deus natura et homo / deus operatur
de nichilo / non mediante causa infe-
riori sed sola sua autem domini in operibus
sua nec materia prevenit formam nec
forma materiam. uno enim eodem tempore
manifesto materia supponitur forme et
forma imprimitur materie / Et ideo creatio
omne opus dei dicitur proprie quia omnia
non fit ex aliquo sed creatur ex nichilo
Unde operatio dei dicitur creativa quasi
conexio / Natura vero et homo ex pre- 47
iacente materia operantur / Illud tamen
notandum contra illi qui posuit mundum
fuisse ab eterno sic plerique nituntur / in
dicto sunt ab eterno summa potentia summa

sapia summa voluntas / et hec tria
sunt sufficientia ad producendum
quelibet effectum respectu omnis sunt.
Sed nichil sunt ab eterno respectu mundi
faciendi. ergo mundus fuit ab eterno
non enim potest dici quod non potuit ab eterno
vel quod non sciuit et si dicatur quod non
voluit ab eterno et postmodum voluit
ergo incepit velle et sic factus de nolente
te volens et ita mutabilis quod est in
conveniens / Item intelligere dei est
suum esse et dicere est suum facere creaturas
dixit enim et facta sunt ergo suum intel
ligere est facere creaturas / sed ab eterno
intelligit ergo ab eterno fecit creaturas
Ex quo quod licet ab eterno fuit volun
tas nichil quod mundus fieret non tamen fuit
voluntas ut fieret ab eterno sed tunc
quando factus et ita non fuit eius mutata
voluntas Item tibi initio temporis
58 principium vel inceptio temporis est non
mitas essendi primus vel nova existen
tius / Quod ante mundus habuit inicium
in tempore ergo non fuit ab eterno patet
genesis 1. Et multis aliis capitulis / et in
hystoriis in quibus narrantur creationes
creaturarum edificationes civitatum
et inicia regnorum que sunt in mundo
Item quod mundus factus est patet Iohannis 1
et Ysaia / Et de hoc plenius dicetur infra
ibi / quandam

Creavit de nichilo

59 Cum dicitur quod deus creavit
omnia de nichilo vel ex nichilo
de / vel ex / non dicunt materiam vel
eius similitudinem ad materiam nichil
enim non est materia alicuius / Et ideo
prepositiones iste non notant materiam
sed ordinem / de nichilo ergo i. post
nichilum / sicut enim prius nichil esset
creaturis / deus de nichilo omnia fecit / et
si se subtraheret in nichilum redigerentur
60 Et attende ineffabilitatem divine

potentie que tam multa tam mag
na tam mirabilia condidit ex nichilo
cum impossibile sit fieri aliquid ex nichilo
per virtute creatam / Item infinita a sum
mo uno. temporalia ab eterno Item cum
non sit aliquid commune causae creanti
patris / quia in illo nichil nisi eternum
in istis nichil eternum Item. Creavit
de nichilo / contra illos qui dicunt deum
creasse animas de sua substantia / contra
quos nota quod divina substantia est indivi
sibilis cum sit omnino simplex ut dictum est
supra / Unde si dedit suam substantiam
homini dedit tota et sic esset substantialiter
homo deus / et creatura creator / Item
videmus animam de seipsa fecisset non
posset esse mutabilis vel misera
vel viciosa Item de nichilo contra
illos qui dicunt animas factas extra
dicte ut Origenes et Lucifer ani qui
dicunt animas cum corporibus seminari
per coytum / contra quos genesis 20 / ubi
patet quod corpus traducitur non anima
Ad idem 32 q. 2 Moyses Item de nichilo
condidit / contra illos qui dicunt 61
animam esse corpoream / contra quos non
Quod si esset corporea esset elementata
elementi esset ex elementis visibilibus
facta haberet ex terra soliditatem ex aqua
humorem ex aere flatum et calorem
ex igne / Sed quia hiis omnibus caret
anima apparet non de hiis sed de nichilo
factam esse ut hic dicitur / Cumque tamen
de anima primi hominis constitutum de
aliis dissime tenendum est quod in corpore
creantur / creando enim eas infundit deus
et infundendo creat / Unde secundum
anathematis Cauculo istos condempnat
qui animas ex tradicione dicunt manu
tenere autem presumpserunt / cum finxit
sigillatim corda eorum i. animas / dicens
hic satis innuit psalmista quod non anima de
anima facit deus sed sigillatim animas
de nichilo creat / Ad idem genesis 2 insper

formata de limo dixit adam / hoc
nunc os ex ossibus meis et caro de
carne mea / Et non dixit Anima de aia
mea / Ipse quod patet quod corpus tra
ducitur non anima / Sed de hac matia
plenius infra ubi dicitur Humanam

De nichilo condidit
62 Ubi elidunt^r errores platonis
qui dixit tria fuisse ab eterno
scz deum ydeas et yle / Et aristotiles
qui dicit / duo principia esse scilicet
mundum et opificem quae de duobus prin
cipiis matiam scz et forma operatus
est sine principio et operatur sine fine
Et error Epycurii qui dixit duo prin
cipia i. vacuum et athomos ut dicitur in
hystoriis / primo igitur plato divine po
63 tentie derogavit loquens de deo quasi
de corporali artifice ac si non posset deus
aliquid facere nisi ex matia exteriori
et indigeret re extrinseca ad hoc ut opa
retur / Quod patet esse falsum per hoc / quod
magis est potens quod per se est po
tens quam istud quod per aliud est potens
Si ergo deus est omnipotens per se tunc potest
facere quodcumque vult nec indiget aliquo
extrinseco vel matia sine instrumento
sine operatore sine modo / Et hanc opa
tionem ostendit moyses cum dixit in principio
creavit deus celum et terram. Creavit i.
64 ad esse de nichilo produxit / Aristotiles
et alii philosophi qui dicebant mundum sine
universitatem rerum fuisse ab eterno
intelligebant probare sic / Sufficientia rerum
sunt ab eterno Quod probatur sic / ad hoc
quod artifex creat materiam tria sufficiunt
scz potentia sapientia voluntas / Sed constat
quod potentia divina sunt ab eterno similiter
sapientia et voluntas / nec indiget summus
artifex aliquo extrinseco ad operandum
quia aliter non esset summe potens / Ergo
sufficientia creaturarum sunt ab eterno
ergo creature sunt ab eterno Item ipsi
diviniunt hanc conclusionem per se notam scz

intellectus primus testatur quod eadem
re presens eodem modo se habente.
si aliquid modo est ab ea etiam prius
fuit ab ea / Sed deus eodem modo presens
se habet ut habuit ab eterno et res
modo ab eo sunt / ergo fuerunt ab eterno
Item tercia ratio / divina bonitas
nunquam potuit esse vacua sed semper
habundavit fluens ergo semper operata
est creaturas / ergo creature fuerunt
ab eterno / Ad primam dicendo quod non va 65
let videlicet Sufficientia creaturarum
sunt ab eterno / Et est ibi fallacia secundum
quid simpliciter non omni tamen concurrunt
se causa et effectus quia causa vo
luntaria est dilatoria / non enim sequitur
Si volo ire alicubi et scio et possum
quod ergo statim eam / quia non volo
ire statim / Eodem modo deus ab eterno
voluit facere mundum sed noluit facere
ab eterno sed post / causa enim volun
taria per electionem operatur providendo quod
quo quid operari debeat / Est autem
divina voluntas semper intellectiva
causa essendi similiter in rebus secundum
quod fuerunt / voluntas ante essendi non
est causa ut res sint nunc / Ad secundum
dicendo quod illa propositio est falsa in
tellectus primus testatur / non enim habet
locum in eo qui per se operatur et per modum
electionis scz quando vult et sicut vult
Ad terciam dicendo quod hec est falsissima
divina bonitas non potest esse vacua quia
vacua idem est quod cessans ab opere prout
ibi concludit / Si autem intelligitur
vacua a plenitudine beatitudinis vel
dilectionis vera esset

Condidit per illum sicut quod 66
erat in principio apud deum
per quod omnia facta sunt. et
sine quo factum est nichil / Joh. 1 Et
attende magnificentiam verbi dei quod
deus quod est ut artifex efficax et
operator omnium operum et creator / eterno

est ut lucerna solummodo ostendens
quid vel quo sit et quid agendum
sed ut motus omnipotentissima omnia
efficiens. nec etiam solummodo ut sigillum
expressio ut sigillans impressione sue simi
litudinis atque decorans omnia sua elect
ione liberrima et sua voluntate impr
essissima / hoc verbum sive sermo dei est
velut splendor a genitore suo procedens
et emittans ex luminositate ipsius
et donum est eius generatio eiusdem verbi
omnia per capacitatem sive receptibilitatem
corporum illuminans et pulcritudinis sive
similibus omnia prout decet decorans. ista
ut pulcritudines creaturarum non sunt
nisi quedam resultationes ipsius / propter
quod faciem dei sanctus ipsum nominat
vel ymaginem vel speculum / Et nota
67 quod hoc verbum non solum est emittativum
sed etiam imperativum imperiositate forti
et ultimative fortitudinis / propter quod
obediunt eius imperio non tantum ea que
sunt sed etiam ea que non sunt / unde
si preciperet mortuo ut surgat surgeret
ac si mortuus non fuisset cum liceat
potestatem imperiosissima et in mortem
et in vitam / Attende etiam exemplum
quia nos non solum verbis nostris emitti
mus affirmantes vel negantes sed
etiam imperantes que volumus fieri
vel non fieri / Sed verbum nostrum non est
tante imperiositatis ut nobis creature
obediant sicut deo qui dixit Genesis primo
fiat lux et facta est lux / iste condidit
universitate creatione condidit sunt quatuor
in quibus creaturarum decus consistit
scilicet situs motus species et qualitas /
Situs est in positione et ordine sive
dispositione / compositio est aptitudi
nem et firmitate hoc est ut componenda
apte conveniant et composita apte
et firmiter coherant / Aptitudo consideratur
in quantitate et qualitate in quantitate
ne nimis tenuis vel grossa in qua
litate non nimis frigida calida con

iungantur / firmitas consideratur in so
liditate et concordia proprietatis adinvicem
per quam se singula defendunt ne ab in
vicem separentur / dispositio patet per
hoc quia divina providentia causas
suas sic distribuit singulis temporibus
singulis rebus ut ordo rerum in nullo
penitus perturbetur / quod patet in celo
in aere magna in igne in terra et in omnibus
ornatibus corporum / motus est quadriformis
localis naturalis animalis racionalis
localis cum de loco ad locum aliquid mo
vetur / naturalis fit per generationes / a
nimalis consistit in sensibilibus et appe
titibus / racionalis in factis et consiliis
Species est forma visibilis que co
met figuras et colores / figure corporum
apparent mirabiles vel ex magnitudine
ut gygantes vel ex parvitate ut cymi
ces scinifes / vel quia rare vel quia
dense vel quia pulchre vel quia deformes
colores apparent mirabiles ut in celo
sole luna stellis / in terra marmoribus
herbis floribus lapidibus preciosis et
aliis que visum delectant et provocant
aspectum. in quibus non solum pulchritudo /
sed origo est mirabilis quod ex terre pulve
talis species sit producta / qualitates
diversas indidit deus rebus quod omnis
sensus hominis ibi sum delectabile inve
niret / visum pascit pulcritudo colorum
suavitas cantus demulcet auditum
flagrancia odoris olfactum dulcedo saporis
gustum / aptitudo corporis tactum /
iterum condidit Si queratur quare deus
voluit condere mundum / Respondetur quia
omnis causa efficiens maior est eo quod
efficit / nichil ante maius est voluntate
dei / non ergo causa eius querenda est
compescat ergo se humana temeritas
et illud quod non est non querat nisi
illud quod non inveniat / voluntas
enim dei causa prima est summitatis
celsitudinis prioris percausa rerum [illegible] 68

Hec igitur sola causa est unde con
ditum sine exortum est quidque ortum
69 est et ipsa non orta / Et non quod verba
ista scilicet convertere facere agere creare et huiusmodi
non dicuntur de deo sed de creaturis ut
notetur aliquis motus in agendo quia
nullus motus in deo / Sed sicut ex calore
solis aliquid fit nulla facta mutatione
in sole ita ex dei voluntate fiunt sine
motione seu mutatione dei qui est
omnium principium et finis   Si queratur
10 quid operabatur deus antequam crearet
celum et terram aut ubi fuerat / Unde
cum sapiente cum perscrutatoribus altiora
gehenne ignis paratur quia ista non
sunt perscrutanda sed cum timore ac
reverentia veneranda / Ecc 3 / istum co
11 didit creaturam / Heretici qui dicunt ista
visibilia sunt creata a deo malo sic
opponunt / Quomodo potest esse ignis iste bo
ne creationis qui tot sanctos combus
sit aut aqua que tot submersit aut
serpens aut aranea aut quod numquam
nocivum aliud quod tot infecit / Unde
cum iste creature que nisi bone sunt
et in sui natura et a bono deo immuta
te sunt conditate qui quibusdam
mitis est quibusdam autem severus /
Rom xi / Vide bonitatem ac severitatem
dei in eos qui ceciderunt severitatem
in te autem bonitatem si permanseris in
bonitate / Ad idem Sap 16 / Creatura
tibi factori deserviens exardescit in
tormentum adversus iniustos et lenior
fit ad benefaciendum pro hiis qui in te
confidunt / Ad idem Ecc 39 / Bona
bonis creata sunt ab initio / sic ne
quissimis bona et mala / bona si recte
utuntur mala si iniquitate permane
ant / Omnis etiam creatura ad hunc fi
nem dirigit cursum suum ut utilita
ti hominis deserviat vel eius obsequiis
famuletur vel per delectationem vel per sub
12 iectionem / Unde notandum quod non est aliquid

quod non habeat utilitatem licet lateat
quamquam / Augustinus xi libro de civitate
dicit / Venena ipsa que per inconve
nientiam perniciosa sunt convenienter
adhibita in saluberrima medicamenta
convertuntur / Et e contrario / delectabilia
sicut cibus et potus et lux immoderato
et importuno usu noxia sunt / Unde
nos admonet divina providentia non
res insipienter vituperare sed utilitatem
diligenter inquirere creature / utiles sunt
discrete utentibus noxie indiscrete
Circa utilitatem creaturarum attende 13
quattuor scilicet necessaria comoda congrua et
grata / necessarium est quo omnino natura non
potest subsistere ut homo sine victu et
amictu / Comodum est sine quo vita
duci potest sed plus delectat ut in victu
hominis esus carnium potus vini res
in vestitu byssus vel sericum sine
aliquo aliud splendidius vel mollius
vestimentum aptum / Congruum est quod
licet utentibus non prosit ad adminiculum
nature tamen convenit ad ornatum
ut tincture colores lapides preciosi et
huiusmodi / Gratum est quod usui nature
non tamen ad spectandum est delecta
bile ut herbe et frutices et iumenta
ad iuvamen / et quedam ad humiliandum
homines ut musce et pulices / quedam
ad erudiendum ut formica Prov 6 Vade
ad formicam o piger / quedam ad puni
endum ut gehenna / quedam ad exercitium
patientie ut serpentes / quedam ad
consolationem et recreationem ut flores et
huiusmodi Illud autem notandum quod quamquam 14
nobis noceant facta sunt noxia propter peccatum
et vitium nostrum non sua natura nobis
sunt mala / nam lux cum sit bona infir
mis oculis nocet quod fit non ex
malicia lucis sed ex vicio oculorum
Sunt autem nobis serviunt omnia
que sub nobis sunt si nos servimus.

E

deo a quo nobis subiecta sunt / aliter
enim caro non subiret anime nec vita
racioni si animus non est subditus
creatori / nota etiam quod bonitas cre
74 aturarum universitas est velut via
quibus itur ad deum et adinvenitur prima
virtus dei atque divinitas / Rom i
invisibilia dei per ea que facta sunt in
tellecta conspiciuntur / pro 8 dominus posse
dit me inicio viarum suarum / Et iob xl
ipse est inicium viarum dei / Item sunt
75 velut vestigia quibus deus inquiritur
et comprehenditur / iob xi forsan vesti
gia dei comprehendes / vel omnipotentem usque
ad perfectum reperies / ipse hoc dicit ecc xiiii
vadens post illam quasi investigator
Sicut enim vestigia distinguunt inves
tigatores suos ad inveniendum illud
cuius sunt vestigia. sic universitas cre
aturarum dirigit nos ad inveniendum
creatorem / Item est velut speculum
77 licet tenuissime apparitionis quia
omnis creatura recte investigata et consi
derata ostendit omnium creatorem in quantum
refulget divine immensitatis imago
sive potius umbra vel vestigium /
Ad hoc igitur ut nobis nominate
sunt creature in supradictis gradibus
contemplationis intellectus humanus
ad earum auctorem in eis eique approximare
contendat / ut hec vestigia utpote eas
ipsum invenire studeat ut suum artifi
cem amandum atque laudandum / ad
hoc speculum ut in eis ipsius repre
sentacionem aspiciat / prima Cor xiii videmus
nunc per speculum in enigmate / Item
78 est velut innumera multitudo lu
cernarum de fornace summe bonitatis
egrediens ad illuminandum cecum hominis
intellectum / Sap xiii / Item velut in
79 numera multitudo tytionum et
carbonum ardencium ad tale faciendum

affectum nostri hominis ad amorem dei
Sap xii / Convinsti ante ipsum tam res
membra etiam nostra tam spiritualia quam
corporalia sunt velut carbones et tytio
nes maxime ad amorem dei nos accen
dentes / Sap xiii / A magnitudine
speciei rerum / Item sunt velut libri in 80
quibus legimus et consideramus inter
pretando materiam que ad morale edificium
pertinet. quemadmodum in formica prover
bia / pro vi / vade ad formicam o piger.
Item sunt velut innumera multitudo
agapetarum incitancium nos per amorem
dei predicancium potentiam magnificentiam
sapientiam bonitatem largitatem et affabi
litatem creatoris / Item sunt velut in
numera multitudo signorum et nuntiorum
ad innotescendum nobis creatorem / Nam
sicut dicit Augustinus / nutus dei sunt
omnium creaturarum motus quibus non cessat
innuere qualis et quantus sit / Item
sunt velut innumera multitudo mis
siorum xenia dei nobis referentes velut
amicis / et beneficia domini nobis
pro amplius promittentes / deum enim esse
manifestum dator non occultans / Item
sunt velut innumera multitudo
servientium nobis ad honorem et amo
rem dei famulancium ita ut de homine
possit dici quod omnia serviunt ei / ps
omnia subiecisti sub pedibus eius etc
Item sunt velut innumera multitudo 81
magistrorum in sapientiam hominem erudi
encium / unde scriptum est interroga iu
menta et docebunt te / Item sunt
velut umbra pro modica potentie 82
sapientie bonitatis magnitudinis pulchri
tudinis ac supereminentie creatoris
Item sunt velut odor divine boni 83
tatis ac suavitatis ad quem odorandum
creatum est cor humanum etiam / currimus
in odore unguentorum tuorum / Et ideo
attende subtilitatem cordium humanorum

temporalibus inhiantium oculis fon
tali suavitate neglecta vel parum
non amata immo despecta

84 [C]reaturam heretici dicunt
quod creare est ex preiacenti ma
teria aliquid facere / exponentes
quod convenimus dicere / Creare est ex nichilo
aliquid facere / Quibus opponitur: omnia
aut creavit omnia simul aut non.
Si non simul ergo dicunt quod creare est
ex preiacente materia aliquid facere. Nonne
ipsa materia est creatum quod est utique.
Ergo si ex preiacente materia creavit
omnia ipsam preiacentem materiam crea
vit ex seipsa / Item si ipsa est aliquid
creatum preiacens alius aliquid ergo
creatum fuit ante omnia ergo non simul
omnia / Si autem dicit hereticus quod illa
85 materia preiacens est divina essentia
que Sap. xi dicitur materia invisa /
Contra / Si illa materia invisa est di
vina substantia / ergo deus creavit
omnia de sua substantia cum impartibilis
sit et summe simplex. dedit ergo cre
aturis suam totam substantiam / ergo
omnes creature eiusdem substantie sunt
cum deo ergo sunt substantialiter deus quod
dictu est absurdum / Si autem dicat
quod non creavit omnia simul sed secundum
ordinem unum post aliud / nichilominus
oportet pervenire ad aliquod quod sit
immediate ab ipso creatore. ergo erit
creatum ex nichilo / Igitur creare secundum
propriam rationem est ex nichilo aliquid
facere / Et si invenitur quod ex aliquo creat
improprie sumitur verbum creandi

[S]piritalem et corporalem

86 [illegible] unanimiter levaverunt
vocem suam ad dominum et dixerunt
Domine tu fecisti celum et terram mare
et omnia que in eis sunt / Augustinus
de fide ad Petrum / Firmissime tene et nulla
tenus dubites in omni creatura quam

spiritualem et corporalem summa trinitas
fecit solos angelicos spiritus et humanas
intelligendi facultate divinitus accepisse
fecit deus rationalem creaturam que 87
summum bonum intelligeret intelligendo
amaret amando possideret et possidendo
frueretur eum quam hoc modo distinxit ut
pars in sua puritate permaneret nec
corpori iungeretur ut angeli et pars
corpori iungeretur ut anime / distincta
est autem rationalis creatura in spiritualem
et corporalem / spiritualis angelus corporalis
homo ex anima rationali et humana
carne subsistens / Factus est ergo an 88
gelus et homo non quod deus indiguit
alterutrius officio qui bonorum nostrorum
non eget sed ut serviret ei et frueretur
eo cui servire est regnare. Inde enim
proficit serviens non cui servitur. Ange
lis tribuit essentiam simplicem
id est indivisibilem et immaterialem discre
tionem personalem et rationem naturaliter
insitam / intelligentiam memoriam
voluntatem dilectionem et liberum arbitrium
quo poterant sine coactione et sine
violentia propria voluntate ad utrumlibet
flecti / Et nota quod in creatura spirituali 90
attenditur substantia forma potestas
persona enim substantia propria forma arbitrii
potestas / Item ad substantiam pertinet 91
subtilitas. ad formam intelligentie
perspicacitas ad potestatem rationalis vo
luntatis abilitas / Et secundum hec in sui
exordio acceperunt differentias conve
nientes sue puritati et excellentie
in essentia in forma et in facultate
secundum que alii essent aliis superiores
secundum has discretiones quas ille plus 92
comprehendere potuit qui cuncta fecit in
numero pondere et mensura et ipse
qui est mensura omni rei modum
prefigens / et numerus omni rei speciem
prebens et que pondus omnis rei

ad stabilitatem trahens immutabilis fir-
rordinas omnia (Sap. xi) F Item fecit
omnia in numero pondere et mensura sc(ilicet)
omnia numeralia in numero. omnia ponderalia
in pondere. omnia mensuralia in mensura
Et corporalem quem creator
93 condidit naturam corporalem
et spiritualem necesse fuit quod con-
deret habitationem utrique convenientem
Unde nota quod sicut cor est habet re-
ceptaculum vite et vitalium sedes
seu solium spiritus anime totum residium
regens et administrans sic celum quod
dicitur empireum eo quod maxime vitalia
sunt in mundo necesse est continere et esse
sedem ac solium creatoris mundum regentis
et administrantis iuxta id Ysa. ultimo
celum michi sedes est. Decens etiam
est esse decente stabilem et quietem
propter quod celum empireum quod est civitas
angelorum et hominum glorificatorum est velut
amictus splendidus totius mundi.
Unde dicitur empireum id est splendidum
94 sive perfulgidum vel igneum quia ardet
ardore incogitabilis claritatis sicut
clibanus succensus cuius substantia nequaquam
ardet sed ligna intus posita. Sic nec
substantia celi empirei ardet sed sancti in
eo collocati. Item est velut tectum pul-
95 chritudinis stellari palatium decoratoris
omnium seculorum et velut operimentum
preciosum templi eius quod est totus mundus
et est habitaculum glorie ipsius et prin-
cipale intimum in quo est quod nobilissimum
in hoc mundo. Item est velut sacrarium
in templo quod est mundus. Sacrarium
dico continens et recipiens quecumque
sancta sunt in hoc mundo dignitate tam
nobilis habitaculi digna. Ipsum est
celum dei quia celat et continet omnia
Istud celum est domus dei uberrima
de cuius ubertate inebriantur omnes qui
in ea sunt et de cuius plenitudine in
istam regionem aspergitur instar roris (?)

ac tenuissime irrorationis. Item
celum empireum est civitas dei quam
fluminis impetus letificat quia torrens
voluptatis spiritualis replet. Item est
sicut aula regia regi regum et domino
seculorum omnium presidente regibus innumeris
ex angelis et hominibus assumptis ho-
nore et decore regio fulgentibus ad-
ornata. Hanc aulam creator condidit
tantam et talem quantam et qualem
vidit decere magnificentie sue sedium
multitudine et diversitate familie
sue hominum electorum et angelorum propter
illud Ioh. 14 In domo patris mei man-
siones multe sunt. Item celum 96
empireum est nobilissimum omnium cor-
porum naturalium et est fere spirituale quia
vicinissimum spiritualitati sive nature
spiritualium substantiarum. Et hoc est facile
videre comparatione corporum naturalium ad
invicem. Prima aqua est subtilior et
nobilior quam terra et aer quam aqua et
ignis quam aer et celum lune quam ignis
et sic de aliis donec pervenitur ad celum
ultimum quod est empireum. Et attende
quanta excellentia subtilitatis et
nobilitatis ipsum invenitur ad corpus hu-
manum quorum habitationem anime hu-
mane diligunt ultra modum. Quanto
ergo forcius celi illius habitatio no-
bilissima grata et iocunda erit animabus
humanis et sanctis animis. Sed si 97
dicat aliquis quid ad spirituales illas
substantias de loco vel habitatione corporali
sicut enim nichil ad corpora de habitatione
vel de domo spirituali sic nichil ad spiritua-
les substantias de loco vel habitatione
corporali. posset ne inquit quanta (?)
esse in bursa vel pixide vel in aliquo
vasculo. quanto forcius esse dei habi-
tationem localem dedignatur cum sit no-
bilitas spiritualitatis corporalitati in-
comparabiliter profundissima (?). Dicendo quod tribus de
causis sunt habitationes in locis

vel in rebus corporalibus / primo
propter indigentiam habitantium / propter
quod homines habitant in domibus vel etiam
in nidis fere in cavernis quia indi
gent pro suis incomodis evitandis
Secundo modo propter locorum indigentiam rerum
que inhabitant / propter quod deus inha
bitat inhabitantibus quia tali indiget
inhabitatori / eius enim inhabitatione
in eos influit bona nature gratie et
glorie · In templis etiam inhabitat
propter sanctificationem / et quod ibi honoratur
deus non sua utilitas est sed hominum
sicut quod sol videtur non solis utilitas
est sed videntium / Tertia causa est
ex predictis duobus composita / et hec est
causa habitationis animarum nostrarum
in corporibus nostris / quia anime indiget
corporibus propter operationes humanas et cor
pora animabus propter manifestas utili
tates quas non oportet hic nominare
Vel invicem propter interrogationem quando ad
animam de corpore in quo habitat nonne
ad illam pertinet sollicitudo regendi id
et providendi alimenta et alia necessaria /
que sunt corporalia / Ex quo patet quod
non solum est in corpore uno sed etiam
versatur circa corporalia multa et in
omni parte sui corporis ubi dolor vel
lesio fit / clamat hic ledor hic doleo
hic patior item et alia / Et
qualiter habitat in templis que sunt
corporalia / omnis enim lex omnis secta
omnis natio que de deo vel notitiam
vel opinionem habet asserit quod deus est in
celo et in templo ubi colitur adoratur
et requiritur / Ad intelligentiam autem plenio
98 ritatem attende quod ubi spirituale quod
solum et continet convenit spiritualibus sub
stantiis distat ab ubi corporali quod
solum et proprie convenit corporibus sive
corporalibus substantiis multis differen
tiis / prima est circumdatio seu contine
ntia qua corpus circumdatur aut continetur
ab ultima superficie corporis ambientis
illud / Secunda est repletio totalis conca
vitatis huiusmodi intime superficiei que
repletio non compatitur secum aliquod
corpus in eadem concavitate sive
loco / Tertia causa est adequatio loci et
locati non solum superficiei intime locati
sed etiam concavitatis quia replet
corpus locati / Quarta causa est
situs sive positio vel ordinatio partium
locati per quas potest designari sursum et
deorsum ante et post longum et latum
spissum et profundum principium medium
et finis / Econtrario autem se habet omnino 99
in ubi spirituali / Spirituales enim substantie
magis circumdant et continent illud in quo
esse dicuntur / quam circumdantur et contineantur
ab ipso / Sicut ipsa essentia creatoris
magis circumdat et continet omnia quam
circumdetur et contineatur ab ipsis et magis
includit omnia quam sit inclusa in ipsis
Eodem modo anima humana que est
in corpore potius continet et circumdat
corpus quam circumdetur et contineatur a
corpore / Unde plurimus dicit quod anima circu
dando illuminat et illuminando circumdat
in quo est similitudo aliqua ad crea
torem / differt autem quia essentia cre
atoris non est alligata nec admixta
rebus sed supereminet omnibus liberrima
anima non humana est multiplici
colligatione ad corpus propter quod patitur
passiones corporis et dolet doloribus eius
et quo trahitur corpus trahitur et ipsa
hec autem alligatio solvitur per mortem
corporis / De ceteris autem differentiis fa
cile est videre quia contrarie conveniunt
ad ubi spirituale / Illud autem sciendum 100
quod substantie spirituales que alligati
one sunt cum corporalibus limitatas
habent virtutes et diffinitas quasi li
mitibus et terminis corporum suorum ut
ultra ea per seipsas nichil operentur / per
organa non membrorum corporum ipsorum

vel per instrumenta membris corporis ap-
plicata operantur multa sunt apparet
in edificiis et aliis artificiis Secundo
autem dicitur de limitatione seu de dif-
finicione intelligendum est ut supra (?)
et non universaliter Omnia quecumque anime
operantur multa et mira extra corpora
sua Item spiritualem et corporalem Non
101 Ab initio temporis creator condidit pa-
radysum terrestrem Genesis ii de quo sunt
varie narraciones hystoriographorum
et eorum qui se vidisse testati sunt Et
testantur eum esse paradysum et quatuor
flumina que inde exeunt Geon qui
nunc dicitur nilus Physon quem gange
appellant Tygris et eufrates qui
soli antiqua nomina retinuerunt quorum
ortus nec ex naribus nec ex fontibus
torrens (?) inveniuntur licet
a pluribus sunt laborati sed hoc solum
inventum est quod ex extremis finibus orientis
fluunt ad quos non patet hominibus
accessus Adam et Eva de paradyso
sunt expulsi seu exclusi quamvis intromissi
fuerunt ibi ad habitandum et commorandum
quasi in loco disciplinae et in scola vir-
tutum ut ibi exercitarentur tamquam in
amenissimo loco et horto voluptatis
ut dicitur Genesis 2 Et nota quod paradysus
102 terrestris est magna pars totius cor-
poris terre et est in extremis finibus
orientis et extremitas terre a parte
orientis Sequitur Cur deus crea-
vit paradysum cum presciret quod homines
103 erant ibi per brevem morulam moraturi
cui ergo usui creavit ipsum Item Cur
reliquit vacuam tam nobilem habi-
tacionem aut si substituit aliquos ad
habitandum Item Si post electionem (?)
et casum angelorum de celo empireo
ceciderunt restauratur ruinam illam et
replere loca illa celi empirei diabolum (?)
quare non fecit similiter in paradyso terrestri

Item dicendum est creatorem vo-
luisse tam nobilem habitacionem et tam
preclara opera sua lignorum et fructuum esse
penitus ociosa Respondeo Cum locus pa-
radysi non est habitacio conveniens ho-
minibus pro statu in quo modo sunt Et
hoc est ideo cum delicie corporales noxie
sunt animabus humanis inebriant enim
eas et alienant a veritate et inducunt
eas in oblivionem creatoris et illaqueant
eas atque captivant ac inducunt in
servitutem omnimode corrupcionis Omnia
amor eternus unitur reverencia creatoris
Contraria non deliciarum purificant eas
atque clarificant et abstergunt ab eis
crassitudinem atque rubiginem viciorum et
malarum passionum Propter quod utilis est
animabus humanis habitacio que est
in miseriis repleta Sequitur Propter quid
posuit creator Adam et uxorem eius
in paradyso deliciarum ex quo delicie noxie
sunt animabus humanis Respondeo Quia
delicie temporales tunc non poterant eis
nocere propter firmitatem bonitatem atque for-
titudinem nature illorum Sed postquam sunt
corrupta et infirmata natura illorum per
peccatum omnes corporales delicie facte sunt eis
in augmentum corrupcionis et egritudinis
ex corrupcione parentum Sicut forte vinum
non nocet alicui sano propter bonitatem complexi-
onis et sanitatem corporis Alius vero nocet
propter malam complexionem et corrupcionem
aut infirmitatem corporis Ad hoc quod queritur
Cur creator reliquit vacuum et ociosum
paradysum Respondeo Quod non est ociosum
Omnia multe utilitates inde rema-
nent sicut erudicio hominum qui cum au-
dissent se amisisse tam nobilem ha-
bitacionem et hoc inculpabiliter propter
peccatum erudiuntur et provocantur ad ob-
edienciam creatoris et deterrentur a similibus
culpis per quibus tanta hereditas est
ablata et tante miserie et tanta

exilia sunt inflicta. Si quis diceret quod inutiliter deus videtur creasse tam nobiles fructus paradisi cum non sit qui comedat de illis. Respondeo quod et in terra habitacionis nostre sunt multe arbores de quibus non comedimus fructus nec de lignis earum facimus edificia nec de omnibus lapidibus qui sunt in lapidicinis construuntur domus nec de omnibus metallifodinis extrahuntur copie auri et argenti aut alterius metalli que ibi sunt. nec de mari vel aliis aquis omnes pisces ad vescendum. Et tamen non propter hoc sunt inutiliter creata. Has enim et consimiles copias creavit altissimus iuxta divicias bonitatis sue et largitatis non iuxta mensuram avaricie vel etiam necessitatis hominum. Quod exemplis evidentissimis clare patet. Nam rex largus et dives largitur munera sua non secundum merita et necessitatem percipiencium tantum, sed potius secundum magnificenciam et munificenciam suam que ipsum decet munifice et magnifice e largiri. Item paterfamilias largus non attendit quanta vel qualia comestura sunt invitati tantum sed quanta et qualia eius deceant largitatem et reliquie large superfluunt. Item aque non fluunt de fonte secundum mensuram sitis et possibilitatis bibencium vel haurientium sed secundum habundanciam et vehemenciam fontis. Item sol non lucet secundum capacitatem videncium tantum neque illis solum qui eum possunt intueri, sed super omne illuminabile pro copiositate luminositatis sue. Item ignis non calefacit tantum pro indigencia calefieri valencium sed pro virtute caloris sue incendit et ignit obviancia sibi.

104 Si quis querat, propter quid dicitur sit
lignum vite. Respondeo quod virtus illius ligni erat vite conservativa. ut quando homines de illo ligno comederunt infirmitates molestias et mortem corporis non sentirent. Si quis vero querat 105
qualiter lignum vite per fructum suum virtutem habeat conservandi vitam corporalem in corporibus tunc incorruptis et necessitatem moriendi nullatenus habentibus quod factum est postea per peccatum. Respondeo quod mirra et aloes balsamum, sal et multa alia conservant corpora incorrupta et quod plus est mortua servant multo tempore a corrupcione putrefactionis. Multis etiam medicinis vita prolongatur vel conservatur vel purgando vel reprimendo vel renovando. Unde non est mirandum si arbor vite vel fructus eius habeat virtutem conservativam vite humane. Lignum sciencie boni et mali est lignum cogno pnaicatus Adam qui ante comestionem illius ligni habuit scientiam boni et mali per solam scientiam sed post comestionem habuit per experienciam et ideo non natura sed occasione habuit tale nomen.

Angelicam contra Sa- 106
duceos qui negant angelos
esse. Actuum 22. contra quos Psalmus. Qui facit angelos suos spiritus. Item Hebreorum 1. Et Colossenses 1. In ipso condita sunt omnia. Et infra sive throni sive dominaciones sive principatus sive dominaciones sive potestates. De creacione angelorum Job 38 ubi cras tum me laudarent astra matutina et filios dei eosdem angelos vocat. 107
Et nota quod angeli nos purgant illuminant et perficiunt. Unde dicitur Marie virgini Luce 1. Ave id est sine ve ecce purgacio. Maria id est illuminata vel illuminatrix ecce illuminacio. Gracia plena ecce perfectio. Item consolantur pusillanimes Mathei 1. Joseph fili David noli timere etc. Item suscipiunt infirmos educunt a patria propter inimicos necessitates civitatis. Unde dicitur Mathei 2. Surge et accipe

E

puer et uade in egyptum / Item re
ducunt ad patriam a periculis liberatos
act 12 / Item surge et accipe puerum
et uade in terram israel defuncti sunt
enim qui querebant animam pueri / Item
fecundant steriles matres et miraculo
sos promittunt / Luce 1 de elizabeth et za
charia / Item euangelizant gaudium
et confirmant in fide / Luce 2 / Item prepa
rant viam / act 1 / Item terrent ma
los et consolantur bonos / act ultimo
Item custodiunt ne pes hominis offe
datur et administrant necessaria / Unde con
cessi sunt angeli ad custodiendum / Gen
3 / Item ad corrigendum et informandum
ut patet in agar fugiente a facie
domine sue / Gen 16 / Item ad custodiendum
bonos et ad puniendum malos ut de
loth et sodomitis patet / Gen 19 / Item
ad placandum et magnificandum bonos
ut de abraham et ysaac / Gen 22 / Et
iacob Gen 28 / Item ad suscipiendum
et compatiendum infirmos ut de iacob
et de laban / Gen 31 / Item ad protegendum
et confortandum contra aduersarios ut
Josue 5 / Item ad tenendum debellandum
persequendum et fugandum inimicos / 4
Regum 6 et 19 / Item ad predicendum et re
uelandum ventura / Judic 13 de samp
sone / Item ad liberandum populum ut de ge
deone / Judic 6 / Item ad auferendum
iniquitatem et peccatum et ad mundandum
et aperiendum os ad loquendum / ysa 6
Item ad docendum et informandum
homines / Item ad ostendendum et reue
landum visiones / dan 8 et ibidem 10 et 12
Item ad docendum indoctos et puni
endum superbos / dan 13 / Item ad sana
dum infirmos et ad arcendum demo
nes / Thob 8 / Item ad associandum et
conducendum / Thob 12 / Angelorum
108 ante misteria ignorarunt insequitur

ab ipsis didicimus / Et nota quod licet
angeli sint incorporei non habentes
corpora sibi unita tamen aliquando assu
munt corpora ad implendum ministerium
sibi commissum in quibus corporibus
apparent hominibus et loquuntur sicut
patet in predictis exemplis / Et completo
misterio euanescunt / ut patet Thob
12 / Et aliquando locuti sunt ex persona
dei patris et filii et spiritus sancti / Illud 109
autem notandum quod ubicumque in scriptura
ponitur pro deo angelus non pater non spiritus
sanctus sed solus filius racione incarna
cionis intelligitur / Item Angelicum
nota Angelus est spiritus intelligibilis 110
racionis capax et intellectus quem gratia
luminis deo tanto perspicacius diuinam
essenciam contemplatur / Et nota quod boni
angeli tanta gracia confirmati sunt
ut non queant fieri mali / Et mali
in tanta malicia obdurati sunt ut
non possunt fieri boni / tamen uterque
habet liberum arbitrium quia et boni
non aliqua cogente necessitate sed spon
tanea voluntate et per graciam adiuti
bonum eligunt et malum respuunt
Et mali spontanea voluntate a
gracia destituti bonum vitant et ma
lum sequuntur / Habent etiam mali li
berum arbitrium sed depressum atque cor
ruptum ita quod surgere ad bona non
possunt / Boni vero post confirmacionem
habent liberum arbitrium tanto liberius
quanto adiuti per graciam iam non possunt
cadere per peccatum vel nolle seruire vili
tati et miserie peccati / Et est in angelis
et in sanctis qui cum deo sunt tanto
liberius quanto aptius immunis et promp
cius ad bonum / Quanto enim quisque est
longius a seruitute peccati tanto in
eligendo bonum liberius est iudicium
Et ideo dicitur liberum arbitrium quia
sine necessitate uel coactione potest eligere

quod ex rone discernit / ytem Au
111 gustinum / damascen9 Angelus e
suba intellectualis semp mobilis ar
bitrio libera incorpea deo ministrans
sedm graam no natura inmortalita
tem suscipiens Cuius spem termin(us)
et speciem solus qui creator e scit
/ p verbum aute dei creati sunt oms
angeli et assu sco p sanctificationem
pfti sunt facti sedm pportoem digni
tatis et ordinis illuminatoem regnum
pcipientes eni insceptibiles / Cu em
sunt meelo no se in tra et cu ad tra
mittuntur adco no remanent meelo
no circumterminat apietibus etia
mus et clausuris. sunt tamen ab omi
passione exuti no tame inpassibiles
solus em deus inpassibilis est / citus
sistunt aute ad quodcuqz iusserit ds
et ita hominibus apparent diuina eis
mysteria reuelantes / Et nota q ange
lus est primus naliter reconciliacio
sidus officio fidelis ministradiend obe
diens in cogitacio qtemplatiuus fin
endo actiuus initiandus Ordo ange
112 lorum dicitur celestium spirituum multitu
do qui inter se in aliquo muneri gratia
similantur / Sunt aute sedm btm
dyonisium qui a bto paulo doctore suo
113 hoc didicit qui raptus in paradysum
et in tertium celu vidit et audiuit
archana. tres yerarchie r tres sa
cri principatus distincti / yerarchia
em grece latine dicitur principatus
114 sacer / Et dicitur ab ayos q est scus.
et archos princeps . Suprema seraphin
sex alas hnt / Cherubim oculos multos
Throni sunt sedes / Insecunda dnacoes
virtutes ptates / Infima principatus
archangeli angeli / In malis aute
angelis no e distinctio ordinum
qa ibi nullus ordo s sempiternus horror
115 inhabitat / Et nota q in ordinibus an
gelorum quidem diuini similis habet

inferior idem pfctius est superior. et
superiores inferioribus insinuunt que
a deo suscipiunt sedm eorum capacita
tem / Sicut dicit gregorius in pa omelia
de s trinitate Ea sunt quedam spalia
singulorum ut non sint qua omnium / et
quod inest quisqz habet ex pte hoc in
alio ordine totum tenet / Sunc igitur
ex pte ab omnibus habentur eis in p
uato nomine data sunt qui hoc in mu
nere plenius acceperunt dnaciones in
feriorum / Cuncta tamen ibi sunt singulorum
qua p caritatem quis ab alio nabus
habetur / ut plenius ipi bonorum spirituum
ordines vicinorum sibi ordinum vocabula
portant / ysa. vi / Volauit ad me unus
116 de seraphin / Ad idem / patet p exemplum
in nouem ordinibus clericorum qua superio
res hnt quod inferiores et ad inuicem
superiorum inferiores sua officia exercent
Illud aute notandum q no nominatur
quisqz ordo ab omni re qua plenius ab
aliis accipit sed ab aliqua rerum qua
117 accepit excellentius Ex aute omes celes
tes spus ad exteriora ministeriorum mit
tantur docet aplus heb i. omes sunt
administratorii spus in ministerium missi
ppter eos qui hereditatem capiunt salutis
nec debent indignum videri si etia su
periores mittantur cum etia ipe filius
dei ad inferiora sit missus Walt q
s superiora agmina dicuntur deo assiste
et ab intimis nunqz recede / non qui
aliqui mittantur sed quia mo ad exteri
ora pdeunt sed nequaqz tamen ab intimis
recedunt sed dei pncie contemplaoi
semp assistunt / Quod etia faciunt quia
frequenter mittuntur / nota cum dicunt
inferiora agmina tm mitti. dicit q
aplus de illis loquitur / Et ysa vi / dicitur
mitti seraphin quia ad intelligendum
118 venit et ad qsumendum pctm / ytem
Augustinum / nota omnis rex bonus

E

exemplum est primum ac summi regis et
similitudo eius qui est creator omnium / et
omne regimen dispositum exemplum
et similitudo est regni illius et ordina
ciones suorum ordinum illius / Et ideo
attende quod in regno terreno bene dis
posito proximi et collaterales regis de
bent assistere tres ordines hominum sunt
qui incessanter assistunt regi / primus
carissimorum et omnia ipius super oia
ferventium / hic ordo assimulatur seraphin
ordini qui interpretatur totus ardens
sive incendium / Secundus ordo est sapiencium
quoniam per sapienciam reges regnant et prin
cipes / multitudo sapiencium sanitas orbis
terrarum Sap. vj / hic ordo assimulatur
ordini cherubin qui interpretatur ple
nitudo sciencie / Tercius est ordo iudi
cum qui iura reddunt controversias et
lites dirimunt / hic assimulatur ordini
thronorum qui sedes dicuntur quoniam in
illis tamquam in throno regalis excel
lencie sedet rex regum et dominus dominancium
et insuper per istos iudicia sua exercet
plerumque eciam iudicia que fiunt per iudices
iuxta illud prov. 29 / multi requirunt
faciem principis sed a domino egreditur iu
dicium singulorum / Quartus ordo est
excellentissimorum et honorabilium
magnatum qui dicuntur barones regni
in quibus consistit fortitudo et poten
cia regni / hii assimulantur ordini domina
cionum / in quibus maxime relucet domi
nacio superexcellentissimi creatoris /
quinto ordine sunt presides provinciarum
per quos provincie reguntur / hii assimulantur
ordini principatuum / qui docent cum
iusticia et clemencia principari et ab
oppressione et tyrannide abstinere /
Sextus ordo sunt duces legionum
atque bellorum instructorum et capitanei
arcium sive principes milicie / hii
assimulantur ordini potestatum / quia per
eos in potestatem regis reducuntur qui

ab eius recesserunt potestate vel eidem
rebellarunt / Septimus ordo regni
terreni est communium sive iustorum
qui bonitates et iusticias exercentur
hic ordo adaptatur ordini virtutum /
quoniam viri dicuntur esse virtuti vicinis
ut in mortem eorum appareant quanti
et non solum virtuosi sed et virtutes
debeant nominari cum eorum officium sit
bona et viciorum opera extirpari / Octavus
ordo est magnorum nunciorum qui legati
usualiter nominantur qui magna
nunciant et alii nuncius etiam reve
lantes deserviunt iussa regis hii assimilantur
ordini archangelorum / nonus ordo est
minorum nunciorum per totum regnum discur
rencium sive equitum sive peditum
iussa regis deferencium / hii assimulantur 119
ordini angelorum / hic attende ad aliam
similitudinem in regno spirituali quod est
clericus in quo pontifex summus sibi tunc
tenet primum ac summi regis cuius vices
agit vices quorum ad gubernacionem
spiritualem / Cui debent assistere tres or
dines electorum / primus ad instar sera
phin debet esse ferventissimorum et totaliter
ardencium amore creatoris / Secundus
ad instar cherubin debet esse sapien
tissimorum et in rebus divinalibus
eruditissimorum / Tercius ad instar thro
norum seu sedium debet esse iudicum qui
iura ecclesiastica et leges ecclesiasticas
seu clericales noverint ad perfectum ut con
tendentibus iura reddant / Et yerarchia
horum trium ordinum dicitur sacer cetus
cardinalium / dominacionibus adaptatur
patriarche / principatibus archiepiscopi / potesta
tibus episcopi / virtutibus archidyaconi / ar
changelis archipresbiteri / angelis presbiteri
Ex premissis patet quod omnis ordinacio
et omnis decencia in omni regno terreno
sive spirituali sive corporali est exemplum
et similitudo sive designacio et relu
cencia ac signum regni celestis inco
parabilis preeminencie Et attende 120

quod cum dicatur seraphim incendium
divine dilectionis / Cherubim plenitu
do divine sapiencie sive congnicionis /
throni sublimitas et excellencia re
giminis seu gubernacionis / Seraphim
nominati sunt ab ardore non solum per
se sed ex officio inflammandi homines
amore creatoris / Cherubim ex officio
docendi homines et implendi eos sa
piencia divinali / Similiter throni ex
officio instruendi homines de regendis
sibi commissis / Similiter dominaciones
ex officio instruendi et admonendi homines
ad dominandum carnem rebellantem /
contra spiritum et ad redigendum eam in ser
vitute spiritus / Et ad dominandos eciam ser
vos qui se erigunt contra dominos / principatus
non quia instruunt hominibus cogitare
et facere que digna sunt principi · scilicet debelli
nare tyrannides et iniquas oppressiones
in eos quos habent regere et servare que sunt
clemencie et rectitudinis et ad hec summa
officii sui deducere ut rectam vitam habeant
et tranquillam in hac vita et ad vitam
perveniant perpetuam quam in scriptis receperunt
regni omnium mittunt ut sint incorrup
tibiles sine acceptacione personarum et munerum
et [illegible] blandimentis in adu
lacionibus et infallibiles consiliis vel
suggestionibus / potestates non quia sunt
qui contrarias potestates demonum arcent
ab hominibus et repellunt et ad pug
nandum contra eos illos admonent et in
struunt eciam in bellis corporalibus consiliis
auxiliis et revelacionibus suffragantur
Virtutes eciam similiter incitant homines
ad aggrediendum et perficiendum difficilia
et ardua bonorum operum pro quibus virtuosi
homines nominantur / Archangeli et an
geli suis nominacionibus sua officia i
notescunt / Angelus enim grece latine
dicitur nuncius / Archangelus quasi principalis
nuncius i. maiorum et principalium revela
cionum nuncius / ab archos quod est princeps
121 Omnes predicti ordines sacri principatus

sive ierarchie non tantum propter potestativa of
ficia que habent in subditos sed quia
inter suas creaturas nobilitatis et per
eminencie obtinent principatum
Et tunc per excellenciam ierarchia
summe convenit trinitati quia est super
omnem cognitivam et quia est principatus
et princeps et principium ex se ipso et
non aliunde / Sunt autem tres ierar
chie scilicet divina angelica et humana
sicut patebit in sequentibus / Item an 122
gelicam / nominaciones septem ordi
num angelorum videntur esse proprie creato
ris / Deus enim ignis consumens est /
Hebreorum xii / Nec est qui se abscondat a
calore eius / Et ideo si in istis loquendi
hoc habet dicetur seraphim cum sit
ipse purus ardens et incendium aliorum
Hoc incendium est bonitas et pulchritudo
ipsius quibus incendit amorosa e
os qui ei proximi sunt et ignit eos
sicut ferrum ignitur ex igne / Et huius
incendii indicia sunt calores quibus
creature sensibiles amatores suos
calefaciunt et inflammant / bonitates
enim et pulchritudines creaturarum vesti
gia sunt bonitatis et pulchritudinis
dei et quasi vie ad ipsum congnoscendum
diligendum et venandum / Et ideo eis
utendum est ut viis quibus et per quas
venitur ad ipsum / Nec est abutendum
ut ipse via habeatur ad creaturas /
quod facit qui propter eas et non per eas
diligit creatorem / Hec enim propositio propter
designativa est finis sive finalitatis
illa vero propositio per designativa est
vie et mediacionis / Et nota quod toti
ordini seraphim congruunt hec nomina
ex officio dilectionis qua creatorem di
ligunt et incendunt alios ad ipsum
diligendum / Etiam congruit nominacio
seraphim ipsi creatori duobus modis ·
scilicet ex natura et officio / Ex natura duobus
modis / Ardet enim ipse sicut fornax
seu caminus spiritualis acuminis amoris

tradet etiam in alios quos ipsemet
diligere testatur et intendit ex nunc
dilectionis officio cum dixit se venis
se ignem mittere in terram / Et adiecit
quid volo nisi ut accendatur / Nomi
natio vero cherubin quae plenitudo
123 scientie vel sapientie interpretatur in primis et maxime
congruit creatori et appropriate ipsi filio dei
qui est sapientia patris / Sanctis vero ac
beatis spiritibus qui sunt in illo ordine
qui cherubin dicitur ex habundantissima
influencia spiritualis luminis ex lumine
primo communicata et illuminacio ista ordi
in cherubin que speciali preeminentia
sapientie decorauit sicut et seraphin
amoris priuilegio speciali / Thronorum
124 vero nominatio designatio est stabilitatis
ac pacatissime quietis et regalis
magnificencie et glorie quibus sedet
firmiter et imperturbabiliter in ipsis
sanctissimis spiritibus qui throni nomi
nantur / Hiis enim est ex regali gloria et mag
nificencia creatoris tantum gaudium
tam pacata quies ut enim instar se
dis et throni portare videantur contu
entes enim ipsum regem dominantissimum
seculorum in regali gloria sua que non
est ei adventitia sed natiua et essen
cialis gaudent et gloriantur incogitabiliter
et eidem adherent et seruiunt inseparabiliter
Maxima enim gloria est regem suum
in tanto decore et gloria incessanter
videre presertim ab eis qui eum ineffabiliter
diligunt / cui seruire est regnare verissime
sciunt / Dominatio sicut et dominus nominatio
125 est nomen sublimitatis et excellentie crea
toris / communicata autem est quarto ordi
ni quia nec prefulget eminencius quam
in ceteris ordinibus / Hoc autem est propter
altissimam subiectionem ipsorum quia apparent
in humilitate subiectionis eidem esse sub
diti / Illi qui ad manifestandum dominationem
creatoris specialiter intendunt / Et quia
dominationis rem et nomen aliis fecerunt

primo contemptum permittunt ab omnibus aliis
utrumque exterminant et excludunt nomen
dominium et dominationis in alio secundum
quod sit nisi in creatore tamquam grauis in
iuria et contumelia creatoris sit igne et
gladio prosequenda / Sicut qui se humi
liat exaltabitur sic iste ordo altissima
humilitate subiectionis nomen domina
tionis obtinet et quia verissime dominari
est in omni subiecta intelligentie perfectissime
subiectam esse deo seculorum / Dominatio igitur
iste ordo non quidem dominari aliquem qui
deo seruit voluntarie primo potius se sub
seruire. Propter hanc subiectionem intantum
venerabiles sunt effecti ut nominentur domina
tiones / Apud nos etiam usitatum est
personas venerabiles dominos appellari /
Similiter principes seu principatus nomina
tiones sunt creatoris proprie et per se tantum
modum quinto ordini attributo / quia ille
ordo adeo solo rege gloriatur et dei principa
tum super se diligit et illum dilatari et
extendi in alios cupit / Et in quantum eis
permittitur vel iniungitur curant ne res
vel nomen principatus alii attribuatur
quam deo / et ideo nomen principatus huic
ordini assignatur / Sed potestas proprie 126
tatem excellentie soli conuenit cre
atori essentialiter et per se cum ipse sit
potestas sine omni impotencia difficultate
prohibitione et impedimento contra quam
nichil rebellare potest / Nominationem potestatum
sexto ordini communicauit contra omnem
rebellationem contra omne quod aduersus
eum extollitur / ordinis istius intantum
potentie fecit ut nichil ei resistere va
leat nec ex aduerso stare / Ipsi etiam
homines qui potestates dicuntur apud nos
ad hoc constituuntur ut exterminent et co
primant reipublice inimicos. / Vir 127
tutis proprie essentialis est nominatio
creatoris cum ipse sit qui facit mira
bilia magna solus / Et hanc nomina
tionem communicauit septimo ordini / que
ea virtuositate extulit ut ministerio

corporum operantur opera dignissima nec nisi
eius fidelissimi apparent propter quod et
eis creditur et obeditur in hiis que
ad gloriam pertinent creatoris / Ex predictis
patet que sunt cause et rationes
nominum predictorum septem ordinum Sunt
128 etiam duo ordines superiorum spirituum
scilicet angeli et archangeli licet de aliis
ordinibus ad faciendas ministrationes
quas creator pro suo beneplacito plerumque
assumat / sicut in curiis magnorum re-
gum / licet sint ibi multi pro maiestatis
regis defensione / tamen pro magnis et
arduis negotiis expediendis quandoque
mittuntur proprii barones et alii de
latere regis tamquam legati prout requirit
negotii magnitudo / Ex predictis nomi-
nationibus novem ordinum apparet gloria
creatoris et ordinatio regni eius spiri-
tualis et ornatus palatii sui ex parte
ministerii sue gubernationis qua
partim per seipsum partim per beatissimos
spiritus partim per homines assequitur / Et
intellige gubernationem istam in subiectis
intelligentibus creaturis ad res volunta-
rias / Alia est enim gubernatio eius scilicet
naturalis qua per ipsas naturales vires
in corporibus animalium et plantarum vi-
res suas diffundit sicut ipsa corpora per ani-
mas vivificat movet regit auget
minuit impinguat et conservat /
Ostendunt etiam isti ordines unusquisque
in se multum de gloria creatoris / ut
Seraphim ardore suavissimi amoris
ostendit bonitatem et pulcritudinem crea-
toris et quod ipse est fornax eternum
amoris incensivi / Et hoc ostendit ex flam-
ma qui in eorum ordine emicat ex illo
Sic cherubim ex illo splendore quo
refulget ad ipsum creatorem ostendit
luminositatem eius / Sic et throni re-
giam et magnificam potestatem eius
Sic et dominationes dominantissimam no-
bilitatem eius / Sic et principatus
principationem et gubernationem

eius / Sic potestates immutabilem et
victoriosissimam potestatem eius / Sic
virtutes ineffabilem infatigabilem
et mirificam virtutem eius que
apparet in miraculis suis / Sic angeli
et archangeli providentissimam curam
et infallibilem eius qua regere et or-
dinare dignatur / Queritur cum de sin- 129
gulis ordinibus aliqui ceciderunt
cur non nominantur cherubim vel se-
raphim vel throni vel dominationes
vel virtutes / Ad quod potest dici quod
nominationes iste contrarie sunt ma-
lignitati eorum in qua sunt obstinati
unde non possunt eis nec iste nominationes
convenire / Quomodo enim dicentur seraphim
apud quos nec ulla scintilla sancte dilectionis
remansit / Et qualiter cherubim cum eorum
omnia opera insipientissima sint et sapientie
contraria / Et qualiter throni cum constet
eos inquietissimos creatori et regnum eius
contra / Quomodo dicentur virtutes qui quantum
in eis est intendunt operibus viciosis
nominationes autem potestatum et prin-
cipatuum et ministrationes maiorum
et minorum eis relicte sunt quia com-
munes sunt bonis et malis et utrisque
convenienter attribuuntur sicut regnum infer-
num et maliciarum quod nominavimus

Seraphim dicuntur propter
illud Ysa. vi / Seraphim stabant super
templum sex ale uni et sex ale alteri
duabus velabant faciem suam duabus
velabant pedes eius et duabus vola-
bant / penne sive ale intelliguntur
dona virtutum et gratiarum quibus ab omni-
bus sollicitudinibus et cumulo sancti
sublimitate beatitudinis sue sublimes
enim sunt virtutes et gratie ad terrena
et inferiora nullatenus per se inclinantes
neque inclinabiles declinationes quia decli-
nantur semper sursum a sublimitate fe-
licitatis sue / quamvis interdum ad exteriora

uel inferiora officia iussu creatoris
deueniant. ab intimo tamen et sublimi
bene contemplacionis quiete non recedunt
Alioquin ex iussu creatoris ac obediencie
sue bono sustinerent inestimabile detri
mentum si felicitas illorum et gloria ad
momentum minueretur. Unica melior est
dies una in atriis tuis super milia
Ex quo intelligitur quod infinita milia di
erum respectu illorum quasi nulla sit compara
cio et bonorum presencium ad bona future
glorie / Virtutes et dona superiorum spiritu
dicuntur penne sive ale scilicet propter vim
sustentativam et propter paritatem sive
equalitatem que naturaliter inuenitur inter
eas sive alis dextra sive sinistra
et propter societatem que est alis ad inuicem
in operacione sua / non enim mouetur vo
latile si est una ala sine altera / Et
ita se habent in virtutibus et donis spiritu
alium quia societas et pax absque
ulla resistencia est inter omnes illas
et se inuicem adiuuant tamquam fide
lissimi atque amicissimi in operacionibus
suis / quod autem dicitur propheta de vela
cione faciei ac pedum et de uelacione
ac ambulacione animalium / Et quod
unus propheta ponit sex alas seraphin
et non ponit cherubin nisi duas a
las / et quod ponit utrique cherubin corpus
cum constet quod sint utique incorporei
apud iudeos habet difficultatem questionum
Sed apud christianos constat quod sermones
seu visiones similitudines ac figuras
designantes et longe aliud quam sonat
littera significantes sicut patebit plenius
suis locis Cherubin dicuntur oculosi
2 iuxta illud Eze. i. Et corpora plena
oculis ante et retro et intus et foris
oculi autem non possunt intelligi in spiri
tibus nisi indita uel insita eis
sapiencie lumina que sive sint nature
sive gracie incomparabiliter plus sunt eis
adherencia quam nobis oculi corporales
Oculosi id est pleni oculis dicuntur cherubin

propter plenitudinem luminum quod expresse
sonat nominacio eorum / Ante uero et retro
plena oculis dicta sunt propter plenitu
dinem sapiencialis cognicionis eorum
que sunt ante id est spiritualium et eternorum
et eorum que sunt retro id est corporalium et
temporalium / Vel eorum que sunt ante id est que
tenenda uel eligenda / et eorum que sunt
retro id est relinquenda uel postponenda
Iuxta hunc modum plena oculis intus
et foris propter plenitudinem sapiencialium
luminum intuentur interiora et exteriora
sua et hec sunt spiritualia et corporalia
uel interiora sua id est naturalia sua sive
essencialia / et exteriora sua id est adventicia
a foris scilicet ex larga beneficencia crea
toris sibi advenientia / Et hoc est quod
intus uel extra se sunt et quid intus uel ex
tra se habent plene cognoscitiua certitudine
consideracione / Similiter quod dicitur intus
plena oculis intelligenda est lumino
sitas circumspectionis qua ea que
supra et ante. infra et circa post
et circa ipsa sunt circumspecte considerant
Et qualiter ad unumquodque illorum se habere
debeant qualiter illis uti uel frui oporteat
plane ac plene cognoscunt / uel per
circuitus oculorum intelligi circumspectio
presencium preteritorum et futurorum Throni 3
dicuntur deiferi secundum intencionem et offi
cium throni quod est portare uel suppor
tare sedentem / Cuius exemplum est apud
nos cum portari uel supportari se faciunt
a familiaribus suis reges et magnates
et hoc non ad infirmitatis subsidium
nec propter cadendi metum sed potius ad
honoris obsequium / quia regalis of
ficii et dignitatis est leges condere
statuta edere / Propterea autem uocabulo
throni sedes regie uocantur / Prou. viij.
per me reges regnant per me conditores
legum iusta decernunt / Manifestum ergo
est quod ad thronos pertinent condiciones
legum et ediciones statutorum utilium
et iustorum / Et ideo dicitur Balt 3 / quod lop

ordinata est per angelos in manu
mediatoris / Unde patet quod ad thronos
pertinet inspirare cordibus regentium
leges et statuta pertinentia ad salutem
q Illud autem sciendum quod licet sera-
phim nominentur ab ardore et cherubim
a plenitudine sciencie et throni a potestate
regalitate non tamen propter hoc dicendum
plus ardere seraphim igne divine dilec-
tionis quam cherubim / Similiter nec che-
rubim propter cognitionem qua sunt ample-
itudine sciencie dicendi sunt luminosiores
esse sciencia quam seraphim et throni / Simi-
liter throni propter potestatem regalem que
illis attribuitur dicendi sunt potenciores
seraphim vel cherubim / Sicut in summa
trinitate / licet spiritus sanctus et caritas
et ardor et ignis appropriate nominetur
non tamen propter hoc aut magis calet
aut ardet aut diligit quam pater et filius
Similiter quamvis filius dicatur appropriate
sapientia non tamen est putandus sapientior
quam pater vel quam spiritus sanctus / Similiter licet
patri appropriatur potencia non tamen pater
dicitur potencior quam filius vel spiritus sanctus
Immo omnia que per essentiam insunt
tribus personis equaliter insunt illis
et equalia sunt per omnem modum / Tunc ac
r isti tres ordines sunt specula clarissima
et ymagines pulcherrime summe trin-
tatis in quibus tamquam in specularibus luci-
dissimis et ymaginibus pulcherrimis
relucet veritas de rebus prenotatis
Unde nota qualiter et in quibus beatissimi
illi ordines assimilentur beatissime tri-
nitati / Exemplum dei patris virtuosissima
potentia qua magnifice sublimiter honori
predita est / Exemplum filii luminosissima
sapientia qua est illustrata / Exemplum
spiritus sancti vehementia amoris
qua est inflammata / Et tota illa
beata civitas in singulis civibus suis
sit conformis est summe trinitati
et sic relucet ad speciem uniuscuiusque

signaculum similitudinis sit illius
et benignissime trium personarum divi-
narum et ipsa tota civitas in ipsa tota-
litate sua pace concordia et unitate
sinceriosissimi amoris illi quantum possibile
est se conformat ut speculum clarissimum
divine pulchritudinis inspectoris dei
Attende illuminationibus virtute gratia
imbibite servitutis et erecta precellente
contra omnem vilitatem et deiectionem subiec-
tionis in principatibus unitate et potentia
inflexam vel potius regibilitatem sine
principalitate erectam et omnis imbecilla-
bilem malignam pereram iniquitatis /
Sic in potestatibus strenuitatem inconcussi-
bilem erectam forte et adversante contra
omnem rebellationem / Sic et in virtutibus
vigorem infatigabilem potentium corporum
operum advenientis nature nequaquam
attingit opera mirabilia sine macula
dum in supremis ordinibus apparet
magnificentia glorie creationis / In do-
minationibus precellentia dominationis / In
principatibus precellentia principatus /
in potestatibus potentia contra quam nec resis-
tentia nec rebellio stare potest / In virtutibus
virtuositas inflexibilis / In quibus
similitudo quedam et designatio angelis
tamquam umbra et vestigium ac virtus
imitatur creationis /

Licet in precedentibus ostensa sint 6
officia ad que instaurandum sunt
nobis angeli deputati / Tamen
sciendum quod quatuor sunt officia eius inspiris
ad creatorem scilicet laudare · benedicere ·
magnificare et glorificare / Laudare a
non est bona alicuius narrare vel signare
voces ante quibus fit laudatio clamores
sunt spirituales / Quod enim clamor est in
voce corporali hoc est eminentia et intelli-
gentia in voce spirituali / Sicut enim cla-
mor vocem facit audibilem sic emi-
nentia admirationis vel laudationis
facit eam intelligibilem eis quibus fit
vel quia clamor alta vox dicitur clamare

ff

dicuntur cum de altissimis intonant vel
clamant quem, omnia clamores isti con-
tinui sunt nec ullo silencio interrumpuntur
nam in statu glorie non est locus in-
terpolacio aliquocumque actu. manifestum est
quia non habent requiem die ac nocte qui
clamant de creatore sanctus sanctus sanctus / et
alia magnalia eius ysa. vi Apoc. 4.
Secundum officium dictorum spirituum est benedicere
Benedicere non potest hic intendi est
bona imprecari deum vel bona dicere de
illo / Sicut enim dicitur / Benedictio et clari-
tas et sapiencia etc. Apoc. 7 subaudi sit
deo / Et huiusmodi imprecacione non optant
hec tamquam illa non habeat sed potius con-
gaudent et congratulantur tantis et
talibus donis illius. Ut si dicant
Amamus volumus et gaudemus hec esse
in benignissimo creatore / Tercium eorum
officium est magnificare in se ipsis et
quantum ad se ipsos magnificenciam crea-
toris et quantum ad alios illam eis pre-
dicare vel quocumque alio modo insinuare
Quartum officium eorum est glorificare / glo-
rificare autem creatorem non est aliud
quam gloriam eius in se ipsis agnoscere vel
aliis intimare / ut potenciam sapienciam
bonitatem pulcritudinem et huiusmodi /
non enim tantum angeli et homines sed etiam
omnes creature laudant resonant et
predicant audientibus spiritualiter hoc intelligere
volentibus / et hoc non aliis vocibus quam
ostensione magnificencie et pulcritudinis
sue sicut in multis ante aliis officiis.
8 Beatissimi illi spiritus deserviunt hominibus
horum est officium instruendi per quod re-
velant dei beneplacita vel mandata
et leges atque ea que ad ipsas leges
et earum observanciam pertinent / sicut sunt
permissiones comminaciones creatoris
nam sicut legitur Gal. 3 ordinata
fuit per angelos in manu mediatoris
Sunt autem instructiones et revela-
ciones iste in animabus hominum signis
naturalibus vel aliis secundum beneplacitum

creatoris / Secundum officium eorum est orandi
et interpellandi pro nobis. Omnia enim dor-
mimus vel corpore vel negligencia
ab oracione et aliis bonis cessamus
ipsi pro nobis vigilant orantes et gracias
pro nobis largitori omnium referentes. et
multa nobis merentur et impetrant que
meritis nostris nullatenus obtinemus 9
Tercium officium quod sancti angeli
deserviunt hominibus est regimen
sive gubernacio nostra cuius multe sunt
partes preter predicta officia quibus nos
regunt instruendo nos et oracionibus
suis obtinendo nobis bona et aver-
tendo mala a nobis / Et preter hec sunt
que ad regimen et gubernacionem nostram
pertinent defensio liberacio et custodia
defensionem nobis impendunt angeli
sancti contra omnia que nocent vel noce-
re possunt que a nobis amovent / primo
contra malignos spiritus arcendo eos
et effugando a nobis et etiam religando
Sicut raphael religavit demonium
in deserto Thob. viii / Secundo defensionem
nobis prestant contra homines nocere nobis
volentes et quosque eos infestantes ut
liberentur electi / Dan. 3 / Tercio nobis
prestant defensiones contra bestias.
Dan. 6 quando liberatus fuit de ore leonum
Quarto contra ipsa elementa / Angelus
domini excussit flammam ignis / Dan. 3
Unde boni angeli prestant defensionem
hominibus / Dan. x. Significat que sunt 10
vincula vel carceres quibus ligantur vel
incarcerantur demones a bonis angelis
vel a sanctis enim corporalibus carceribus
teneri non possunt / Primo enim quod in-
strumentis corporalibus faciunt substancie
spirituales corporibus connecte et alligate
hoc faciunt sancti angeli virtute sua ex
sola preceptione indigencia eius istrumen-
torum de impressione est virtutem quibus
ista destruunt / Sicut ipse creator ad
tenendum nimium aliis ligaminibus et carceribus

non indiget quoniam imperiosissima omnipotencia
voluntatis sue sustinet omnia / Sic
nec sancti nec beati spiritus aliis creaturis
vel virtutibus indigent ad coercendos
demones nisi fortissima virtute in
positivas sue tamen ad hoc supplantantur
creatoris / de huiusmodi coactionibus multa
legimus / in hystoriis et gestis sanctorum
11 Si queratur qualiter mentium est quod an
geli sint gubernatores hominum / Dicendo
quod istud innotuit hominibus per prophetas
quibus deus multa de mysterio consilii
sui revelavit et expressit / ut Danielis x / et
Matthei 18 Angeli eorum vident semper faciem
patris mei / hoc etiam auditur ratione quia
naturalis est pietas et dilectio in hominibus
ad invicem naturalis quod amor honestatis
et compositionis vite per quam bonus paterfamilias
patresfamilias ad hoc intendit ut componantur
mores et decorentur vita familie sue
professoris etiam extendit hanc pieta
tem / et dilectionem commonens eos et corri
piens a vitiis et peccatis quibus deformantur
mores hominum et vita turbatur / et hoc
bonum est et pulchrum / quanto fortius
igitur est in sanctis angelis ista naturalis
pietas atque dilectio et tanto maior quam
in hominibus quanto nobilitas eorum ad hoc
et alia bona est expeditior / Si igitur
natura humana in hac miseria non
patitur abstinere homines bonos a cor
reccione et gubernacione hominum quanto
magis ista natura nobilissima beatorum
angelorum et incomparabiliter maiori pie
tate ac dilectione inferiores homines
non sinet carere suis consiliis auxiliis
aliisque ad gubernacionem pertinentibus
Item si tamen potest apud homines naturalis
pietas et dilectio ut alii aliis consulant
alii alios adiuvant aliis alii officium
regiminis impendunt / quanto magis
hoc poterit pietas glorie ac dilectio
apud angelos suos / Item quare esset
eorum pietas si videntes genus humanum
in fraudibus et dolis malignorum

spirituum et inde eos eripere non curarent
Item cum iusticia sit que nec facit
iniuriam nec desinit / quare esset iusticia
angelorum sanctorum si non gererent curam
hominum miserorum / Item cum ordinata
sit universalis gubernacio dei altissimi
nichil sinet carere debito regimine unum
quodque per modum et ordinem suo congruentibus
subiecit ordinibus / Manifestum est autem
quia homines hominibus nec congruentes
per toto nec sufficientes rectores existunt
maxime cum maiori vel nobiliori parte
regiminis eorum deficiunt scilicet contra principes
malicie spiritualis contra quos virtus sua
et sapiencia minus potest incomparabiliter quam
requirat cura gubernacionis hominum
Ut igitur sit perfecta gubernacio dei altissimi
qua regi totum indiget universum / est
necesse ut sapienciores et forciores ac
modis omnibus meliores rectores hominibus
preferat propter infestaciones ac tempta
ciones que hominibus et rebus huma
nis a spiritibus malignis proveniunt
cum manifestum sit per rectorum gubernacionem
que fit per homines nec astucie nec po
tencie malignorum spirituum posse resisti
Talequoque quid esset de hominibus insiga
malignis spiritibus tamquam animalia
occisionis expositis pastoribus et custodibus
data essent in predam et devoracionem
quod non debet creatoris benignitas
sustinere / Predicte spirituales substancie 12
per psalmistam rote volubiles nominantur
Ezechielis x / natura autem rotarum cum sit circu
laris atque rotabilis / et natura circuli
est exitus ab uno et reversio sine
reflexio in idipsum / Tales autem rote
sunt sibi spiritus beatorum / ut totum
quod sunt et habent sicut exeunt ex
deo sic totum reflectunt in eundem /
Sicut enim circuito est exitus sine reu
sione sic rotunditas exitus est cum
totali reversione / Sunt autem iste rote
volubiles quia omnis motus eorum spiritualis

ff

est revolucio et reversio ad primum
principium a quo oriuntur / et sicut
ex ipso sunt ab ipso creatore totaliter oriuntur
sic et propter ipsum / et sicut totum quod sunt
et quod habent ex gratuita bonitate creatoris
et sunt et habent / sic totum per virtutem gra
titudinis ei attribuunt et per congratulacionem
seu collaudacionem totum in ipsum inflectunt
Item rotunditas sive circulacio ista potest
intelligi in hoc quia totum quod sunt et quod
habent non sibiipsis sunt vel habent sed creatori
cui totum sunt quod sunt et totum habent quod
habent in nullo ante sibi / scientes hoc
esse rapinam dampnabilem si quicquam
de toto eo quod sunt et quod habent sibi apparenter
aliquid suum esse quolibet modo arbitrarentur
Et quia totum se sciunt debere creatori totum
eidem reddunt non solum attribuendo
illi sed eciam totum committendo in obsequia
honoris et glorie ipsius / Sicut enim est
et raptor omnis debitor qui quod de
bet suum dicit vel eo utitur tamquam suo
13 Et nota quod racio ordinis in angelis
est duplex / una est intrinseca et exem
plari que est in summa trinitate / et hec
est impassibilis / Alia est in effectu et
imitacione / et hec est in ecclesia mili
tante sive in natura humana / Et
de hiis dicitur Job 38 / numquid nosti ordinem
celi / hoc est celestis creature et angelice
14 et ponas racionem eius scilicet ordinis in
terra hoc est in militante ecclesia / quasi
dicat / non nosti in causa et exem
plari sed in effectu et imitacione / ideo
ponas racionem eius in terra / hoc est in mi
litante ecclesia sive in natura humana
Item ad informacionem vite activorum
ponas primam ierarchiam scilicet angelorum
principatuum archangelorum et ad infor
macionem vite prelatorum pone secundam ier
archiam scilicet potestates virtutes dominaciones
Ad informacionem vite contemplativorum
ponas terciam ierarchiam scilicet thronorum
cherubim et seraphim / nam ad infor 15
macionem vite activorum angeli instruunt
eorum velle / archangeli illuminant
eorum intellectum ad scire / principatus or
dinant ad bene posse / vita enim activa
exigit ordinatum velle ordinatum scire
ordinatum posse / nec est actus lau
dabilis ubi deest aliquod istorum trium
Item ad informandam vitam prelatorum 16
potestates ordinant prelatos circa subditos
ad querendum totis viribus summum bonum
et ad eius obstacula evitanda / Vir
tutes ordinant tam prelatos quam sub
ditos ad viriliter et fortiter exequendum
quod bone actionis est decretum /
Dominaciones vero ordinant prelatos ad
imperandum inferioribus ea per que ob
tineant summum bonum et contraria re
pellenda / In hiis enim tribus consistit
omnis prelacio ordinata scilicet in ordinacione
prelatorum ad subditos per congruam ad
ministracionem / Subditorum ad prelatos per
devotam obedienciam / utrorumque ad adver
sarios per repulsionem viciorum Item / 17
Ad informandam vitam contemplativorum
throni ordinant animam in intuicione
adoracione potencie divine qua ad
deum ineffabilem / throni enim divina
iudicia demonstrant que sunt in
punicionem et penam malorum et salutem
et remuneracionem electorum / et dicitur deus
sedere in thronis quasi exercendo iu
dicia per eos / Apoc 4 / seniores procidebant
ante thronum adorantes eum qui se
debat in throno Item cherubim or
dinant animam in meditacione sive per
cepcione divine veritatis qua ad
deum racionalem / unde Ezechiel / vidit quatuor
animalia que dicuntur cherubim. Et in 2o capitulo
Et ecce manus missa ad me in qua
erat involutus liber etc. / Item sera
phim informant et ordinant animam
per devocionem ad dileccionem summe bonitatis

quo ad sūm contuptissibilem / Cū
seraphim ita anima inflammatur ut
iam tota a se separata liquefacta sit p di
lectionem / Est ergo in seraphim or
do caritatis in cherubim veritatis in
thronis equitatis in dominacionibus ve
neracionis et obediencie / in potestatibus
tuicionis in principatibus regiminis in
virtutibus operacionis in archangelis
illuminacionis sive revelacionis / in
angelis assistencie expectatis / Illud
etiam nota quod in singulis mentibus
tres distinguntur yerarchie et in singul
orum tres ordines iuxta angelicam
disposicionem / Unde dicit dyonisius / Secundum se
ipsum quemque eciam celestis humana mentes
speciales scit et primas et medias et
ultimas ordinaciones et virtutes
secundum quamque yerarchiarum illuminacionem
18 Infima mentis yerarchia consistit
in ipsa eius natura / Media in indus
tria que incomparabiliter excedit naturam
/ Summa in excessu virtutis in infima
operatur sola natura in summa sola
gracia / in media simul operatur indus
19 tria et gracia / Infimus ordo infime yerar
chie qui dicitur angelicus continet primas
et simplices apprehensiones naturales
tam intellectus quam affectus sine aliqua
dictacione comodi vel incomodi / que
tamen angeli nunctiant aliquid animo
simpliciter annunciant / Secundus ordo
20 continet naturales dictaciones apprehen
sorum utrum indicantur comodi vel incomodi
et hoc fit annunciacio principalior
quam prima / et ideo dicitur quasi ordo ar
changelicus / Tercius continet appeti
ciones et fugas apprehensorum secundum
dictaciones comodi vel incomodi
fuga autem est mali et appetitus boni
Et ita iste ordo prebet dominatum in
sensibus medium quod signat nomine princi
21 patus / Quartus ordo qui est infimus
in secunda yerarchia mentis continet
voluntarios motus intellectus et affectus

a libero arbitrio iam acceptos distinguentes
boni et mali cum deliberacione eorum
examinantes dirigentes et ordinantes
mentem quantum est in ipsis per dissimu
lacionem ad appetendum et querendum po
tencie totis viribus affectus et intellectus
summum bonum / et ad repellendum omnia
obstacula / nomine autem potestatum signatur
ordinacionem secundum dyonisium / Quintus 22
qui est medius medie yerarchie con
tinet valida mentis robora virtutum
naturalium et gratuitarum ad extinguendum
fortiter quod apetitibus iste detrahimus et
quod notatur nomine virtutum / Sextus qui 23
summus est in media yerarchia continet
autenticia imperia liberi arbitrii quibus
apices affectus et intellectus tota virtute
sustendunt ad suscipiendum divinos
superadventus quantum possibile est libero
arbitrio adiuto a gracia / Et actus huius
sustencionis et sublimitas notatur nomine
dominacionum in isto autem ordine mens
adhuc sublata extenditur et exercetur ad
radium superiorem usque ad summos nature
sue terminos / Tercia et summa mentis 24
yerarchia tota consistit super industria
prime mentis excessu ubi sola operatur
gracia et non agit natura / Eorum quod omnium
spiritu dei aguntur hii filii dei sunt / Huius
infimus ordo scilicet thronorum expassio sublimibus
summis mentis suscipit supernos dei super
adventus unde thronorum nomine censetur
et quot sunt mentis sinus et capa
citates illius supersubstancialis radii super
simpliciter in essencia et infinite inefficatam
tot sunt throni / Septimus ordo con 25
tinet amicabilem cognicionem intellectus
attractam dignacione divina simul
autem attrahuntur et quasi conambulant
affectus et intellectus usque ad novissimum
terminum intellectus qui est in sublimitate
huius ordinis cherubim / et ibi est finis
cognicionis et sui luminis consummacio
Unde ordo iste cherubim notatur et
describitur plenus oculis / nomine

26 ordo continet principalia in diuinis superi
ria supraintellectuales extensiones et
immissiones feruidas fulgores et
fulgidos feruores ac quorum omnium sublimes
excessus et excedentes sublimitates
intelligencia capi non potest sed sola prin
cipalis affectio deo unibilis / In hoc or
dine assimilantur orantes castissime quibus
deo assimiamus / dicitur iste ordo sponsum
amplexatur et sponsi amplexibus contentus
seculum nescit marie portionem percipit que
non auferetur ab ea / luce x / In illo ordine
27 sponsi et sponse leculus collocatur / de
isto ad inferiores ordines seriatim
fluit diuini luminis inundatio / Et sic ergo
patet quod ponte ordinis racionum angelorum
intra est ordinanda anima sine eciam
uisitantes secundum ordinacionem angelorum
Unde dicitur ezechielis 43 / fili hominis ostende
domui israel templum / Et moysi exo
25 / Et hebr 13 Vide omnia facito secundum
exemplar quod tibi monstratum est in monte
28 Racionem non illius ordinis qua sunt
in sua causa in summa trinitate non potest
homo ponere / Et ideo sic dicitur / in quantum
nos in quod deus / qui dicit / nos / sed
incomparacione ad creaturam potest secundum
triplicem operacionem qua operatur in nobis
Et ideo bene dicitur / ponas rom eius
intra / Unde dicit Bernhardus / deus a
29 mat ut caritas nouit ut ueritas se
det ut equitas dominatur ut maiestas
operatur ut uirtus tuetur ut salus
regit ut principium reuelat ut lux
assistit ut pietas / in quantum amat ut
caritas habet ministros seraphin
quod interpretatur incendium / in quantum no
uit ut ueritas / habet ministros cherubim
quod interpretatur plenitudo sciencie / in quantum se
det ut equitas habet ministros thronos
qui sedes dicuntur / in quantum dominatur ut
maiestas habet dominaciones ministros /
in quantum operatur ut uirtus habet ministros
uirtutes / in quantum tuetur ut salus habet
ministros potestates / in quantum regit ut prin
cipium habet ministros principatus
in quantum reuelat ut lux habet ministros
archangelos / in quantum assistit ut pietas
habet ministros angelos / Et non quod sicut 30
in ecclesia ministrorum triplex est ordinacio
secundum triplicem statum precedens pro mi
nistrum sanctorum angelorum / sic precedit
triplex inordinacio secundum triplicem
statum in ecclesia malignancium pro ministrum
malorum angelorum secundum illud quod dicitur matthei
24 / duo erunt in lecto scilicet contemplacio
nis assumetur scilicet ad gloriam alter relin
quetur scilicet ad penam / Item duo in mola
scilicet actionis / Item in agro duo scilicet pla
cionis / Ita de omni statu uel transfertur
ad locum ubi est supremus ordo / uel ad
locum ubi nullus ordo sed supremus hor
ror inhabitat / Item Angelicum 31
Angelus sicut mundus quaque partita
distinctione est ordinatus scilicet terra
aqua aere igne firmamento et celo
empireo / sic anime in mundo sui cor
poris peregrinanti quaque progressus sui
ad supernam scilicet sensus ymaginacio
racio intellectus intelligencia / Cumque
cum progressibus racionabilitas exercetur
ad supernam / et quatuor affectibus concupis
cibilitas et irascibilitas ad caritatem
cuius istis nouem progressibus instructa
proficiens anima sensu et affectu quasi
quibusdam interius pedibus que sum
latur sui et ambulet usque ad che
rubim et seraphin id est plenitudinem
sciencie et caritatis / habetque anima pro con
cencium uirtutes quarum facultates
sunt pro natura / et hiis progressibus nominibus
et ordinibus congruunt angelorum
Sensus qui primus interius est dic
angelis congruit qui nuncii uocantur
ymaginacio archangelis / odium mundi
uirtutibus / odium sui potestatibus / racio
principibus / amor proximi dominacionibus
intellectus thronis intelligencia che
rubim / amor dei seraphin / Amor

de suppliciis et dolor de peccatis faciunt
contemptum mundi et sui / ut cum meri
tis faciat mirabilia et cum precibus
expellat demonia / Spes de promissis
et gaudium de premiis facit amorem
32 dei et proximi / Et nota secundum Augustinum
quod ab inferioribus ad superiora ascen
dentibus primo occurrit sensus / deinde
ymaginacio postea racio / postea in
tellectus et intelligencia et summa sapiencia
que est deus ipse / Sapiencia super hominis
Anima sensu percipit corpora / ymaginacione
corporum similitudines / racione corporum na
turas / intellectu spiritum creatum / intelligencia
spiritum increatum / Et quando sensus per
cipit ymaginacio representat cogitacio for
mat ingenium investigat racio iudicat
memoria servat intelligencia compre
hendit et ad meditacionem sive contempla
cionem adducit / Sed sicut solem non videt
oculus nisi in lumine solis / sic divinum
lumen non potest intelligencia videre nisi ex
lumine ipsius iuxta illud psalmi / Domine in
lumine tuo videbimus lumen / Item
33 Angelicam videlicet Secundum beatum Gregorium
vocabulum angelorum nomen est officii
non nature / Semper enim spiritus sunt sed non
semper angeli cum per eos aliqua nunciantur
psalmus / Qui facit angelos suos spiritus / Qui
minima nunciant angeli qui summa
archangeli dicuntur / Unde quia summum
omnium nunciavit archangelus missus
dicitur ad Mariam / Quidam autem ad nos
ministracionem veniunt apud nos vocabula
a ministeriis sumunt / Unde dicitur Michael
quis ut deus / Gabriel fortitudo dei /
Raphael medicina dei / Quociens enim
mire virtutis aliquid agitur Micha
el mitti perhibetur ut ex ipso actu et
nomine detur intelligi quia nullus
potest facere que prevalet deus / Unde anti
quus hostis anthacle vincitur dicitur
Apocalipsis xii / ut qui dixerat Ysaie xiv Ero similis
altissimo / Cum Michael quasi vindicat

absit hoc a te nam quis ut deus quasi
dicat nullus / Gabriel vero mittitur
ad Mariam quia per fortitudinem dei
nunciandus erat dominus qui potens in
prelio veniebat ad debellandas aereas
potestates / psalmus Tollite portas principes vestras
et cetera / Quia vero ad curandum Thobiam Ra
phael mittitur iste medicina dei dicitur
Thobie v xi xii / Illud autem noverimus quod 34
cum summi spiritus ad nos veniunt sic exterius
nos implent ministerium ut tamen a con
templacione dei nunquam desistunt / Mit
tuntur ergo et assistunt quia etsi circum
scriptus sit angelus deus tamen incircumscriptus
Angeli itaque intra ipsum missi sunt quia
quolibet missi veniant intra ipsum cur
runt / Hec Gregorius / Virtutes vocantur 35
illi spiritus per quos signa et miracula
frequencius fiunt / Potestates quia hoc po
tencius ceteris in suo ordine perceperunt
quorum potestate refrenantur adverse potestates
ne corda hominum tantum temptare valeant
quantum volunt / Principatus vocantur
qui ipsis bonis spiritibus presunt ceteris
ad explenda divina ministeria principantur
principari enim est existere priorem inter
plures / Dominaciones vocantur qui prin
cipatus transcendunt / Dominari enim est
subiectos quos sibi possidere / Et quia cetera
angelorum agmina eis obediendo subiecta
sunt dominaciones vocantur / Throni dicuntur
qui tanta divinitatis gracia replentur
ut in eis deus sedeat et per eos sua iudi
cia decernat / Throni enim latino eloquio
sedes sonant / Cherubim plenitudo
sciencie dicitur quia tanta perfectione sciencie
pleni sunt quanto dei claritatem vicinius
contemplantur et eo plenius omnia sciunt
quo visioni eius per dignitatis meritum
appropinquant / Seraphim dicuntur ardentes
vel incendentes et quia deo ita coniuncti
sunt ut inter istos et eum nulli alii
spiritus intersint / tanto magis ardent
quanto eum vicinius vident / quorum

f

amor est qua quo subtilius clari
tate divinitatis aspiciunt eius amore
flamescunt Sciendum secundum gregorium
36 quod unusquisque habet unum bonum
angelum sibi ad custodiendum deputa
tum et alium malum ad exercitium Cum
enim omnes angeli boni unum bonum
velint qui iter quod saluti hominum stude
ant / ille tamen qui alicui deputatus
est ad custodiendum eum specialiter hortatur
ad bonum / sicut patet de angelo thobie
et de angelo petri Actuum xii / Similiter
cum mali angeli desiderent malum hominum
magis tamen homine ad malum incitat et
ad nocendum fortius instat ille qui ei
ad eius exercitium deputatus / Si quis
autem dicat quod multis vel pluribus deputari
si non resistimus cum uni homini plurima
custodia deputetur ita videlicet quod interdum
dicatur habere suum dominum vel prelatum vel
episcopum vel regem / Item non secundum gregorium
37 distincte conversationes hominum agimus
ordinibus congruunt angelorum et in eorum
sortem per conversationis similitudinem
deputantur / Cum enim parva capiunt et
ea pie fratribus annunciant in angelorum
numerum currunt / Cum autem summa capiunt
et nunciant inter archangelorum numerum
deputantur / Cum vero mira faciunt et
signa virtutum operantur ad virtutum
sortem migrant / Cum autem de obsessis
corporibus malignos spiritus fugant
virtute orationis et vi accepte potestatis
eos eiciunt potestatum celestium numero
sortiuntur / Cum autem in acceptis virtuti
bus aliorum merita transcendunt et bonis
meliores sunt et melius fratribus prin
cipantur / sortem inter principatuum numerum
acceperunt Cum vero in semetipsis sic vi
ciis omnibus et desideriis dominantur ut
nullus se subiciant ... in do
minationum numerum vere tendunt / Cum
autem dum sibimetipsis ita dominantur
seipsos lucide discernunt divino timori
inherentes ut possint iuste alios iudi
care in mente accipiunt quorum mentibus
dum divina contemplatio presto est in
his velut in thronis suis dominus resi
dens aliorum facta examinat et disponat
Unde sui conditoris sunt throni et
ad superiorum sedium numeros ascribuntur /
per quos dum sancta ecclesia regitur de
suis iudiciis etiam electi iudicentur / Quia
vero cherubim plenitudo scientie dicitur ple
nitudo autem legis est caritas / omnes
qui dei et proximi caritate ceteris amplius
inflammati sunt meritorum suorum sortem
inter numeros cherubim perceperunt / Cum
autem superne contemplationis facibus
sunt accensi in solo sui conditoris desi
derio anhelantes qui nichil mundi nunc
de cupiunt sed solo eternitatis amore
pascuntur / terrena quoque abiciunt cuncta
temporalia mente transcendunt amando
ardenti verbo et exemplo alios accen
dunt cum sic inflammati sunt inter sera
phim numerum sortem sue vocationis ac 38
ceperunt Et nota quod nomina data sunt
angelis non propter se sed propter nos / Cum
enim nota sibi sunt contemplatione vi
motescunt agnominatione / Et nominantur
singuli ordines ab omnibus que quem non
singulariter sed excellenter data sunt in parti
cipatione quia ibi nichil singulariter
possidetur / Quod autem dicitur decimus 39
ordo complendus de hominibus intelligitur
quod de hominibus restaurabitur quod in an
gelis lapsum est de quibus tot commentatur
unde possit fieri decimus ordo propter quod dicit
apostolus colossenses / restaurari omnia in christo
que in celis et que in terris sunt / Quia
per christum redemptum est genus humanum
de quo fit reparatio ruine angelice / tamen
non minus salvaretur homo et si angeli
non cecidissent / non est mixta numerum eorum
qui ceciderunt sed eorum qui permansuri sunt
homines ad beatitudinem admittuntur
Unde gregorius / Superna illa civitas

ex angelis et hominibus constat ad
quam credimus tantum humani generis re-
dictum ascendere quantos illic angelos
contigit remansisse / Unde dicitur ex quo dis-
tinxit deus terminos gentium secundum glosam sic scriptum
est deut 32 Statuit terminos populorum
iuxta numerum angelorum dei

Mundanum / Mundus
90 dicitur a movendo quia semper
est in motu nulla enim requies
concessa est eius elementis ut dicit Ysidorus
li 3 Ethymo / Et ideo mundus quandoque
91 dicitur universitas creaturarum quandoque homo
unde et microcosmus dicitur quasi superior
et dignior pars magni mundi scilicet finaliter
per excellentiam quia principium est in motu
et quia principium mundi et principium est quandoque
nomine mundi significantur amatores mundi
Joh 1 Mundus eum non cognovit id est
mundi amatores / Quandoque mundus dicitur
apparatus mulieris / Hester 2 / Accepit mun-
dum muliebrem / Quandoque dicitur mundus
archetypus / ab archos quod est princeps
et typus figura quasi princeps figurarum
nota archetypus secundum quosdam nichil
aliud est quam divina dispositio vel
ordinatio que fuit ab eterno in mente
divina de creaturis faciendis / Item
92 mundana / Mundus qui universitatem
continet creaturarum cuius partes sunt
celum empyreum infernus / paradysus
terrestris et visibilia celum terra mare
et omnia que sunt opera dei / de quo Joh
1 Mundus per ipsum factus est / Apoc x
Angelus iuravit per viventem in secula
seculorum qui creavit celum et terram et
omnia que in eis sunt terram et omnia
que in ea sunt mare et omnia que in ea
sunt / Hic hic ex celi et terre (?) / Hebr
1 per quem fecit et secula / Item Apostolus
fide intelligimus aptata esse secula verbo
dei / Et subdit ut ex invisibilibus visi-
bilia fierent / ex invisibilibus elementis
simplex / ex ante dicitur opponitur Joh

v / Mundus totus in maligno positus
est / Ex hoc pene omnia que per tempus mun-
dus visus est nobis in supplicium qui
datus nobis fuerat ad servitium sic-
ut dicitur infra ibi / Homo dyaboli (?) ...
tur e ex pene mixtum in hoc mundo 93
est hominibus pax et serenitas mixtum
requies et tranquillitas sed ubique timor
et tremor labor et dolor / omnia namque
dolore miscebitur et extrema gaudii oc-
cupat luctus Prov 14 / Cuncti dies ho-
minis doloribus pleni sunt nec per noctem
mente quiescit / Eccl 2o / Omnia occupatio
magna creata est omnibus hominibus et
iugum grave super filios Adam a die exi-
tus de ventre matris eorum usque in diem
sepulture in matrem omnium / Eccl 40 / omnia
terra est mater omnium et sepultura / Unde
Job 1 Nudus egressus sum de utero
matris mee nudus revertar illuc / Et ideo
sancti desiderant de hoc mundo tamquam de
carcere liberari / Unde Apostolus Rom 7 Infe-
lix ego homo quis me liberabit de corpore mor-
tis huius / Et David Educ de carcere animam
meam / nota mundus est periculosus 94
penuriosus et horrendus / deut 32
Invenit eum in terra deserta in loco hor-
roris et vaste solitudinis / Et econtra 95
patria celestis est locus amenus sple-
ndidus et securus Ys 32 / Sedebit
populus meus in pulchritudine pacis et
in tabernaculis fiducie et in requie o-
pulenta / Item mundana / ex dictis 96
quia creator condidit creaturam ange-
licam et mundanam / Est contra illos qui
dicunt omnia visibilia a dyabolo esse
facta / contra quos dictum est ibi / Unum uni-
versorum principium / Item contra illos qui mun-
dum non a deo sed ab angelis factum dicunt
24 q ult c ult / ex ante decus mun- 97
dum creavit pro condi exemplo et
formulis / Universitas enim est in unum
versum multitudo versa magna questione

vel adunatione universali sub aliquo
sub quo tamquam illa multitudo continetur
sicut multitudo entium colligitur ad
esse vel subesse quo omnia entia conveni
unt omnis multitudo entium universi
tas est / nec contrarietas que est inter
bona et mala dividit universitatem
eius contrarietas venit contraria / necesse est
enim contraria circa idem esse. sic fieri vel
sub uno genere esse. Item sicut uniuntur
aque unitate fontis unde dicitur una esse
aque ex eodem fonte manantes vel per
eundem alveum decurrentes aut ef
fluentes / similiter opera eiusdem artificis
colliguntur ad unum propter unitatem eius
Sic tota multitudo influentium operum
creatoris reducitur ad primum principium qui
dicitur fons universalis emanationis
et operationis / Mundus enim sive cre
98 aturarum universitas est quedam redun
dantia primi et universalis fontis boni
tatis divine / unum opus una fabrica
creatoris unius artificium pulcherrimum
atque mirificum artis sue quo munitur
magnalia potentie sapientie et bonitatis
divine quod universitatem continet spe
cierum et individuorum / Et non quod mundus
non est extra sed intra cum sit omnia con
tinens et ambiens et sicut locus
omnia locata continens / sic et tempus
quod cepit a creatore mundi non habet
ante vel post cum sit omnia tempora continens
intra se tamquam partes suas Item argu
99 endo singulariter / contra illos qui dicunt
plures esse mundos / quod autem unus sit
mundus et non plures ostenditur rationibus
et exemplis / Prima sicut dixerunt alii
philosophi quod mundus est velut domus vel
civitas id est habitatio et coadunatio
omnium / Et sicut quamquam sit multiplex
varietas habitantium in una civitate
non propter hoc dividitur civitas aut populus
ut ipsa sit multe civitates sed multi

populi / Sic et in mundo est coadunatio
creaturarum omnium licet sit multa diver
sitas in conditionibus et officiis inter
creaturas / et quamvis alie sint bone
alie male non propter hoc sunt plures
mundi sed unus tantum Item gubernatio 10
sive regimen est alia causa unitatis
mundi per quam universitas est unum
regnum / Regnum enim unum est conditio
regis unius quantumcumque sit ampla vel
lata / Cum igitur sub uno rege deo et
sub conditione eius tota universitas
est creaturarum et ab eo regitur ex neces
sitate tota universitas sive totum universum
ideo totus mundus regnum unum est et
dominatio eius una / propter quod vocatur
rex et deus seculorum Item talia est causa
unionis sive universitatis mundi / scilicet
hereditaria possessio sive donatio per quam
donationem partes distantes ab invicem
una sunt hereditas una acquisitio una
possessio acquirentis et possidentis /
Manifestum igitur est quod una creatoris
possessio una conditio una dominatio
eius est / quod totum est / id est omne creatum
universum sive mundus unum regnum est
eius quod ipse regit et gubernat
una lege sapientie sue uno dominatis
tissimo voluntatis sue imperio condidit
autem universitatis eius continuate gu
bernationis a summo usque deorsum est
colligatio et connexio qua infima
colligata et subiecta sunt mediis
media vero superioribus illa supremis
suprema vero ipsi uni deo creatori omnium
qui ordinat omnia a summo usque deorsum 11
Et nota quod magis decet creatorem
creasse unum mundum qui simul omnia
continet quam multos parvulos qui
per partes aliqua continent / Item ex
pedit universitati propter colligationes
partium suarum ad invicem et utilitatis
commode sicut divites et potentes

plus voluit edificare unam habi-
tacionem que omnibus suis sufficiat
quam multas parvulas insufficientes.
Item maior est gloria creatoris quod reg-
num eius sit simul et continuum
quam diffusum et magis apparet eius
magnificencia cum apparet totum eius
regnum simul quam si appareret per partes
Et ideo manifestum est quod qui ponunt
multitudinem mundorum gloriam creatoris
supprimunt et abscondunt unde sibi
faciunt iniuriam manifestam. Pro-
12 dicti tamen erronei nituntur errorem
suum rationibus huiusmodi probare cum deus
mundum istum creavit sola gratuita
bonitate sua eadem autem facilitate
potuit creasse multos qua creavit
unum ergo creavit multos cum sit eadem
causa creationis multorum que est unius
scilicet bonitas sua. Item non minuitur
bonitas nec largitas nec facultas
illius ex creatione multorum cur igitur
non creavit multos cum sit ei ita facile
creare multos sicut unum. Item tenet
largitatis nec divitiarum eius sit finis
quo et ipsius effectus erit finis scilicet
donorum et donationum. Mundus autem
iste finitus est quare finita sunt data
et dona ipsius quare et restricta erit
eius largitas in hac parte. Item
si non iuxta largitatem suam quis cum
dignos invenit acceptores non lar-
gitur non est nisi ex diminutione divi-
tiarum sed hoc non habet locum apud deum
unde non iuxta largitatem suam videtur
fuisse largitus si unum tantum mundum
creasset cum largitas et bonitas dei
sint infinite. Patet ergo quod largitus
sit infinitum. Tunc dico quod si creasset
infinitos mundos non convenirent bo-
nitati et largitati divine. Quod autem
non creavit nisi unum non est hoc ex
defectu qui sit apud deum vel ex parte ipsius

sed magis ex parte mundi cum plures
esse non possint ut dictum est supra. Sic
potest dici quod aliquis non potest invitare ad
prandium maiorem hoc non est ex ava-
ricia invitantis vel penuria victua-
lium sed quia talis homo non potest
inveniri qui sit maior ipso. Si queratur 13
qualiter universum sive mundus exivit
a primo principio et qualiter exeunt ab
eo cotidie que creantur generantur aut per
modum alium efficiuntur ab eo. Tunc dico
sicut artificium ab artifice. Dixit enim
et facta sunt mandavit et creata sunt
universa. Dixit non verbo vocali sed spirituali
mandavit imperio spirituali et sic per verbum
sive artem i. sapientiam suam exivit a cre-
atore universa secundum voluntatem liberrimam
et potenciam imperiosissimam creatoris. 14
Et ideo erraverunt qui dixerunt mundum
sive universum exire a creatore sicut
splendorem a sole vel calorem ab igne
et per hoc creatorem nec aliud nec aliter
posse facere quam fecit. Sicut soli non est
in potestate lucem suam nec igni calorem
suum ut per voluntatem suam exeat inde vel
non operatio. Creator autem sic habet 15
bonitatem suam sic potenciam sic sapientiam
ut ea non exeant nisi ad quod voluit
et cum voluit et quo voluit. Et hec
est nobilitas atque sublimitas potestatis
ac libertatis ipsius et hec copiositas eius
et fortitudo creatoris ut quodcumque possit
potest de se solo ex se solum et nichil ab
alio et per aliud alia. Nam totum quod potest
ab ipso est ex ipso. Quod autem quedam 16
non possunt fieri mediante creatore sicut
animalia que ab invicem generantur non
est hoc ex defectu vel diminucione poten-
cie creatoris sed ex quadam elongatione
ab illo et propter hoc minus et debilius
est quod recipiunt ab ipso. Queritur 17
aliquis utrum creator meliores res facere

ff

et creare potuit quam creavit aut sic non
Si potuit creare ergo restrinxit huiusmodi
largitatem Si non potuit ergo finita
fuit eius potencia et bonitas et ita
videtur quod totum se effudit divina lar-
gitas in dando que dedit rebus creatis
cum meliora amplius dare potuit rebus
illis Respondeo quod quantum erat de am-
plitudine et copiositate potencie sue
meliores potuit creare sed ille non erant
receptibiles maioris bonitatis / si enim
fecisset asinum racionalem asinus
non esset asinus / et si culici dedisset
magnitudinem elephantis culex iam
non esset culex Item res talem augmen-
tacionem sustinere non posset / si enim fecis-
set hominem ad magnitudinem solis tota
terra non suffecisset ei ad habitacionem
neque fruges vel fructus ad alimentum
neque lane et lynum ad vestimentum
Et ita de aliis animalibus patet quod non
possent se invicem sustinere / Manifestum
est igitur quod creator sapientissimus cre-
aturas mundi taliter temperavit quod se
invicem paterentur et ab invicem se iuva-
rent / Item dicendum est quod ista questio
esset eadem quantumcumque bona et maxima
creasset creator semper queri posset
cur ea non maiora aut meliora creasset
Et ideo nota quod cum creator crearet
mundum et ea que in eo sunt que non
possent recipere magnitudinem infinitam
providit nature singulorum finitam que
congruit singulis quantitatem Ad
58 idem si opponitur quod homo est raci-
onalis creatura et ideo debuit post
angelum creari et ante mundum racione
dignitatis / Respondeo quod non est homo
pure spiritualis ut angelus sed est com-
positus ex corpore et spiritu / Et ideo racione
composicionis prius debuit fieri spiritualis
creatura et corporalis ac deinde humana
quia partes componentes prius sunt
suo composito

Ac deinde humana.

Primo enim debuit mundus 59
tamquam domus sive habitaculum
fieri et post ad habitandum homo
induci / 32 q 2 Moyses / omnibus enim
creatis atque dispositis factus est homo
tamquam dominus et possessor qui erat orbi
preficiendus Genesis 1 et Hebr 2 / Et non 60
quod primo fecit deus hominem et virum
deinde mulierem / ut per hoc ymago
dei in homine appareret divina sicut deus
omnibus rebus existit principium cre-
acionis ita homo omnibus hominibus
principium generacionis Ideo etiam ex uno
homine omnes esse voluit deus / ut dum
cognoscerent se omnes ab uno esse
se quasi unum amarent / Et nota quod 61
non de qualibet parte corporis sed de
latere viri mulier est formata / ut
ostenderet quod in consorcium dilectionis fiebat
ne forte si fuisset de capite facta viro
ad dominacionem videretur preferenda aut si
de pedibus ad servitutem subicienda
divina igitur nec domina nec ancilla
preparatur viro sed socia nec de capite
nec de pedibus sed de latere fuit facta
ut iuxta se ponendam cognosceret
quam sumptam de suo latere didicisset
In quo etiam opere sacramentum Christi 62
et ecclesie signatum est / divina sicut
mulier de latere viri formata est dor-
mientis ita ecclesia cum sacramentis
que de Christi latere in cruce dormientis
profluxerunt scilicet sanguine et aqua quibus
redimimur a penis et abluimur a peccatis
et constringitur Christo vinculo caritatis
Illud tamen notandum quod femine debent 63
esse subdite viris ut capiti suo 33
q 4 / hec ymago cum caput mulieris /
Ac deinde humana contra illos
qui dicunt animas hominum ab inicio 64
mundi creatas intellectuales creaturas simul

fuisse creatus. Contra hunc errorem
potest obici. Si omnes anime ab initio
create sunt, cum habeant potentiam cognos-
cendi et volendi, eo quod essent rationales,
et non habent eas ociose, quia ociositas
inimica est anime, ergo aut meruerunt
aut demeruerunt. Si meruerunt, ergo de-
bent in bonitate confirmari sicut et an-
geli boni. Si demeruerunt, tunc sunt in
obstinate sicut angeli mali, ergo peccatum
eorum sunt irremissibile sicut et peccatum
malorum angelorum. Item cum cognoscunt
tamen corruptionem et vincunt, tunc
erat eis actuale peccatum aut non; a non
voluntate, et tunc non iuste agetur
cum eis si invite uniuntur corpori eas
maculanti. Ad destruendum hunc
errorem aptari possunt auctoritates et rationes
que sunt contra eos qui ponunt ange-
los apostatas esse in corporibus humanis.
De errore hereticorum contra Tertullianum
et Luciferianum qui dicunt animas
cum corporibus seminari vel cum seminibus
traduci decisione facta ab anima sua
a corpore. Contra quos dicit Adam Genesis 2
hoc nunc os ex ossibus meis et caro
de carne mea. Si ergo esset anima de
anima sicut os de osse et caro de carne
utrumque expressisset. Sed quia non dixit
ex anima viri esse feminam, Adam intelli-
gitur nil aliud putandum quod quod
sicut deum inspiravit in faciem eius
spiraculum vite. Inspirare secundum Augustinum
est flare vel sufflare. Flare non dicit
hic flatum facere, id est animam. Item Ecclesiastes
xii. Antequam revertatur pulvis in
terram suam unde erat et spiritus re-
deat ad deum qui creavit illum. Et Ysaie
lvii. Flatus ego faciam. Preterea cum anima
rationalis immortalis non est corruptibilis
per corporis corruptionem, ergo non est genera-
bilis per eius generationem. Sicut enim se
habet generatio ad generationem sic se habet

corruptio ad corruptionem. Item cum
anima sit simplex non potest esse anima
ab anima per decisionem sicut corpus per
decisionem a corpore. Item potentia creandi
solius est dei, in principio est omnium. Anima
vero rationalis per creationem est, ergo a solo
deo est. Quod autem anima rationalis sit
per creationem patet quia de nichilo ut
dictum est supra. Creare vero est ex nichilo
aliquid facere, quod proprium est solius
dei. Solus ergo deus creator est animarum
ut fides catholica profitetur. Item De 67
errore hereticorum contra Origenianos
qui dicunt animas peccasse in principio
mundi et pro diversitate peccatorum de
celis corruentes ad terram diversa corpora
meruisse, ea quod de causa factum est mundum
istum. Heretici ponunt in corporibus non esse
animas nisi angelos apostatas vel
demones qui in eis includuntur ut a-
gant penitentiam. Et dicunt quod successive
esse possunt in diversis corporibus, ut si
non agant penitentiam in uno corpore agant
in alio. Ad destructionem huius erroris li
Luc. 3. Paleas comburet igne inextinguibili.
Ergo pena erit malorum eterna. Sed de-
mones sunt maxime puniendi, ergo
pena eorum erit eterna, ergo non evacuabitur
per penitentiam. Et Mt. 24. Discedite a me
maledicti in ignem eternum. Et ii Thess. i.
penas dabunt in interitu eternas. Et ii
Pet. ii. Si deus angelis peccantibus
non pepercit etc. Ex quibus patet quod angeli
apostate sive demones vinculis eter-
nis sub caligine reservantur. Quoniam autem
eorum vincula sunt eorum obstinatio et
divine sententie immutabilitas.
Falsitas huius erroris ex hoc patet,
quia ubi sacra scriptura dicit dyabolum
intrasse in hominem constat quod ipse homo
erat prius vivens sentiens intelli-
gens, ut patet in Iuda, Johannis xiii
et Mt. 26. Item cum expellebantur

ff

demonia ab hominibus constat quod re-
manebant homines viventes senti-
entes intelligentes / luc. 8 / ergo erat
aliquid in homine preter demonium quo
vivebant sentiebant discernebant /
hoc autem vocamus animam / Item demo-
nes expulsione ab hominibus sequitur
curatorum mt 8 / Quomodo ergo huiusmodi here-
tici dicunt quod angeli apostate inclusi
sunt in corporibus humanis et agunt
ibi penitentiam / Item error iste destruit
resurrectionem corporum / si enim corpora solum
modo sunt carceres spirituum salvandorum
non est verisimile quod spiritus illi corpora
sua resumant cum beati efficiantur / quia
carceratio enim et glorificatio non sunt simul
in eodem / Item natura non appetit quod
sibi contrarium est / ergo si corpus a
prima institutione pena est spiritus in-
habitantis non debebit spiritus iste naturalem
appetitum ad corpus / ergo separatio cor-
poris non faciet naturalem dolorem in morte
Item omne quod contra naturam per vio-
lenciam detinetur naturaliter appetit liberari
ergo si spiritus illi violenter detinentur in cor-
poribus naturaliter appetunt liberari / ergo
homines in quibus sunt naturaliter appetunt
mori / ergo appetitus mortis naturalis
est homini quod constat esse falsum /
66 dicunt isti heretici quod Christus de istis
animabus loquitur luc. 9 dicens /
filius non venit animas perdere sed
salvare. Item Christum vocat populum
dei mt 1 / ipse salvum faciet populum suum
a peccatis eorum / Item Christum vocat oves
israel / mt 15 / Secundo quod in promissis
antiquis non fit mentio de hiis qui
peccaverunt in celo sed de mundo / nec oportet
autem aliqua ostendi quod per domum israel
intelligatur celum et quod per oves domus
israel intelligantur anime quas dicunt
in celo peccasse. Item omnes ab eius

vero humanitatem esset de omnibus israel
Si dicunt quod sit quomodo ergo vocatur a
Christo canis / Si dicunt quod non, quomodo
ergo salvata est per fidem / Item obi-
ciunt illi heretici Joh 3 nemo ascendit
in celum nisi qui descendit de celo per quod
volunt ostendere quod certo salvandorum des-
cendat de celo / Respondeo quod heretici illi
tamquam falsarii male punctuant
non enim ibi terminatur versus sed ibi
filius hominis qui est in celo / Ille enim
qui erat in celo prius eternaliter infinitus
deus ascendere potuit in humanitate
quam assumpsit filius homo / de istis
erroribus lege 23 q 3 omnium contra
quos infra ibi / de corpore et spiritu / iste 67
ille decimus quintus convenit errori platonis
qui posuit animas creatas esse simul
extra corpora sua et positas in corporibus
et stellis ab initio postmodum desi-
derio corporum et incorporandi illectas et
abstractas descendisse ad corpora. Sunt eo 68
ab huiusmodi erroneis vero anime habi-
tacionem corporum appetunt et susceperunt
sponte aut invite / Si habitatio huiusmodi
sit penalis / Si sponte intollerabilis
fuit stultitia velle de celo descendere
et carcerem intrare tam horrendum
Item aut illis fuit illud desiderium
naturale aut adventicium / si naturale
sed illud processit ex stultitia sua insa-
nia scilicet appetere tam malum / naturalis
ergo fuit eis hec insania et per consequens
naturaliter insipientes et male sunt
anime humane secundum eos / Si autem
desiderium fuit in ipsis adventicium
igitur stellis commorantes decepte sunt
aut stultitia propria vel suggestione a-
liena. quorum utrumque inconveniens
Si vero de stellis electe sunt invite
et in corporibus extruse / Quomodo aliquo
delicto et qua culpa meruerunt hanc

peccaverant. Item quero ab eis, si tamen
erant in corporibus ipsis stellis anime
aut erant in statu felicitatis aut
in statu miserie. Si in statu felicitatis
ergo non fuit illis nec culpabilis con-
cupiscentia qualiter nec desiderium habendi
carcerem tam horrendum. Si autem erant
in statu miserie anime cum erant in
stellis, quero ab eis quare fuit ipsis
miseria hec inflicta. Si dixerint quod pec-
caverunt et propter expianda peccata in cor-
poribus tamquam in carceribus sunt in-
69 truse. Error iste destruitur multis
modis. Primo quia pena quam anime
acute vel ab subito sustinent non
est eis ad expiacionem aut purgacionem.
Secundo quia corpora humana magis
inquinant animas et polluunt quam
purificant. Tercio quia in corporibus
insiste peccant gravioribus peccatis quam
illa sunt que in stellis commiserunt.
Quarto divina creator hec anima si
deus non careret eis corpora ad expiandum
per que pocius inquinarentur. Item
omnes anime virtuose conqueruntur de cor-
poribus suis quia eas stimulant
et alliciunt ad peccandum et propter
hoc contra ea incessanter decertant,
et quanto sanctiores sunt anime tanto
plus conqueruntur de corporibus pro inquina-
mentis que patiuntur de illis. Unde
patet quod non sunt eis corpora ad expi-
acionem. Item anime brutis dedite se-
cuntur concupiscencias corporum propter quod am-
plius inquinantur. quare patet quod nec
bonis nec malis animabus corpora
sunt ad purgacionem per modum istum.
Item humane anime penitus ig-
norant quod in stellis posite peccaverunt
nec de peccatis illis penitent nec a
deo veniam petunt. quare de illis ex-
piacionem non habent quia nulla est ex-
piacio peccati a quo non receditur nec
purificatur anima a peccato quod relinquat.
Item secundum errorem platonis non

sunt novi homines qui nascuntur
nec veri homines, cum id quod est pre-
cipuum in homine scilicet anima non sit
nova secundum ipsum. Item redarguit hu- 10
[?] priscillianos et paterianos qui
substanciam humane carnis factam a dya-
bolo dicunt. Sed contra ysa. 45. Ego
feci terram et hominem super eam creavi;
ego manus mee tetenderunt celos
et omni milicie eorum mandavi. Vide
idem Zachar. xii ubi patet expresse
quod de deo bono loquitur. Item Job x. Ma-
nus tue domine fecerunt me et plas-
maverunt me. Item Mt 19. Qui fecit
hominem ab inicio masculum et feminam
creavit eos. Et similiter Gen. 1o. masculum
et feminam fecit eos. Deus autem nul-
lo appellaret demonem deum sine aliqua
determinacione quia patet quod deus su-
mitur in mala parte. Cum ergo deus fecit 11
corpus et animam patet Luc. xi. qui
fecit quod deforis est etiam fecit illud
quod intus est. Et ita ab eodem est corpus
et anima. Luc. 3 ubi texitur genea-
logia ubi dicitur qui fuit Adam qui
fuit Seth, usque qui fuit dei. Ergo Adam
fuit filius dei. fuit ergo a deo et non
a dyabolo. Ephe. ii. eius enim factura sumus.
Item quod dicit de nichilo condidit 12
naturam spiritualem et corporalem ange-
licam et humanam ut hic dicitur eciam
humanam. Est contra illos qui dicunt deum
creasse animas de sua substancia prohibentes
verbis Gen. ii inspiravit vel insuflavit
in faciem eius. Vel cum flat et inspi-
rat in quo ut homo de se flatum emit-
tit. Sic ergo cum dicitur deus flasse vel
spirasse spiraculum in faciem hominis ex
se spiritum emisisse scilicet hominis dicitur de sua
substancia. Unde deus per ysa. 57 b. etc. omne
flatum ego feci. Unde Augustinus
non sunt audiendi qui putant animam
partem esse dei, si enim hoc esset non a se
nec ab alio posset decipi nec ad ma-
lum faciendum compelli nec inclinari.

nec in ceteris animalibus. afflatus ergo quo
hominem animauit flatus est a deo non
de deo nec de aliqua materia sed de nichilo
exponitur ergo et insufflauit in faciem
eius spiraculum vite i. animam incorpoream
creauit que totum corpus animaret
faciem tamen specialiter expressit. quia
hec pre sensibus ornata est et ad in-
tuenda superiora formata / cetera
animalia deiecit natura ad
pastum solum hominem erexit ad sy-
dera. Item huius erroris destructio
13 ex hoc patet / quia diuina substancia
simplicissima est ut dictum est ibi super
omnino simplex / non habet ergo partes.
Unde si dat deus substanciam suam alicui
dat totam ergo illud esset deus per essenciam
quod dictu est nephandissimum apud sa-
pientissimos / Item si anima est de
diuina substancia ergo non est creatura. nam
animam condidit deus de nichilo ut
dictum est supra / esse non de nichilo. et
esse de deo sunt opposita. Item si anime
sunt de diuina substancia ergo non dif-
ferunt a filio dei vel spiritu sancto / Item si
anime essent partes diuine substancie.
ergo non habuit initium ergo non
sunt facte quod patet esse falsum /
Sicut deus enim fecit quod deforis est i.
corpus fecit quod deintus est i. animam
Quod autem anima non sit pars dei siue de
diuina substancia. patet quia in deo non
habet locum violencia cum sit omnipotens
nec ignorancia cum sit summa sapiencia.
nec malicia cum sit summa bonitas
Et ideo si anima est de diuina substancia
nec violencia nec malicia nec ignorancia
locum habet in ea. Item si diuina sub-
stancia haberet partes aut omnipotencia
ita esset totius quod etiam parcium / Si primo
modo ergo anime que sunt partes diuine
haberent omnipotenciam. Si secundo modo ergo non
remaneret omnipotens in deo quod tot ei partibus
detractis quot sunt anime / non enim

remanet totum ubi tot partes de-
sunt / de premissis erroribus habetur
23 q. 2 § eundem contra quos huius
§ creauit deus hominem ad ymaginem
et similitudinem suam fecit illum. masculum
et feminam creauit eos / Ephe. 2. ipsius
enim sumus factura creati in christo Ihesu
Act. 17 F. ipse dat omnibus vitam et
inspiracionem. Item Eze. 12 / spiritus re-
deat ad deum qui dedit illum / Augustinus
ad petrum scribit crede et non dubites
primos homines bonos creatos et
sine peccato cum libero arbitrio. eos quod non
necessitate sed propria voluntate peccasse quo
peccato mors in omnes homines obtinuit
regnum / De quo est dis. planius / Et nota 14
quod sicut hominis formacio secundum corpus
describitur cum dicitur / formauit deus
hominem de limo terre ita secundum eius esse
anima futura describitur cum dicitur / Et in-
spirauit in faciem eius spiraculum vite
corpus enim de limo terre formauit
deus cui inspirauit animam i. flauit
vel sufflauit secundum aliam literam / non quod flatibus
sufflauit vel quod manibus corporis corpus
formauit / spiritus enim est deus. nec
liniamentis membrorum compositus est
et ideo non carnaliter putemus deum cor-
poreis manibus formasse sed volendo
et iubendo tamquam omnipotens. Mira 15
societas carnis et anime spiritus vite
et limi terre / plenum fuit miraculo ut
tam diuersa et tam diuisa ad inuicem
potuit coniungi / nec tamen minus mirabile
fuit quod deus limo nostro seipsum coniunxit
ut sibi inuicem vnirentur deus et limus
tanta sublimitas et tanta vilitas
nichil enim deo sublimius nichil limo
vilius. Tante autem dignitatis facta
est humana condicio ut nullum bonum
possit ei sufficere preter summum

Quasi communiter
Quam anima racionalis et caro
unus est homo ut in symbolo 16

Continuum / vel convenire media
inter angelicam et mundanam / vel
continuum i. utriusque conforme / Quia est
commune cum angelis intelligere / sentire
cum animalibus / vivere cum arboribus /
esse cum lapidibus / Et ideo omnis crea
ture nomine designatur homo / Marci 16
Etiam dicitur orbis terrarum / Sap. 1.
Spiritus domini replevit orbem terrarum i.
hominem / vel quia est dominus illius /
Unde Gregorius in quarto libro dyalogorum
dicit / homo sicut in medio creatus
est ut esset inferior angelis vel summo
superior infimo / ita habet aliquid quod
convenire cum summo et aliquid cum
infimo / immortalitatem spiritus cum angelis
mortalitatem vero corporis cum iumentis
Et nota quod sicut factus est homo propter
deum ita mundus factus est propter hominem
ut ei serviret / positus est ergo in
medio homo ut ei serviretur et ipse ser
viret ut acciperet utrumque et refunderet
totum ad bonum hominis et quod accepit
impenderet obsequium / ita enim voluit
deus sibi hominem servire ut eo serviente
non deus sed homo serviens iuvaretur
et voluit ut mundus serviret homini
ut homo etiam inde iuvaretur / totum igitur
est bonum hominis et quod factum est propter
ipsum et propter quod factus est ipse / omnia
enim nostra sunt ut ait apostolus prima Cor. 3
aa superiora scilicet ad perfruendum ut deus
trinitas / equalia ad conviviendum ut
angeli qui et si modo sunt superiores
in futuro erunt equales et modo nostri sunt
quia ad usum nostrum sunt sicut res
dominorum dicuntur esse famulorum non domi
nio sed usu ipsi etiam angeli nobis
serviunt dum propter nos in ministerium
mittuntur / nostra etiam sunt ipsa inferiora
quia ad serviendum nobis facta sunt
propter quod homo imposuit eis nomina
Genesis 2 / ut ostenditur quod singulorum
habet notitiam que propter illum creata
erant et ab illo regenda et disponenda

quorum omnium scientiam et prudentiam habuit
ei deus atque omnem reliquit ut eius
subiacerent dominationi et gubernaretur
ratione et scivit illis nomina providere
a quibus reciperet adminiculum / scientiam
scilicet homo peccando non perdidit sicut
nec illam qua cum vitia providet
Et ideo non eruditur homo in huiusmodi per
scripturam scientiam sed de scientia anime
quam peccando amisit / per predictum patet
cur factus est homo / et de quo / et quomodo
et qualis est factus / Item communiter ag
omnia deus rationales spiritus creavit
ut sue beatitudinis eos participes faceret
alios in sua puritate in celo confirmavit
alios propter sua superbiam in infernum pre
cipitavit / atque alios ad plenam humi
litatem et obedientiam in terrena habitatione
terrenis corporibus sociavit / Et ideo cum
homo positus sit in medio bonorum et
malorum considerare debet gaudium bonorum
et supplicium malorum et miseriam suam
supremus locus plenus est letitiam infi
mus i. infernus summa tristitiam
ibi summa felicitas illic summa miseria
in medio non sunt summa speranda et in
summa timenda / ubi tanto amplior est
causa timoris quam spei quanto descensus
est facilior quam ascensus

Ex corpore et spiritu / in quo 19
manifestatur dei potentia que
naturas maxime distantes
coniunxit in unam personam / non compones
corpus ad animam / Quia corpus est quasi
domus anima vero inhabitator eius
quasi presentialiter / corpus quasi fa
brica varietate instrumentorum referta
ubi operationes exercentur / Anima vero
est operator / corpus quasi equus / Anima
vero quasi sessor illius / corpus quasi
vestis anima quasi vestitus / corpus
quasi navis anima quasi rector illius
corpus quasi civitas vel regnum vel
imperium / Anima vero quasi rex vel
imperator / corpus quasi carcer sine

conclusio in quo anima que captiva de
tinetur in statu miserie presentis / corpus
quasi onus grave et sarcina deprimens
animam non que portator illius sed anima
est inhabitator corporis enim preest et ad
ministrat regit vivificat et conservat
Et nota quod corpus dicitur pars hominis
80 quia cadit in ratione hominis in quantum ho
mo sicut equus in ratione equitis in quantum
equitis / ipse etiam operaciones humane
que per corpus fiunt ipsius anime sunt
proprie. Ars enim hominis est in artifice proprie
sicud eciam omnis ars in humana anima
sit / anima humana proprie artifex est omnium
artium humanarum / omnis autem operacio
artis et omne artificium opus est arti
ficis / et ideo omne opus quod ab hominibus
vel per homines fit opus est anime humane
81 Item Ex corpore primo dicitur ex corpore
eciam non ante introducitur anima hu
mana in corpus quam completa fuerit
formacio illius et singulorum membrorum
eiusdem / quantum de ordine et de iusticia
nature / quia accidentali impedimento fit
aliquando quod aliqui nascuntur non completa
perfectione membrorum vel ut manifestetur
gloria dei in eo / sicut de ceco nato / et
hoc ad maiorem gloriam Christi. quem Christus il
luminavit preter nature consuetudinem
apparent homines in uno solo homine
fieri quod in omnibus aliis contigerit
Item Ex corpore / Singulariter / contra
82 pictagoricam et alios qui dicunt quod
anima pluribus corporibus hominum vel
pecudum insinuatur successive / Ad
plenitudinem inducunt per primum 3 / Christus
semel pro peccatis nostris mortuus est iustus
pro iniustis / in quo et hiis qui in carcere erant
inclusi spiritualiter veniens predicavit qui
aliquando expectabant dei pacienciam in diebus
noe in archa in qua pauci scilicet octo
anime fuerunt / propter hanc auctoritatem dicunt
quod noe incredulus fuit et quod postea
Christus ei predicavit / Tenendo quod non
dicit petrus quod Christus in carne veniens
predicavit eis sed in spiritu / quod autem hic
non transeunt de corpore in corpus patet
hebr 9 / Quemadmodum statutum est ho
minibus semel mori post hec autem iudicium
Si autem hoc intelligat hereticus de mor
te spirituali / contra illa mors non est sta
tuta tantum semel ymmo quociens homo
peccat / Jaco 3 In multis offendimus
omnes / luc 18 / Si peccaverit septies in die
remitte ei / non tantum septies sed septuagies
septies / Si autem concedit quod de morte car
nali intelligitur. similiter ergo dicunt quod hic
transeunt de corpore in corpus / contra hunc 83
errorem nota inconveniencia / primo /
quod brutis animalibus erit racio et in
tellectus secundum illos / et per consequens hoc erunt ani
malia racionabilia / homo enim nec est
nec dicitur animal racionale nisi propter
animam racionalem et nullo modo propter corpus
Si igitur anime racionales habitant in cor
poribus brutorum secundum istos. eadem de
causa erunt bruta animalia racionalia
Secundo ab huiusmodi erroneis verum translacio
animarum quam ponunt plato et pictagoras
fiant in corporibus humanis tantum aut
in corporibus aliorum animalium et utrum
in omnibus aut in aliquibus tantum et hic breviter
non / Si dixerint quod in corporibus omnium
animalium / ergo in corporibus muscarum
et pulicum / quod valde est absurdum /
Si dixerint quod in aliquibus tantum similiter in
quibus et ad quid et quare plus in
illis quam in aliis cum constet quod translacio
animarum humanarum in corpora brutorum
quorumcumque nichil habeat utilitatis /
et multum nocivitatis / impossibile enim
est animas corrigi vel emendari in
corporibus brutorum / Item Si translacio
animarum humanarum fit in corpora bru
torum similiter utrum fiat in corpora plantarum
vel lapidum vel metallorum et quare
non racionem ergo quod isti destruunt
unitatem humane speciei / veritas
enim humane speciei est quod vera anima

humana et vero corpori humano sunt possibile enim est esse unum hominem ex anima humana et cuiuscumque alterius bruti vel quocumque alio corpore nisi humano / Et non ex secundum errorem istum nesciretur quis esset verus homo si anime transirent in corpora brutorum animalium vel plantarum et ceterorum

84 Et spiritum singulariter contra errorem illorum qui ponunt non esse unam animam in homine sed tres scilicet vegetabilem sensibilem racionalem / contra quos attende quod si secundum pluralitatem vel diversitatem operacionum debet esse pluralitas animarum esset numerus animarum tam in homine quam in aliis animalibus iuxta numerum virium et operacionum que sunt illis sive ex illis. Anime iuxta numerum quinque sensuum esset quinque in homine / et alie quinque iuxta numerum virium aliarum scilicet sensus communis ymaginativa estimativa racionativa memorativa / et alie tres secundum quod est vivificativa vis formativa et nutritiva / Et in descernunt vis appetitiva digestiva expulsiva. Sunt etiam alie due vires anime humane scilicet irascibilis concupiscibilis / Cum ergo tot sunt vires anime humane de quibus totidem operaciones sunt corporis secundum predictos errores tot essent anime in unoquoque homine / Item secundum errorem istum homo non esset unum animal sed multa animalia congregata iuxta numerum membrorum principalium officialium / Et ita secundum illos / oculus esset unum animal auris aliud et sic de membris aliis per que exercentur alie operaciones de anima

85 te. Sed contra eos attende quod ex una substantia multe sunt operaciones sicut unus et idem homo est scriba et negociator et ut ad unum dicam quot possunt scire artes vel artificia ad tot operaciones potest inveniri / Est ergo

unitas fidei ex / Unitas anima racionalis infunditur corpori formato in utero matris ad vivificandum et regendum corpus cui infunditur / Et anima vegetabilis que erat in embrione desinit esse ociosum enim esset esse illius post adventum anime racionalis sicut adveniente maiore lumine minimum anichilatur / Item Ex

86 spiritum singulariter contra eosdem qui dicunt quod plures sunt anime in unoquoque singulo quolibet homine contra quos Genesis ii formavit deus hominem de lymo terre et inspiravit in faciem eius spiraculum vite / non dicit / spiracula / et factus est homo in animam viventem non dicit animas / Item Zach xii dicit dominus extendens celos et fundans terram et fingens spiritum meum / dicit singulariter spiritum / Anima autem sive spiritum dicimus quod est in homine principium vivendi sentiendi et discernendi / Item Ex corpore

87 et spiritu / Est ergo aliud corpus aliud spiritus quod est contra tertullianistas qui dicunt animam esse corpoream sed immortalem / contra quos attende quod vere de anima sentire non potuit qui auctore ad cuius ymaginem facta est non novit /

88 Tamen sciendum quod corporeum quoque dicitur quod est trina dimensione extensum. et ita tam angeli quam anime incorporei sunt / Quandoque dicitur corporeum quod est circumscriptum non solum dimensione sed virtute. et hoc modo solus deus est

89 incorporeus quia omnino incircumscriptus / Item Ex corpore et spiritu contra illos qui dicunt nichil fieri ex corpore et anima contra quos ibi / Ex anima racionali / Item contra saduceos qui negant spiritum ut dicitur Act xx / contra quos nota quod omnium duorum contrariorum quorum unum sit alio dignius ut sit / Quare si naturaliter invenitur unum corpus immundum et reliquum / Cum igitur multipliciter corporalitas invenitur in mundo naturaliter necesse multiplicitur spiritualitas invenitur

Omnia ut dicit philosophus / Si tanta est mul
titudo corporalium necesse est spiritualium
non esse minora Item si dei prudentia
contenuit ut esset reliquum alioquin vi
deretur non prudentia sed negligentia re
gere si quod vilius est fiet scilicet corpus
et quod est nobilius scilicet spiritus fieri con
tempneret Item in compositione hominis
inveniuntur naturaliter substantia pure spiritualis
et corporalis ideo necesse est ut inveniantur
per se sicut si naturaliter invenitur color
mixtus ab albo et nigro necesse est naturaliter
inveniri colorem per se album et per se ni
grum Item cum negent spiritum detrun
cant mundum nobiliore parte sui nobi
lior enim pars illius est pars spiritualis / Et
ideo ponunt mundum intollerabiliter
imperfectum Item Cum mundus sit regnum
in quo creator dominatur et regnat
plenissime / et spiritus sit potentissima
pars illius. multum detrahit regno et
glorie creatoris qui spiritum negat Item
Sive creator intendit in gloriam suam
sive in rerum utilitatem sive in mundi
perfectionem sive in omnia hec. necesse fuit
ipsum creasse spiritus cum ex hijs sit ei
maior gloria et maior utilitas et per
fectio mundi / Item qualiter est quare
prudentia creatoris perficeret partem mundi
viliorem scilicet corporalem et partem nobi
liorem scilicet spiritualem relinqueret imperfectam
propter hoc ergo huiusmodi patet quod est
spiritus / Sed de hoc plenius infra ibi
Ex anima rationali Item Ex corpore
90 Ex cuius corruptione suffocatur splen
dor spiritus in corpore inclusus. iuxta
illud Sap ix. Corpus quod corrumpitur
aggravat animam / Et imputatur actio
corporis anime que debet corpus rege
re et docere sicut imputatur domino vel magistro
culpa servi vel discipuli / Et eo fortius
imputatur anime quia ipsa vivificat
sustinet et portat omnia membra cor
poris humani et retinet ea in esse alioquin
fluunt et cadunt per corruptionem in non
esse Nota corpus est quod tripliciter 91
est dimensum scilicet quod est longitu
dine latitudinem et profunditate id est gros
siciem / omne vero corpus ex quatuor ele
mentis constat ut dicit Damascenus
Et nota quantumcumque extollatur corpus 92
semper est cadaver miserum et putri
dum et saccus stercoris / Bernardus / Si
diligenter consideres quid per os nares
oculos ceterosque meatus corporis egreditur
vilius sterquilinium non vidisti / Si et
si singulas corporis miserias enumeras
quam sit oneratum peccatis invenies Si
cut prurientis concupiscentie occupatum
passionibus pollutum illusionibus promptum
semper ad malum plenum inimicis ignomi
nia et confusione dignum / Et ideo non
est vivendum secundum corpus sed secundum spiritum
Gal v Item Et spiritum / Spiritus sive 93
anima secundum ysidorum est substantia incorporea
intellectualis rationalis invisibilis immor
talis habens ignotam originem intelle
ctus tremi nisi admixtam / Et nota
quod illa rationalis potentia anime que 94
velle potest et bonum et malum utrumque
discernens dicitur liberum arbitrium quod
bruta animalia non habent quia
ratione carent / habent tamen sensum et
appetitum sensualitatis / Dei autem arbitrium 95
liberum dicitur eius sapientia et omnipotens vo
luntas qua non necessitate sed libera vo
luntate facit quidquid vult Item Et
spiritum / ysidorus in libro de differentiis anima 96
vocatur dum vivificat. spiritus dum
spirat. sensus dum sentit. animus
dum sapit mens dum intelligit. ratio dum
discernit. voluntas dum consentit. memoria
dum recordatur / Et hec omnia est una
anima sed secundum diversas potentias
et secundum diversa exercitia diversa sor
titur vocabula / Et nota quod spiritus 97
hominis est sicut speculum / si respiciat
ad deum celsitudine eius respicit / si ad

mundum vel carnem corruptibilem ipse
respicit essentiam mundi creaturis.
98 Item ex summa Augustini de ecclesiasticis
dogmatibus fidei / Credimus animas hominum
non esse ab initio inter ceteras intellectua-
les naturas nec simul creatas ut
Origenes fingit, neque cum corporibus
in corporibus seminari sicut Luciferiani
et quidam Latinorum affirmant sed corpore
iam formato eas infundi. Item ex
corpore et spiritu / Si queratur quare anima
99 sit corpori unita cum maioris dignitatis
esse videatur si absque corpore permansisset
Triplex potest esse ratio / prima quia
deus voluit / et voluntatis eius non
est querenda causa. quia in voluntate
aut beneplacito creatoris non est causam
extra se sed ipsa est causa omnium aliorum
Secunda ut anime unite corporibus
et in eis deo famulantes maiorem
coronam perpetue mereantur / Tertia ut humana
100 conditio exemplum haberet unionis eterne
que est inter deum et spiritum in quo diligitur
ex toto corde putaret enim creatura se
non posse uniri creatori suo tanta propin-
quitate ut eum tota mente diligeret
et cognosceret nisi videret spiritum qui est
excellentissima creatura tam infime
creature id est carni que de terra est tanta
dilectione uniri nec ab eo voluit separari
quousque cogitur spiritum creatum spiritui increato
ineffabili amore uniri / per exemplo
igitur summe societatis que inter deum
et spiritum rationalem in glorificatione erit
perficienda erat anima corporis vestimen-
tis et terrenis mansionibus copulavit
luteamque materiam fecit ad vite sensum
vegetari / ut sciret homo quia super-
tinet deus tam disparem naturam anime
et corporis in federacionem unionis etiam
animatam tanta quamvis potuit et ra-
tionalis creature humilitate licet
longe inferiorem ad sue glorie partici-
pationem sublimare / Anima ergo per ex-
emplo rationalis spiritus usque ad consor-
tium corporis humiliatus est ne forte
in hoc nimis videretur depressus addi-
dit dei providentia ut postmodum in eodem
corpore glorificato ad consortium illorum qui
in sua perstiterunt puritate sublimaretur
Et quod minus ex dispensatione sui cre-
atoris acceperat conditus postmodum per
gratiam eiusdem acciperet glorificatus / Fecit
itaque deus hominem ex duplici substantia
corpus de terra fingens animam vero de
nichilo faciens 27 q. c. 2 moyses / Si 101
queratur utrum deus fecit hominem in virili
etate aut perficiendo et augendo etates
sicut nunc in matre necesse / Respondet
Augustinus super genesim / etiam quod adam in
virili etate factus est communis secundum su-
periores causas id est secundum voluntatem et
potentiam dei quam nature cuncte non al-
ligavit / sicut virga moysi conversa est
in draconem nec fuit contra naturam
quia natura est quod vult deus / Di-
vina enim potentia et dispositio sive
voluntas est causa omnium principalis
que seminales rationes inseruit secundum
quas alia ex aliis proveniunt ut de
hoc semine tale granum de hac arbore
talis fructus et huiusmodi sicut dicit Augustinus
omnis nature cursus habet naturales
leges secundum quas creator habet apud
se facere posse de omnibus aliud quam habeat
ratio naturalis / sicut quod virga floreat quod
asina Balaam loquatur et huiusmodi / dedit
etiam naturis ut hoc ex eis possit fieri
non ut hoc in motu naturali habeant
Et hee dicuntur cause abscondite in
deo Item ex summa contra hereticos qui 102
dicunt quod anima sive spiritus ade angelus
fuit adeo immediate conditus / Et di-
cunt quod coitu viri et mulieris sicut caro
est ex carne ita spiritus ex spiritu / Et dicunt
quod ex semine angelico scilicet spiritu ade
omnes anime traducte sunt et traduntur

usque in fine seculi per successionem
Ad quod inducitur act 17 / fecitque
ex uno homine omne genus hominum
Exponit glosa / Ex uno ex solo
spiritu ade / Unde quod fantastica est
eius expositio quam nullo sacre scripture
confirmat testimonio / Sed quere ab eo di-
ctico / Si spiritus ade quem dicit venisse
de celo sit de genere hominum / Si non / quare
non est genitus de alio spiritu / quare ergo
non confitetur quod alii spiritus hominum non sunt
de genere hominum sicut et ille / Item exponit
glossa / Si anima non generatur ex alia
sed de novo creatur a deo / cur ergo di-
citur xx / venit filius hominis salvare
facere quod perierat / Hoc non dicitur de
illa anima que non dum perierat / Unde
quod dicitur peccasse in adam non quod tunc
esset sed quia causa quare perierat pre-
cesserat in adam scilicet peccatum sicut de apostolus
rom 5 / omnes in adam peccaverunt / Opponit
glosa / apoc vii / Ex tribu filiorum
israel centum xliiii milia signati / Si
anima non generatur ex anima / ergo
anima non ex tribu sed tantum caro ergo et
corpora tantum erunt signata / Unde quod cum
anima sit in homine et homo de tribu
certe est quod anima sit de tribu / Quidquid
enim est pars partis est pars totius Simili-
ter infine / Ecce locus ubi posuit
eum sed tunc dicit discipulis eius
ref / de uno et eodem christo quodammodo
loquitur / Ecce locus ubi posuerunt eum
hoc dicitur ratione corporis / precedet nos
in galilea / dicitur ratione coniuncti ex corpore
et anima / Similis modus loquendi
est / hic est sepultus talis / Ad idem
gen 22 / Ego sum deus abraham etc
Item adducitur rom 6 / per unum hominem
intravit peccatum in mundum / Item ephesi 2
eramus natura filii ire / ps et in pec-
catis concepit me mater mea / Unde
hominibus sicut primo quod idem simul
peccatum quodammodo recipitur ad invicem

Item obicitur Joh 3 quod natum
est ex carne caro est et quod natum est
ex spiritu spiritus est / Ergo spiritus nascitur ex
spiritu / Unde quod ibi spiritus capitur pro homine
nato ex spiritu sancto scilicet spirituali nativitate
que fit per fidem / Et dicitur spiritus quod spiritui
sancto similis factus est sicut dicitur / 1 cor 6
qui autem adheret deo unus spiritus est non co-
nexione natura sed caritatis copula Item
obicitur gen xlvi / Anime que egresse
sunt de femore iacob / Ergo traducte
sunt per generationem / Unde sicut pars quod pars
sumitur pro toto et econverso et tum generaliter
quod est in propria hec locutio / Quod autem una
anima non possit traduci ab alia ideo est
quia indivisibilis est ut infra patet /
dampnacionem / Traductio autem fit per
decisionem alicuius partis ab alio a quo
traducitur ideoque non potest anima ab anima tra-
duci Item et spiritu / Damascenus anima
est substantia vivens simplex et incorporea
corporalibus oculis secundum propriam naturam
invisibilis immortalis rationalis intellectualis
et infigurabilis organico utens corpore et
huic vite augmentationis et sensus et generationis
causa tributa non aliud habens preter se ipsam
intellectum sed ut partem sui purissimam
Sicut enim est oculus in corpore ita in
anima intellectus arbitrio libera volun-
tativa et operativa omnia facit ex eius
qui eam condidit gratia suscipiens
ex qua esse et naturam suscepit Item
Ex spiritu / et anima non corporis sentit sed 103
anima per corpus quo velut nuncio utitur
ad confirmandum in se ipsa quod extrinsecus
nunciatur / Si ergo anima quod foris est
per corpus tamquam per instrumentum ita etiam
per corpus mala sentit que sine corpore
non sentiret ut famem sitim et huiusmodi
que corpus defectus dum anime non per
corpus sed etiam sine corpore sentit
ut est timor amor dolor et huiusmodi
Et nota quod anima a creatore per fidem est in 109

gnē suo / unde ex quo est sicut omnia
que ab homine sunt pūt nisi corporis
carnis esset ppt quia ptates suas nō
pt exercē donec usu uel expientia
uel doctrina exercetur / Sicut si quis
cū subtili acie oculorum in tenebroso
tenedat corpe nō pt uidē donec assuescat
tenebras uel lumen attendat Item
104 est spm sine anima / Anima spus et aīa
idem sunt in homine sicut dicit Aug'
Sed anima dicit eo qd ad uiuendū a
nimet i. uiuificet / spus eo qd spiret
in corpe uel spirare facit uel quia ē
spūalis nature / Sicut enim apud ho
mines unus et idem homo dux et co
mes est et marchio / et ptas ciuitatis
consul atque senator / Sic una et eadē
anima in unitate et impartibilitate
pmanens simul uis intellectiua et uis
rōnalis et uoluntas sine uis uole
di et eadē mō concupiscibilis et iras
cibilis / Sed p uarietate opacionū quas
efficit diuersis nominibus et potencie
nominatur / sicut unus et idem homo
p uarietate officiorum uariis nominacōibus
nominatur

Constitutam
] Et est hoc contra hereticos qui
ponunt duo principia qui po
nunt differentiam int' aīam et spm /
dicunt enim hōiem dei constare ex corpe
et anima et spu pficienti utrāque / Ecce
flectunt / Tess' in fine / Deus pacis sci
ficet uos p omnia ut integer spus ui
et anima et corpus sine querela in ad
uentu dni seruetur / Item Tres pueri
in fornace dicebant / Benedicite spus
et anime iustorum domino Item Vta
uirgo dicit / Magnificat aīa mea dm / et exult
spus meus / Quibus ex pdicti heretici
errant in duobus / Primo quando istinete di
cunt aliud esse animam et aliud esse
spm cum uitas dicat esse idem / Mat
20 / filius hominis / venit dare animam
sua in redempcōnem p multis / Et eadē
anima dicit spm / Joh 19 / Inclinato
capite emisit spm / Un dr Ephs 4 Qui
tradidit semetipsum / Secundo errant qui
dicunt hōiem dei constare ex tribus sc
corpe anima et spu angelico / Hec enim
in nullo inuenit testamento / Tercio quia
eos errare si inspiciant scripture in quibus
fit mentio de spiritibus quas ipi expo
nunt de angelis / Unde notandū / qd 2
spus aliqn sumitur p spu sancto aliqn
p donis eius / quandoque p spu humano
ut hic / quandoque p spu uitali / animali et
naturali qui est corpus subtile / Dan 3
Benedicite spus et anime iustorum /
quandoque p uento / Act 11 / quandoque adue
nientis spus uehementis / quandoque etiam
p mente humana / pue 19 / Contrm
spm sim pfert stultus / quandoque p uolu
tate / Cor 6 / Qui adheret deo unus
spus est cum eo / quandoque p ira uel uin
dicta / pue i / En pferam uob spm meū
quandoque p splendor spūalis intellectus
qui in datur pphis et cū quo pphetissent
unde xj dr qd cū requieuisset in lxx
uis spus pphetauit / Item Ex corpe
et spu constitutam / Corpus quasi
carcer est anime / Un ps / Educ de
carcē animam meam / Rom 7 / Infelix
ego homo quis me liberabit de corpe
mortis huius / Et ideo qui corpus car
cem putant ipm uigiliis ab sinencys
et laboribus macerant ut spus in
carceratus exeat securius qz exitus eius
sit ad liberacōem / Est 9 / de carcē catheis
qz egreditur quis ad regnum / peccatores 4
uō more insanorum carcerem corporis sui
muniunt et roborant curam carnis in
desideriis facientes nimientes se simp
plenitate tibi et potius uestem sempiternam
uel / Sed dyabolus simpt inimicae habebit
but in ipsi nolunt exire de corpe carcē
quia sciunt se reos esse in exitu suo se
timent se torqueri / Mat 20 / ligatis ma
nibz et pedibus mittite in tenebras

G

Ad idem de pincerna et pistore / Gen
xl. / Item et secundum consuetudinem Gregorius
nazarenus in apologia sua dicit /
Anima pro deteriori colligata est dua
bus de causis / Una ut virtutis pre
mia non ex dono dei tantum fiat sed in
labore conquirat / Alia ut hanc deteri
orem substanciam corporis secum trahat ut
quod deus est anime / anima fiat ipsi
corpori / nam sicut dicit Augustinus quod quod
est in homine proprium et excellens.
imperat ceteris que sunt communia cum bes
tiis. atque ipsum quod excellit in homine
subicitur creatori quod est ipsa veritas eterni
genitus filius dei / neque enim imperare
inferioribus potest nisi superiori serviens sub
iciat / Anima enim sic est creata a deo
ut manens in illo participatione illius
esset beata. aversa vero ab illo quocienscumque
se verteret misera remaneret. Et nota
6 quod omnis anima seipsam cognoscit et
sentit in seipsa. quia quanto se amplius
abstrahit a corpore suo tanto amplius
perficit nobilibus factis atque virtutibus
et quanto amplius se in illud mergit
tanto amplius ab humanis perfectionibus
se elongat / Et hec faciunt ad destruc
tionem erroris qui ponunt animas non esse
Et contra Saduceos qui negant esse
animas / Act. 22 Contra quos nota
A quod qui ponit animam non esse ponit
quod non intelligit nec intelligere
potest / Cum omnis qui negat se esse
vel ponit se non esse nec scit nec intel
ligit quid loquitur. nec quid negat vel
affirmat / Impone ista. cum per animam et secundum
ipsam intelligit quidquid intelligit et scit
quidquid scire vel intelligere dicitur / Ad
eundem nota autem confusionem erroris hominis
tenere ab eo si intelligit vel scit se ne
gare animam humanam esse / et si intelligit
se negare et quid dicit quod non dicit ani
mam humanam esse / et si scit vel intelligit
aliquid / Si innuit quod non / Cum igitur

sit sine intellectu non est disputandum
cum eo sicut nec cum bruto vel insen
sato / Si dixit quod scit / querere de ipso suo
scire vel intelligere quod est aput se vel
in se an sit in eo secundum totum an secundum
partem eius / Si secundum totum tunc necesse est
quod ipse totus intelligat ita quod quelibet
pars eius / et ita digiti articuli et cetere
partes corporis intelligent quod est inconve
niens ad omnes / Si dixit quod secundum partem
eius / queo utrum ista pars sit corporalis an
non et que / non est convenientes assignare
Si dixit quod non pars corporis neque corpus
sed in homine per se et proprie est intelligere
ac scire / Cum ergo non sit corpus
hominis nec pars illius et necesse sit
illud esse substanciam cum non possit esse
accidens quod assit vel absit preter subiecti
corrupcionem. necesse est ipsum esse substanciam
incorruptam. et quod per illud est intelligens
et sciens in homine regitur ipsum corpus
cuius motus et operaciones omnes sunt eius
voluntarie / Manifestum est in homine
esse substanciam incorpoream totius hominis
motus regentem / continentem quia sine
lumine non posset intelligere neque scire 8
Ex quo patet quod racio anime humane
que est substancia vivens incorporea intelli
gens et sciens per se ac proprie totumque
hominem intimus et extimus regens / Cum
ergo totum corpus humanum organizatum
sit hoc est instrumentale cuius cum sit
instrumentum habile ad multas operaci
ones aptum et fabricatum. necesse est
operatorem esse cui naturaliter serviat
cum nullum instrumentum sit operator sed
proprie operatorem qui eo uti debeat / Hic
autem operator est que vocamus anima
humana / Ex quo patet cecitas illorum
qui vident operaciones et instrumentum
per quod fiunt et tamen non credunt esse
operatorem qui utatur illo instrumento
et quo operaciones iste fiant / quia

nullum instrumentum semper utitur nullum
operatur per se ipsum vel semper / nulla igitur
operatio que fit per instrumentum ab ipso
est / Unde patet quod operationes per corpus
humanum habent operatorem et hunc omnes
intelligentes vocant animam humanam
9 Ubi autem huius erroris stultitia fortius
exemplis elucidatur nota quod isti erronei
similes sunt insipientibus qui vident
navem ferri per aquam remo velo et
gubernaculo bene disposito / et vident
quod tuetur navem a periculis piratarum et
aliorum et tamen negant ibi guberna
torem qui regit navem / Item similes
sunt illis cum cum vident corpus hu
manum bene moveri et tueri sibi a per
niciis casu et respiratione et omnibus
lesionibus et ipsi negant servatorem et
rectorem eiusdem corporis / Item similes
sunt illis qui cum vident domum bene
dispositam utensilibus et copiis victu
alium consertam et multam familiam
ibi pasci et nutriri tamen negant patrem
familias domui illi preesse / Certum est
autem quod in domo corporis singula membra
pascuntur tamquam familia a quali preposito
prefecto seu patrefamilias id est anima
Supellex non varia coquendis prandiis
quam cibariis deputata sunt intestina
et bona equalitate et proportionabiliter
alimenta membris distribuuntur ita ut
nullum membrum plus minus percipiat debi
10 ta portione / Item nota quod error iste
ab omnibus artificiis impugnatur /
Quis enim videns varia instrumenta
non statim cogitat ipsorum operatorem esse
facta / Quis videns cytharam non cogi
tat de cytharizando / quis audiens
eius concentum esse negat illius in
strumenti operatorem / Et attende quod in
omni corpore humano sive alterius anima
lis solum est quod principaliter imperat
anima non alia serviunt / de instrumentis
non dubium est quod omnis operatio instrumenti

per modum quo est instrumentum servi
tium est utentis eo ac operantis per ipsum
nisi enim sunt instrumenta nisi propter opera
tores / Item cuius est instrumentum
eius est usus instrumenti / Usus autem
instrumenti non est nisi operatio que
per illud efficitur / Manifestum est quod et
totum corpus humanum et singula
eius membra instrumenta sunt anime
humane / Quia igitur predictis erroneis
manifeste sunt operationes humane
seu animales nec esse habent et quod sunt anime
constitit / Ut autem magis appareat
natura et nobilitas anime humane /
Attende quod anima humana similitu 11
dinem habet regni bene ordinati et civi
tatis bene constitute / Anima mea est
voluntas tamquam rex vel imperator
et vis rationalis vel intellectiva sicut con
siliarius illius / Virtutes vero inferiores
scilicet irascibilis concupiscibilis que sunt
excitative motus sunt sicut ministri
quorum officium est iussa exequi volun
tatis super eas regnantis et imperantis
Sensus vero omnes sicut nuntii et
discursores foris huc illacque abeuntes
et forinseca quecumque apprehenderint
renunciantes / Laudabiliter igitur regnum 12
illud administratur et regitur cum ratio
recte consulit voluntas eius consilio
imperat et ministri inferiores iussa solummodo
exequuntur nichil sibi contra imperantis
dominium usurpantes sed eius imperium
exequentes sensus nuntii sunt vere
mendaces et fallaces / Credendum est
huiusmodi consiliario et huiusmodi regi et
imperatori ab eorum mendaciis ne contra
veritatem eis credant / Cum autem per 13
contrarium se habet regnum huiusmodi scilicet ut
consiliarius iste perversa consulat
ut rex iste vel imperator ductis servus
non imperat sed potius servat ita ut
ipsi potestate sua imperarent et hoc rex

G

iste sustineat. et que imperant fieri co-
senciat. tunc regnum istud datum est
in manus servorum vilissimorum et ne-
quissimorum. et rex ipse miserabili servi-
tuti subditus est eisdem. civitas igitur regis
huiusmodi totum est subversum cum nec
iudicium nec iusticia ibi fiat. Et attende
19 quod similitudo ista suavitate nobilitatis
continet et unitatem et suam naturalem
et ipsi hoc tamen amplectenda cum morum
compositio naturam dirigat perficiat
et exornat. Illud autem nondum quod vo-
luntas sive virtus volendi similia
est divine virtuti quia volenti impio
facit quod facit sicut creator dixit et
facta sunt. Item assimilatur creatori in
libertate quia nec prohiberi potest ab opera-
tione sua prima et immediata ac propria
que est velle. neque cogi ad eam invita
sive violentari. Ad habendam
nota M intellectualem visionem anime et cog-
nicionem manifestam attende quod color
et figura ceteraque corporales disposicio-
nes sensibilium accidentium varietates
non abscondunt tibi quecumque ex eis
subsunt sed potius indicant et revelant
notaque tibi faciunt et ostendunt.
Et cum ista clare intueris maligno
dicis corpus clare intueri et perfecte cog-
noscere et discernere ipsum distinguere ab
aliis. Cum igitur proporcionabiles sint
similes quod per omnia sensibiles dispo-
siciones ad faciendam indubitatam
certitudinem claram quod visione spectatorum
suorum visionem inquam sensibilem omni-
modo intuenti plenamque illam cognoscenti
ad intelligibiles disposiciones et ad
faciendam visionem intellectualem indu-
bitatamque certitudinem visionisque sub-
iecti sui intelligibiliter intuenti et ipsa
plene ac clare cognoscenti. Nichil
autem intueris clarius cognoscis
quam melius quam intelligibiles disposi-
ciones anime tue. que sunt sciencie
dubitaciones opiniones gaudia tris-
ticie timores et fiducie. et ideo omnes
affectiones ire et invidie odia et cetere
huiusmodi passiones sunt. que omnia modo
cunt revelant et notum faciunt sub-
iectum suum. necesse est ut intuenti hec
faciant claram visionem intellectualem
plenamque noticiam de subiecto cuius sunt
quod tenent indicant et ostendunt. Tu
igitur intueris hec omnia circa animam
tuam vel in anima tua vides animam tuam
visione clarissima sed intellectuali.
Sicut vides aliquem visibilem sensu
corporali cum intueris in eo vel circa ipsum
omnes sensibiles disposiciones perfecti-
cum nec minus clare videas intelligibi-
les disposiciones anime tue visione
intellectuali sive spirituali quam sensibiles
disposiciones circa aliquem sive in ipso
nec magis indicant aliquem per sensum
quam ista tibi animam tuam per intellectum.
Item corporaliter vides aliquem vel videre
te illum cognoscis nisi quia vides
sensibiles disposiciones in ipso que
illum tibi visibilem faciunt intuenti.
Cum igitur non videas animam tuam visione
intellectuali cum videas omnes intelligibiles
disposiciones que illam tibi per modum
istum visibilem faciunt et ostendunt.
Item longe magis note sunt tibi per
notate disposiciones anime tue quam dis-
posiciones sensibiles alterius que
oculis corporalibus intueris quia ille non
sunt note nisi per signa et impressiones
quas faciunt in sensibus. ista autem non
ita sunt ipsa presencia veritatis. omnis autem
res magis nota est cum per semetipsam
cognoscitur quam per signum vel ymaginem
suam. Unde longe certius cognoscis
cognicione intellectuali animam tuam
per disposiciones intellectuales quam aliquem
alium cognicione sensibili per disposiciones

sensibiles / Item actu[um] sensibiliu[m]
circumstancia est velut vestis sube
sensualis corporis · ipsamq[ue] animam i
duunt illam subtum ne visus illius
ipsa videri debeat / Sicut ergo no[n] sit
visio sp[irit]ualium actu[um] seu disposico[num]
anime humane visio ipsius no[n] dicet[ur]
Item si videas regem vel aliu[m] mag
natu[m] sub vestibus et insignijs que
ipsius dignitatem ostendunt vel aliqua
alia p[er]sonam sub veste militis quanto
plura et certiora essent huiusmodi insignia
tanto eam tibi clarius esse ostensam
seu visam dices / Sive igitur vices
sive deformes videas disposiciones
anime tue sp[irit]uales s[cilicet] vicia et p[e]cc[at]a
sive nobiles ac sublimes quales sunt
sapiencia et virtutes · quanto plures et ma
iores vis[i]bilibus eor[um] indicijs tanto clarius
te vider[e] ipsam animam tua[m] indicabis /
Item homines illos plene nos nosse
dicimus quor[um] mores plene cognoscim[us]
Cum igitur mores anime tue sive boni
sint sive mali plenissime ac certissime
noti sint tibi neque habes indicare
ac confiteri a[n]i[m]am tuam esse tibi plenius
sive notam / Maior enim ac verior
et certior est cognicio hominis hoi[ni]
de sp[irit]ualibus disposicionibus anime sue
q[ua]m circumstancijs alterius / Et ideo incompa
rabiliter minor hominibus homini est cogni
cio de anima sua q[ua]m possit esse eidem
cognicio sensibilis circumstancijs alterius
hominis / Et ideo nullus homo ignorare
potest animam suam cum tot et tanta talia
16 de ipsa cognoscat Contra errores
de origine anime attende quod non est
possibile animam humanam generari ab
anima vel ab animabus · vel a corpore vel
a corporibus neque de compositis ex utrisque
et iterum nec de homine nec de femina
nec de ambobus simul / vel sicut quidam
errones posuerunt quod anima de anima
generatur sicut homo de homine / et quod

anima filii de anima patris generatur sicut
lumen de lumine vel ignis ab igne · illa
destructionem huius erroris queque si a[n]i[m]a
filii generatur ab anima patris cur non
similiter ab anima matris / Sicut enim
pater dicitur genitor sic et mater genitrix
Quod si dixit quia solum corporis dicitur
genitrix quero quid minus operatur in
generacione anime q[ua]m pater / Si dixit quod
ab animabus ambor[um] generatur anima
filii quero quid est hec generacio ut quod
sit cum utriusque semen dum inanimatum
maneat non vivens anima / Igitur non
generatur nisi corpus eiusdem speciei
quod et ipsum nomine generacionis ostendit
Generare non est nisi generis sui
edere / Ex homine non nisi homo generatur
nec ex equo nisi equus · Item Anima
non humana non est corpus et ideo im
possibile est quod corpore anima generetur
vel de corporibus Item Si dixit quod de
anima corporis patris generatur a[n]i[m]a filii
et pater transfundit partem anime sue in
a[n]i[m]am filii / Contra Enim anima huma
na secundum essenciam suam simplex est
et impartibilis · ideo non potest dividi in
animas filior[um] Item inconveniens
est si dixit de anima matris / Destruc
tis predictis erroribus attende quod si 17
des catholica tenet quod anima humana
non est nisi per creacionem et propter hoc non
habet causam efficientem nisi solum
benignissimum creatorem a quo est
omne esse / Sicut si benignus esset tam
fons aquarum bonum non esse inveniret
sua guttam aque que ab illo non
emanasset / Sic cum creator sit benignus
fons essendi solus non est invenire ec
grande vel parvum quod non defluxit
ab eo / Cause ante alie sunt sicut nervi
deferentes nostra bona vel munera
a causa prima ad causata recipien
cia illa / Unde non sunt agende gracie

G

p(ro) miraculis ea describimus. Sed
mittenti ipsi deo / Et ideo ecclesia sancta
laudabiliter dicit deo gratias Et gloria
tibi domine. sermonem dirigens ad
creatorem et innuens q(uod) de mirificen-
tia operum eius soli sibi sunt gratie
referende / p(er) predicta destruitur error
Alexandri qui de natura et origine
anime humane dicit eam omnium et
esse ex contemperancia elementorum
18 Si queratur quare creator optimus
ac sapientissimus tam ineptum tam
q(uam) nocivum instrumentum vite corporis
humanum aptaverit vel dedit / Corpora
namque ceterorum animalium animas cor-
porum neque avertunt a rectitudine legum natur-
alium nec pervertunt eas in contrarium
neque obtenebrant eas aut prohibent
eas a cognicione corum que sibi sunt
salubrima vel noxia nec prohibent
illas ab operacionibus que sibi necessarie sunt
qui statim ut nata sunt illa exer-
centur duce solo lumine nature sive
naturalis cognicionis / Homines
vero soli adeo obtenebrati nascuntur
ut neque de alimento curent sed nec
ambulare nec aliquid operari possunt vel
sciunt donec per instructores et nutrices
paulatim ad terminos vite sue necessaria
erudiantur / Cetera vero animalia mox
ut nata sunt vel ad papillas matrum vel
ad alia alimenta sponte currunt
vel volant et cum arte vel artificio vi-
vendi et lege sibi congruentibus
pascuntur / Homo non solum cum perversi-
tatibus multis (anima enim debet virtu-
incedere super pedes manibus pro pedibus
utitur sive abutitur et in carbones
ardentes et gladios se precipitat / Illud
autem secundum quod deus fecit homines
primos perfectos in corpore et anima per-
fectionibus naturalibus et corpora et membra
obedientissima animabus suis / Et
status iste animarum regalis erat et

imperialis nullius iniustitie conscium
habens vel occasionem eius ante
malum huiusmodi est iustum est quod
delinquentes puniri delinquentem in eo
in quo delinquit / Et manifestum est
q(uod) primi homines contra regalitatem
sive imperiositatem rebellione deliquerunt
et eciam quantum in eis est minuerunt
ut patet Genesis ij et iij / Consequens est
lege iustitie ut in ipsa sua regalitate
sive imperio hoc ipsum quod creatori suo
intulerunt paterentur / Ideo iure iustissimo
eis inflictum est ut corpora et membra
sua debitam naturaliter obedientiam non 19
exhiberent Attende autem q(uod) nulla
maior obedientia invenitur q(uam) que
est naturalis corporis ad animam suam et
membrorum eius / nec minor debet esse
hominum ad creatorem Et ideo iustissima
pena puniti sunt pro prevaricatione
in diminucione obedientie naturalis que
sibi a membris suis et corpore debebatur
Ex quibus patet q(uod) peccato primorum parentum
inflicta est hec rebellio atque perversi-
tas in corporibus eorundem et ab illis
in posteros derivata tamquam semen
sive seminarium sive alia radix vi-
ciorum et inordinatarum passionum
et tamquam egritudo et vicium naturale
et proprium quod dicitur originale contra
quod creator sacramentum instituit
spirituale de qua agitur infra ibi / Sa- 20
cramentum non baptismum manifestum
est igitur ex predictis q(uod) ex peccato primorum
parentum est miseria et perversitas eg-
tudinis et velud ebrietatis et
captivitatis servitutis et tenebro-
sitatis et innumere infirmitatis quibus
anima humana a parte corporis leditur
deprimitur captivatur debilitatur in-
ebriatur obtenebratur et infirmatur
/ Sed predicta miseria tollitur per gratiam
spiritualem quantum ad reatum. manet

tamen continuum ad aeternum. Cum anima
humana non possit esse sine miseriis in
corpore quamdiu durat pro corruptio-
ne et passibilitate corporum quia necesse est animam
passionibus et lesionibus corporis compati
sicut patet in vulneribus et infir-
mitatibus corporis quibus affligitur anima
et cruciatur propter coniunctionem corporis
depressa corruptione originali licet
21 autem miseria tenebrositatis quam con-
trahitur ex originali corruptione in-
pediat animam humanam a cognitione
immortalitatis sue tamen multum admirat
scientes inde negotiari. Cum omnis
anima que cognoscat corpus suum
sibi esse carcerem et vincula et per con-
sequens cognoscit mortem corporis sui
liberationem suam esse a carcere et vinculis
ut dicit propheta laqueus contritus est
et nos liberati sumus. Item cognoscit
corpus suum esse onus et sarcinam
depressionis cognoscit mortem esse
depositionem corporis tamquam sarcine de-
primentis et oneris aggravantis
ac totius corruptionis vite huius.
Et ideo animalibus ista cognoscentibus
mors est in desiderio antequam veniat
et in gaudio quando venit. Et nota
22 quod anima est fons inundans
vitam aptam vivificandis corporibus
pro stabilitate corporis sibi associati.
Et hec emanatio vite est ab ipso
creatore et est naturalis tamquam per
modum fluentis influens in corpus
receptibile ipsius. Ita quod non est ei
liberum influere vel non influere nec est
in potestate non influere illam re-
dundantiam sed ex necessitate vitam in-
fluit sicut ignis calorem et sicut
sol splendorem. Et ideo preter omnem
voluntatem et absque ulla fallacia
influit vel operatur illam et naturalis
copiositas anime non arescit nec
deficit defectu et destructione subita
ingenio est sicut nec calor ignis

deficit nisi deficiat subitum illius
vel ignis essentia destruatur. Et hoc
est quia essentia eius continuissima
est et non separabilis a radice seu
fonte ex quo est ei calor. Item
de corpore et spiritu. Si queratur utrum
anima sit in corpore an potius corpus 23
in anima et an conveniat eam
esse potius in una parte corporis
quam in alia et an in aliquibus potentiis
an equaliter in omnibus. Attende
quod Plato posuit eam esse in capite
propter ornatum omnium sensuum qui vigent
in capite et instrumenta sua habent
in eodem scilicet oculos aures nares os
et alia. Aristoteles dixit eam esse in
corde quia compresso corde ad motum
cessat omnis sensus et motus in
corpore. Crisippus dixit eam esse in
medio sui corporis sicut araneam in
medio tele sue. Doctrina nostra contrarium
ponit animam esse non in una parte
corporis tantum sed in omnibus in quibus
sentit admonitus vel motibus convictus
nec intrat per modum aliquem in esse
huiusmodi partibus sed in primitiva creatione
sic corpori coniungitur et datur omnibus partibus
huiusmodi. Quod patet exemplo regis
qui preficitur alicui regno. Ex hoc enim
rex preficitur unicuique civitati castro
ac domini aliisque partibus regni. Et
hec similitudo est conveniens cum
anima humana sicut rex talis rector
totius corporis sui tamquam regni tale civi-
tatis fit. Et nota quod omnipotens crea- 24
tor dat anime humane virtutem
propriam essentialem sive naturalem
in totum corpus et in partes eius unde
anima est imperium naturale super cor-
pus et membra illius cui necesse habet
obedire naturaliter per posse et viribus suis
taliter autem est inobedientia subditorum
ad reges suos et principes in reg-
nis et potestatibus hominum. Nam cum sit
tamen voluntaria voluntate sua sine

iusta siue peruersa incidunt ab huiusmodi obedientia recedunt subditi et ita amissam obedientiam uoluntariam subditi remanent sicut ceti homines potestate regia destituti. Illud autem
27 notandum quod sicut in primo principio sue creacionis anima toti corpori et membris singulis infunditur. sic et resurrectione ad corpus resuscitatum simul toti corpori et membris singulis redditur et ipsa sibi / Et sicut creator dat et infundit se mensure quod est receptibile ipsius. Sic anima humana in corpus receptibile illius dat se ac intrat et diffundit se in illud non diffusione diuisionis ac dispersionis qua diuiditur per partes sed diffusione integra siue totalitatis / Et sicut incarnatus unumquodque esse requirit presentiam ipsius creatoris. Sic in membris ac partibus corporis que uiuificantur ab anima unumquodque esse requirit presentiam ipsius que principaliter et per se coniungitur toti corpori secundario autem et ex consequenti omnibus partium ipsius.

21 **Dyabolus nomen** angelus
Dyabolus est angelus per superbiam separatus a deo / Dyabolus secundum quosdam non speciale nomen est sed commune. Nam quotcumque enim opera dyaboli quis facit sine dubio dyabolus est / Corpus enim nomen est non nature. Dyabolus grece et hebraice interpretatur quasi deorsum fluens uel ruens nam qui quietus in celo stare contempsit superbie pondere deorsum corruit / Etiam uocatur accusator coram electis innocentiam criminibus fictis accusat. Unde Apocalipsis xii / proiectus est accusator fratrum nostrorum / Item secundum quosdam dicitur criminator / Item hebraice dicitur sathan id est aduersarius / Et belial id est apostata uel preuaricator et absque iugo

dicitur etiam leuiathan id est additamentum eorum quibus parentibus gloriam se addere spopondit / Genesis iii / uel dicitur a dya quod est duo et bolus morsellus. quia quasi duos bolos facit de corpore et anima. Ecclesiastici 2 / Quasi in mpsillos bis acuta. Omnis iniquitas bis acuta dicitur quia interficit corpus et animam ¶ Nota quod
28 dyabolus propter diuersas proprietates diuersis animalium nominibus appellatur. Scilicet nominibus uolucrum propter superbiam et elacionem / nominibus bestiarum propter uiolentiam et oppressionem / nominibus reptilium propter astutiam et deceptionem / nominibus piscium propter luxuriam et effusionem / Hiis enim quatuor modis dyabolus maxime temptat et superat. Unde enim dicitur Job xl / Numquid illudes ei quasi aui / Luce 8 Uolucres celi comederunt illud / Item dicitur behemoth id est belua / Job xl / Ecce behemoth quem feci tecum / Item dicitur leo prima Petri v / Aduersarius uester dyabolus tamquam leo rugiens circuit querens quem deuoret / Demones etiam dicuntur bestie psalmus / Ne tradas bestiis animas confitentes tibi / Item dicitur serpens Genesis 3 / Item coluber Job xxvi / Obstetricante manu eductus est coluber tortuosus / Etiam dicitur draco / psalmus / Draco iste quem formasti ad illudendum ei / Item super aspidem et basiliscum ambulabis et conculcabis leonem et draconem / Item dicitur piscis Ysaie xxvii Occidet dominus cetum qui est in mari / Et in figura Thobie vi / Unde Zacharie 3 Stabat sathan a dextris eius ut ad
29 uersaretur ei / dyabolus hic est lucifer Ysaie xiiii / Et princeps Tyri / Ezechielis 28 / Et draco cuius cauda trahebat terciam partem stellarum celi id est angelorum Apocalipsis 12 / Angeli enim dicuntur stelle quia fulgent ut stelle celi / Draco dicitur trahere cauda id est deceptionibus quibus celantur uitia sicut cauda turpia occultat /

Item hic est draco magnus serpens
antiquus qui vocatur dyabolus et
sathanas qui seducit universum orbem
de quo Apoc 20 et 22 / Item hic est
ille dyabolus qui temptavit dominum
ihesum in deserto / Mt 4 / Unde in greco
dicitur est teuthamos i. contrarius christo
qui sonat / Apoc xiii cuius numerus est
ducentorum sexaginta sex / T in greco enim
ccc sonat scilicet / N quinquaginta / E
trecentos / M quadraginta / O septua
ginta / S ducentos / qui simul iuncti
efficiunt quingentos centum lxvi.
Item idem numerus latine sonat diclux
D sonat quingentos / I unum / C centum
L quinquaginta / V quinque / X decem
qui simul iuncti efficiunt quingentos
centum sexaginta sex / dyabolus autem
dicitur diclux quia cum sit tenebre et
princeps tenebrarum se dicit lucem
et transfigurat se in angelum lucis
2 Cor 3 / huius autem numeri minor pars sexcen
genti deficiunt decem li quingentis sexa
ginta nove i. prelatis quibus commissa
est ecclesia i. ecclesia / sex Job i. quingentorum
cuiuslibet horum ordinum accipiet
perfectum premium in futuro quod notat
senarius qui numerus est perfectus / quibus
ordinibus dyabolus qui dicitur diclux
semper contrarius invenitur / hic est accu
30 sator fratrum Apoc xii / nota accusa
tiones dyabolice non sunt clamoribus
vocalibus sed cogitationibus et desideriis
malignitatis i. malignorum spirituum
31 Spirituales enim substantie non loquuntur
per se nisi spiritualiter / Spirituales vero
locutiones cogitationes sunt vel
desideria / Unde patet quod non est necesse
accusatores istos localiter appropinquare
ad pronuncias accusationes huiusmodi
iudicibus suis tribunis cum cogita
tiones neque per appropinquationem localem
magis iudicantur neque per elongationem
contrarium minus / ubicumque enim sunt
vel sint iste accusationes equaliter
audiuntur ab huiusmodi iudicibus suis
ab ipso creatore deo suo.

Et alii demones

Decima dyabolus principatum 32
tenet inter demones / Unde di(citur)
princeps huius mundi Joh 12 / Et rex
super omnes filios superbie Job 41 / Et
Apoc 9 / Recte dicitur dyabolus et alii
demones sicut si dicitur rex et alii prin
cipes / dicuntur ergo alii ratione prelationis
non ratione nature sive conditionis
cum omnes sint eiusdem nature / ac potest
dici quod lucifer antonomastice dyabolus
dicitur / et alii dyaboli ab eo appellantur
sicut a christo christiani / Nota / de lucifero dicitur
quod sit religatus ab eo tempore quo
temptavit christum in deserto vel in pas
sione eius quando victus est a christo. Iste
etiam dicitur primum hominem tempta
sse et vicisse et ideo presumpsit christum
temptare / sed victus ab eo religatus
est in infernum non solvendus usque ad
adventum antichristi / Apoc 20 / Alii
dicunt quod ex quo cecidit pro sui peccati
magnitudine ibi sit demersus.
Demon interpretatur peritus al(ias) sci 33
ens / Greci demones i. peritos dicunt
Demones dicti sunt quia prima sug
gestione dyaboli decepti sunt de con
sortio bonorum angelorum et suggestionibus
suis decipiunt homines a consortio bonorum
Unde demon dicitur a demo demis
non Apuleius quidam philosophus dicit
quod demonia sunt genere animalia cor
pore aerea animo passiva mente
rationabilia tempore perpetua / Iste fuit
platonicus et erravit manifeste si
intellexit quod naturaliter et essentialiter de
mones essent tales / Demones 34
triplici vigent acumine subtilitate
quasi divinitate experientia et superiorum

reuelatione qua demones demoni
bus incognita nuntiant 2a q 3
secundum / Et aliqui idem nefandi
penis que ipsi actiui sunt quasi di
uinando predicant / Et aliqui volunt
aliquid bonum fieri quod deus precepit
sed non bona intencione et ideo non
bene unde non merentur iste dyabolus
35 et alii demones contra Iulianistas
qui animas peccatorum hominum post mor
tem in demones uerti putant

A deo creatum contra Ceci
lianos qui dicunt non facere
36 mala contra illud quod scriptum est
ysa 45 Ego dominus creans malum iste
Amos 3 non est malum in ciuitate
quod deus non faciet malum scilicet pene
quae mala est malis sed a deo quia
iustum est ut mali puniantur et ideo
bonum / Omnia sicut dicit augustinus in En
chiridion / malum bene ordinatum in
suo loco positum eminentius bona
commendat ut magis placeant et lau
dabiliora fiant dum comparantur malis
malo enim existente accrescat bono pul
critudo quanta ut comparatione oppositi
mali pulcherius elucescat / Item dicit
augustinus / non permittit deus mala fieri
in republica nisi ut bonum eliciat
ex eo / deus enim malis voluntatibus
utitur bene permittit namque temptatores
sanctis / duo autem possunt reddi raciones
37 quare deus permittit mala fieri / bo
norum scilicet pulcritudo et maior utilitas
nam sicut ii thimo 2 In magna
domo sunt vasa non solum aurea
et argentea sed et lignea et fictilia
/ per vasa aurea et argentea signantur
boni per lignea et fictilia mali que
ad hoc valent ut purgentur aurea
et argentea / Sic mali prosunt ad
purgacionem et profectum bonorum / Item

a deo quando non creati sunt boni contra 38
florianos qui dicunt deum creasse
mala / contra hoc quod scriptum est Genesis
I vidit deus cuncta que fecerat et
erant valde bona / Et Ioh i omnia
per ipsum facta sunt scilicet bona / Sed non
peccatum quod est nichil / quia sine ipso factum
est nichil i. peccatum / Similiter unde cum
dicitur / deus mortem non fecit i. illud
quo mors infligitur i. peccatum / Et
sic non est contra Eccl xi mors et vita
a deo sunt / cum pena mortis inflicta
est a deo / Gen 2 / Et bona et mala a
deo sunt / Eccl xi / Et sic dicit Augustinus
singula fecit deus bona sed in simul
omnia valde bona / optima ergo est rerum
universitas secundum quod possibile est quamvis
quelibet res non sit in genere suo optima
/ Unde Genesis i ad singula dicitur Et uidit
deus cuncta que fecerat et erant valde
bona / Item a deo creati sunt contra 39
illos qui dyabolum non esse creatum
sed deo coeternum dicunt / contra quos
Damascenus / deus perfectus est et indefi
ciens secundum bonitatem et secundum sapientiam
et secundum virtutem sine principio infinitus
eternus incircumscriptibilis et simplex per
omnia perfectus / Ergo potentia ipsius non
habet defectum nec ad nichilum impossibile
ergo nichil est quod subsit illi potencie
ergo dominium illius universale est et
nichil est exceptum ab eius iurisdictione
Ergo si dyabolus uel aliud malum
habet potestatem aliquam potestas ipsa est dei
potencie subiecta / Rom xiii non est
potestas nisi a deo / Et ideo xpistus dedit dis
cipulis suis potestatem super omnem potes
tatem inimici Luc x / non ergo est dyabolus
principium mali nec eternum nec a se sed
natura eius a bono principio est et ab
institucione prima bona sed a corruptione
voluntatis est in eo malicia

Natura creati sunt

90 Corruptio est naturaliter posti
or generatione. ergo potentia
corrumpendi posterior potentia generandi
Quae est enim proportio actus ad actum
eadem est potentiae ad potentiam. ergo
destructivum boni naturaliter posterius est
principio boni. ergo boni et mali
non sunt principia coaequaeva. ergo
nec deus et dyabolus. Eodem modo
perfectum prius est imperfecto et completum
diminuto et sufficiens indigenti.
91 Item natura creati sunt boni. Quia
ut dicit Augustinus natura inquantum natura
est bona est. sed quia in ea bonum mi
nui et augeri potest. minutum mala dicitur
iniquitas bonum eius minuitur. Item Augustinus
Deus naturarum est creator peccatorum
non iustissimus ordinator peccantes
enim suppliciis ordinat. Cuius autem naturae
sunt demones et an futura praescire va
leant vel quot modis prophetant supra
libro 26 q. 3 Sciendum. Quod autem dyabolus
et alii demones adeo creati sunt boni
patet Ezech. 28. Tu signaculum similitudinis
et infra a die conditionis tuae. Job 16.
Leviathan ipse principium operacionis est dei
Item Eccli 39 spiritus qui ad vin
dictam creati sunt et in furore suo confir
maverunt tormenta sua et in tempore
consummationis effundent virtutem furoris
eius qui fecit eos. Job 40. Ecce vehe
moth quem feci tecum fenum ut bos
comedet. ipse est principium viarum
dei qui fecit eum. Item Ysa. 14. Quomodo
cecidisti de celo lucifer qui mane ori
ebaris.
92 Culpa demonum praecipue prodiit
ex sibi sine gratia requiret perficere
quam nondum acceperant. cum per liberum
arbitrium quod habebant potuerunt stare
cum nichil eos impelleret ad casum
sed sua propria voluntate declinaverunt
quod nisi fecissent quod datum fuit
aliis et ipsi habuissent. Bone etiam
patet quod natura creati sunt boni Quia
cum creator eorum sit summe bonus non
fuit auctor mali et ideo totum bonum
quod est ab illo
93 In legenda Benedicte
morum dicitur quod deus creavit angelos
de luce dyabolus non de flamma. Contra
quod nota quod angeli priores sunt in
ordine creationis et ordine naturae et
dignitate et propinquitate ad creatorem
priores igitur sunt omnibus corporalibus
lux autem et flamma corporalia sunt vel
corpora. quare priores sunt angeli et de
mones quam sit lux vel flamma. non
est igitur materia eorum lux vel flamma

Boni

94 demones natura cre
ati sunt boni contra illos
qui dicunt angelos qui cecidi
erunt creatos esse malos et non libero
arbitrio in maliciam cecidisse sed in
malicia factos esse. Addunt nec aliquam
fuisse moram inter creationem et lapsum
sed ab initio apostatasse. Ad quod
probandum inducunt Johannem viii. Ille homi
cida erat ab initio et in veritate
non stetit. Item Job xl. hoc est initium
figmenti dei quod fecit deus ut illu
datur ei ab angelis eius. Item Ps.
draco iste quem formasti ad illudendum
ei. Unde secundum Augustinum homicida
erat ab initio id est statim post initium
quando dixit Ero similis altissimo. Ysa.
14. Et ipse seipsum occidit per peccatum. et
ita fuit homicida. Quia ipse homo
dicitur Augustinus xiiii de civitate dei. Et in veritate non
stetit. post initium enim apostotavit
Et ideo dicitur non stetisse quia non per
stiterat. Stare enim et statio et status
moram innuunt et quietem. Vel potest
dici quod ab initio fuit homicida id est ex
quo homo conditus fuit quem seducendo

G

cecidit / quia ut | Cum autem non sint tec
atus naturaliter malus per hoc patet quod
dicitur cecidisse / ys 14 cum sanctus esset
bonus · alioquin a quo caderet / Item iniu
ustum esset si deus quos creaverat
sine peccato dampnaret / Ad sequentia
respondet beatus augustinus quod initium
figmenti non naturam significat · sed
quia cum sciret futurum esse malum ut
bonis noceret eum illuc creavit ut bonis
prodesset · hoc autem fecit ut illuderetur ei
illuditur ei cum sanctis proficit temptatio
eius / Ipse autem dicitur initium figmenti
quia precedit antiquitate et principatu
malitie / Licet autem illusio sit angelis
et hominibus malis per angelos et homines
sanctos / Eodem modo respondetur ad illud quod
dicitur in ps / Draco iste quem formasti
ad illudendum ei / A bonis enim hominibus
96 illuditur dyabolo licet merito sue pravi
tatis indocorum esse expositus ad hoc quod
illudatur ei / Illuditur ei multipliciter
hominum sanctorum · Cum tenentes illum in servitute
ipsius aut resistentes eius temptati
onibus ut fugiat ab eis iacobus 4 Resistite
dyabolo et fugiet a vobis / Deiectiones
etiam depredationes spoliationes defuga
tiones et eiectiones peccatorum de fauctibus
et de ventre illius quas boni homines
de ipso faciunt ut possint de facili
explicari illi sciunt qui in se et aliis
victorias huiusmodi sunt experti / Illud autem
est dyabolo magna occasio illusionis
quia cum vellet esse super omnem creaturam
deiectus est ab aula celesti in carcerem
inferni ys 14 Eze xxviii

Sed ipsi per se ipsos de
mones ceciderunt a naturali
bonitate et facti sunt mali
per abusum et privationem debiti usus
intuitu suarum naturalium quod volunt

quod non erat decens ipsos habere · et
a quo debuerunt abstinere hoc est equari
altissimo et superari sine recedere ab eo
cui debuerunt adherere per intuitum intellec
tuum quod ipse est luminosissima veritas
et per concupiscibilem intuitum quod ipse est
summissima bonitas / et per irascibilem
intuitum quod ipse solus est glorie honorabi
litas / peccatum etiam illorum sunt superbia
a superbiendo super id quod erant vel
quod habuerunt in bonis suis naturalibus
Et alio respectu sunt avaritia in cupi
endo vel rapiendo alienum / Et sic
97 patet quod initium omnis peccati superbia
fuit Eccl x / Thob 4 Et quod avaritia est
radix omnium malorum prima thymotheum v / Item
Sed ipsi post facti sunt mali Et ideo
non debent restaurari quia sicut ce
ciderunt nullo alio nocente ut caderent
ita non alio adiuvante surgere debuerunt
quod est eis impossibile / quia cum liberum
arbitrium sit libera voluntas sine fa
cultas inclinandi ad bonum / Hanc ha
buerunt demones ante peccatum / tamen de
pressa est modo corrupta et lesa · ita
quod non possunt surgere ad bonum ut bene
velint / Item ipsi per se

Facti sunt mali per se 98
id est per liberum arbitrium / quod inveniretur
tibi / donec inventa est iniqui
tas in te Ezechielis / Ad idem 23 dis
tinctione cum eius / Et est contra illos qui dyabolum
naturaliter et essencialiter dicunt esse
malum / contra quos sunt ea que se
quuntur / facti sunt mali / ys 14 / Quomodo 99
cecidisti de celo lucifer / Item Ascendam
in celum id est ad equalitatem dei et ero
similis altissimo id est per equalitatem
potentie / Item luce x / Videbam sathanam
sicut fulgur de celo cadentem / Apoc
xii / factum est prelium in celo / ii petri ii
Si deus angelis non pepercit / Iude a

40 Angelos qui nō seruauerunt / Demas
Amisse nature cū angelis demones
existentes mali facti sunt voluntarie
ex bono ad malū declinantes nec
habent potestatem aduersus aliquem nisi
a deo dispensante concedatur / sicut
in Job · xli / Et in proverbiis ait d/ hec d
permissione non dei facta fortitudine
sunt et insimulantur et tussificantur
inquantumque volunt figuram sine ymagine
gine / Et futura quidem neque angeli
neque demones nouerunt · tamen predicunt
angeli quidem eis deo reuelante et predi
ce valente a iubente / vnde quamque
dicunt fiunt / demones autem predicunt
quedam ea que longe fiunt videntes
quedam vero coniecientes verum et multum
mentiuntur quibus non oportet credere. Et
si multociens vera dixerint / nouerunt
ante sacras scripturas committere quidem
scilicet homini concessi sunt violencia aut
aliam inficere non preualent · nec sub
stancialiter intrant corda hominum sed per
effectum malicie / de quibus pelli dicuntur
in noce non sunt innobis ante e
suscepere corporis emissionem / Preterea dyablo
ac demonibus eius paratus est ignis
inextinguibilis et hiis qui sequuntur
eos / oportet ante scire quia quod est
hominibus mors hoc est angelis casus
post casum enim non est eis penitentia sicut
nec hominibus post mortem / Item
41 per se facti sunt mali / per se hoc est per
liberum arbitrium tamen non potuit iustificari
sine gratia contra errorem pelagij qui
dicit liberum arbitrium sufficere ad iusti
ficacionem sine gratia dei contra quem attende
quod impossibile est homini suis viribus
eripi de potestate dyaboli / Job xli / Potestas
est ut nullum timeret et non est potestas
42 sub celo que illi valeat comparari / non
ergo liberum arbitrium vel natura humana
maxima cum sit pondere mortalitatis

obruta seruitute corrupcionis ob
pressa laqueis concupiscencie irretita con
suetudine infecta · et quasi sub aggere
suorum malorum operum sepulta difficulta
tibus inextricabilibus vndique circumclusa
et quasi inmurata tenebris quoque obscura
ta cum in oculo intellectus sit ei peccatum per
cogitacionem non aliud sinens cogitare
et in oculo affectus non sinens admare
Attende ergo quam grauiter sit lesus 43
homo qui quasi de celo intrans et de
manu dei in manus dyaboli cecidit
per peccatum / qualiter ergo poterit per se surge
re sine gracia dei / Sicut enim exaltatur
celi a terra sic exaltate sunt vie mee a
vijs vestris dicit dominus / Ysa lv / vnde optime
separat et diuidit peccatum inter nos et deum
assenciat super pelagius altitudinem
celi a terra liberum arbitrium vel naturam
humanam quod est impossibile cum nulla natura
creata possit aliquem per modum effectionis licet
possit per modum defectionis vel recepcionis
nata est enim anima humana recipere
graciam et gloriam / sed non sibi vel alij ea
efficere vel largiri / sed nec vires suas
sibi recuperare vel confortare postquam si lese
sunt vel debilitate · vel mundare cum di
merse sunt infectibus infernalibus
viciorum nec per se potest resurgere cum cecidit
nec reuiuiscere cum mortui sunt per peccatum
non est igitur potestatis liberi arbitrij vel
nature humane conuerti ad deum ex
toto corde / Johannis vj / nemo venit ad
me nisi pater meus traxerit illum / Sed
non violencia aut necessitate sed amore
sui aut presidio / Jacobi j omne datum optimum
et omne donum perfectum desursum est descendens
a patre luminum / Jacobi j / Et ideo clamat ecclesia 44
celesti magisterio erudita / Conuerte nos
deus salutaris noster / Et vtilet clamare
incessanter si posset ex libertate sui ar
bitrij sibi dari sicut dicunt pelagiani

qui destruunt orationes quas facit
ecclesia pro fidelibus ut convertantur ad
deum vel pro fidelibus ut augeatur
eis fides et perveniant in ea / dicentes
eam non adeo sed aspirans homines hoc
accipiunt et secundum sua merita ab im
45 pietatibus liberantur. Contra quos non
est homo conari potest et debet ad conver
sionem suam. Sicut egrotus pressus
infirmitate levare se non potest / conatur
non tamen petit ab astantibus adiuvari et
etiam rogat ut levent eum. Etiam quisque
nimium / propter hoc quia unum est hic
propter conatum meum clamat deus / convertimini
ad me Joel ii / propter illud non quod deus
addit auxilium et consilium adiuvamine
ad infirmitatem meam et ad supplendum
defectus meos clamat ecclesia converte
nos deus salutaris noster Et psalmus
19 / Et convertens convertar ad te / Etiam
ecclesia utrumque iungit et clamat ad
dominum Ieremie 31 / Converte me domine et
convertar / Cum igitur convertimur conatu
in nobis est facientes dicimus / opi
manum tuam porriges dextera / Et
deus tenens manum meam deducit
nos de virtute in virtutem ut tandem
suscipiet nos in gloria cum videbitur
deus deorum in Syon / Confundantur
ergo pelagiani qui magnitudinem
divine gratie non agnoscunt nec
lesiones suas nec defectus sentiunt
nec curationis difficultatem attendunt
dum credunt se posse iustificari
sine dei gratia in libero arbitrio vel
nature / Unde nota sicut terra rigatur
pluvia ut fructum faciat / ita terra
mentis nostre scilicet liberi arbitrii infunditur
gratia ut bonum velit secundum quod dicitur
gratia operans / et adiuvat ut bonum
faciat secundum quod dicitur gratia cooperans
que dicitur mutua cum voluntate

hominis infirma sanat et adiuvat
ut se habeat virtuose / iste mali 46
requiratur unde venit illud malum
Unde sicut dicit Anshelmus in libro
de lapsu dyaboli / convenit unde ve
nit malum / Unde nichil nec accedit
nec recedit / Secundo dicto unde illi
sunt querat unde venit malicia in 47
malis angelis cum malicia nichil sit
sicut enim silentium nichil est nisi pri
vatio et absencia motus ubi est aptum
esse / Et sicut cecitas privatio et ab
sencia visus ubi potest esse de natura
Et sicut dicuntur tenebre videri ubi non
percipitur lux ubi apta est esse / et si
lentium dicitur audiri quia non percipitur
sonus loquele alicuius sic iniusticia
vel malicia improprie dicitur esse vel agere
Unde cum dicitur quod iniusticia facit rapi
nam et cecitas facit cadere cecum in
foveam / non ideo dicitur quod iniusticia vel
cecitas proprie aliquid faciat sed per accidens /
quia si iusticia esset in voluntate et
visus in oculo nec rapina fieret nec
casus in foveam / Sicut dicitur quod absencia
gubernaculi impellit navem in scopulos
et absencia freni facit equum discurrere
Sicut enim gubernaculo regitur navis
et equus freno sic iusticia gubernatur
voluntas hominis et recto visu / ista et
malicia vel iniusticia non est nisi pri
vatio vel absencia bonitatis vel
iusticie ubi esse debet / improprie ergo
dicitur esse iniusticia vel malicia scilicet quia
iusticia vel bonitas non est ubi esse
debet / Unde ergo habetur quod prima
malicia venit in illis angelis qui
voluerunt quod debuerunt ex potestate liberi arbi
trii / Si autem dicit quod ipsa potestas a deo 48
bona erat nichilominus mali in ipsa
fuerat. Secundo ergo ex ea malum /
Unde [illegible] tacitum est potestas sine
[illegible] contrariorum ut visus et nigr

et sic de aliis sensibus / Similiter
eadem est potencia boni et mali
una eodem oculo potest quis et bene
et male uti / et eadem lux prodest et
obest / eadem lingwa benedicimus
et maledicimus / Similiter eadem liberi
arbitrii potestate et bene et male illi
59 angeli potuerunt uti / Sap xi quod illud
ante nondum / quod mali potest dici ipsa
malicia / sicut album dicitur species co
loris / Et sic malum sonat inequalitatem
dicitur etiam malum ipsa pena et sic so
nat in passibilitate / dicitur etiam malum
actus malus et sic sonat maccione

omo non suggestione

60 contra origenianos qui dicunt
animas in principio mundi
peccasse / 29 q 1 eandem / contra quos
dictum est supra ibi / Generanda / Sugge
61 stio est persuasio alicuius facto vel
signo vel verbo ut iste eum sit ad con
sensum peccati inclinetur / Suggestio di
cit submissio subministracio indicacio
suasio vel consultacio latenter ma
li et propria causa decipiendi al nocendi
62 illi cui fit / Accipitur tamen quandoque in
bono / Sed hic dicitur dyaboli sugge
stione / per quam falsum suasit dyabolus
tamen viro · etenim homini nocere non
poterat per violenciam dolo usus est quem
vi supplantare non poterat / et ne repel
leretur cognitus non venit in sua
specie · sed ne sic occultaretur quod non
posset caueri ab homine permissus est
in tali venire specie qua posset eius
malicia de facile deprehendi / et ideo
venit non in columbe specie sed ser
pentis / non est permissus dyabolus
nisi per serpente temptare ut per id quod
foris aspectat temptantis latens
astucia vitaretur / Serpens dicitur
est callidior cunctis animantibus terre
non rationali anima sed spiritu dyaboli
repletus · nec rationalis factus est
nec verba intelligebat · sed sic lo
quebatur dyabolus per serpentem sicut
loquitur per energuminos vel phrena
ticos vel phitonicos / et sicut locu
tus est angelus per asinam ad Balaa
mum 22 / Boni enim et mali angeli
quo ad hoc similiter operantur / Et non 63
modum suggestionis / non sunt ausus
dyabolus in verba suggestionis pro
rumpere metuens deprehendi / nec viros
primo aggreditur que plus nouit
racione vigere · sed naturam humanam
in parte qua videbatur debilior hoc est
in femina primo aggressus est ut si
praualeret temptaret audacius fortiorem
primo ergo solitariam feminam requisivit
quasi nesciens · ut ex visione col
ligeret astuciam predicandi / Cur etc quid
precepit / Gen 3 / deus enim dixerat /
quacumque hora comederitis ex eo mor
te moriemini / Mulier respondit / ne forte
moriemur / Serpens subiunxit / nequaquam
moriemini / Deus affirmavit / mulier
dubitavit / dyabolus negavit / non
ut suggestio dyaboli citius recipere
duo promisit / Similitudinem dei et
scientiam boni et mali · In quo tribus
modis temptavit · scilicet gula cum dicit
In quacumque die comederitis · Inanis glo
ria in promissione deitatis cum dicit Eritis
sicut dii · Avaricia in promissione sci
encie cum dicit Scientes bonum et malum
Gula est immoderata cibi aviditas · In
anis gloria est amor proprie excellencie
Avaricia est immoderata habendi cu
piditas que non est tantum pecunie sed
etiam altitudinis et sciencie cum am
bigitur sublimitas supra modum
Mulier igitur non contempta suggestione
serpentis aspexit lignum pulcrum visu

et ad uescendum suaue nec credens
se posse inde mori. forte putans aliam
significationis causa deum ita dixisse
mandauerat et dedit viro suo. forsan
cum aliqua suasione quam scriptura
intelligenda reliquit. nec forte fuit
suadere necesse cum non uideret illam mor-
tuam isto cibo. Et nota sicut preceptum
64 dei per virum uenit ad mulierem. ita
dyaboli temptatio per mulierem uenit
ad virum. Et sicut precessit in primis
parentibus. sic ad temptationem homines
dyabolus nunc procedit. Repellit autem
dyabolum homo si paradysum mentis
bene custodit. Et ideo nota quod quasi
serpens est suggestio. quasi mulier de-
lectatio. vir ratio vel consensus. nam
in temptatione fit primo suggestio vel
per cogitationem sive per sensus corporis vi-
dendo audiendo tangendo gustando ol-
fiendo. Cum suggestio tamquam serpentis
astucia excluditur. si delectatio non recipitur
ad peccandum. Si autem delectatio quasi
mulier suasione recipit offert homini
quasi viro. cum resistit viriliter motus
delectationis refrenans non labitur in
peccatum ac vincendo salubriter coronatur.
Si autem ratio consenciat mox a beata
vita tamquam de paradyso expellitur homo
miser. Et ideo consideret statim mente
a quo cecidit. statum glorie quem habebat
si stetisset. statum miserie in quem venit
statim pene ad quem tendit nisi redigit
65 penitendo. Item dyaboli suggestione.
dyabolus sic malum ingerit machina-
tur. argute loquitur. artificiose suggerit. calli-
de decipit. illicitos motus inflat. venena-
tas cogitationes inflammat. mo-
uet bella. nutrit odia. desidia carnis
instigat. peccandi occasiones parat
et mille nocendi artibus corda hominum
pulsat. Hic laculo uno nos cedit et
cingulo pro minimis uinclis ligat. Cum

facit quod caro que data est in adiutorium
fiat in scandalum et ruinam. Item
dyaboli suggestione. Dicit Augustinus quod 66
prima conditio hominis fuit posse
non mori. cum postea pena peccati contigit
non posse non mori. restat in illa fe-
licitate eterna. non posse mori. primo
homini liberum arbitrium datum est. posse
non peccare. sed beatius illud erit quod
tale erit non posse peccare. Homo qui 67
factus erat iustus et ad hoc iudicio fu-
endo esset beatus et ideo non esset deo co-
nemens ut ipsum faceret miserum. Ipsum
autem faceret illum si faceret mori. Et ideo
patet quod si non peccasset non moreretur
homo qui factus est ad hoc quod summum bonum
super omnia diligeret et fruendo summo
bono i. deo esset beatus. Cum si in obedientia
perfecisset post quos diffinitum a deo ad
illud summum bonum quod illi erat paratum
medio transferetur in consorcia angelorum.

Peccauit. Et ideo fuit 68
morti addictus. Quod ergo dicitur
est contra illos qui dicunt quod
sive Adam peccasset sive non moreretur.
moreretur non peccati merito sed necessitate
nature. Cum error est dampnatus. de
quo dist. q. placuit. non excusatur homo
plene a peccato quia consilio alterius fe-
cit. quia cum haberet a quo discederet
non dedit operam et diligentiam ad
discedendum. 26 dist. q. ult. Et tamen
quia incitatorem habuit ad malum ex
hoc occasionem habuit ad peccandum
ideo per dei gratiam ad ueniam potuit ad
iuuari. ut qui per alium cecidit per alium
erigetur. Et sic dicunt ne tota humana
natura periret quia peccauerat tota non
et inde ruina angelica suppletur.
Secus est in natura angelica que
tota corruit per peccatum. Item peccauit 69
scilicet suggestione dyaboli. Quia homo
nulla vi coactus sed sola suasione

sponte se lun[?]ti permisit a dyabolo
contra voluntate et honorem dei
ideo ad hoc ut homo reconciliaretur deo
dignum fuit ut homo honoraret deum
vincendo dyabolum suo sponte restitu
endo deo quod sibi abstulerat ut quod que
perdidit deus per hominem recuperaret
per hominem / Sed quia fieri non poterat
per purum hominem / factus est dei filius ho
ut infra patebit ibi / factus e[st] verus ho
10 Item peccavit omnes enim fuit
peccatum primorum parentum dicit Augustinus
xiiii libro de Civitate dei capitulo de paradyso
tanto maior inobediencia fuit quanto
illud quod preceptum est nullius diffi
cultatis fuit / ibi enim magna contra
inobediencie posita ut res acceptore
facilius imperata custodiret / quis enim
satis explicet quantum mali sit non obe
dire rei tam facili et tante potestatis imperio
et tanto terrente supplicio / Attende
quam grave fuit primum peccatum inobe
diencie primorum parentum licet fuerit fa
cile precavere / Et nota quod in uno pre
cepto in pluribus facta fuit homini prohi
bitione inobediencia ne pretextu multitu
dinis posset ab homine excusari Item
11 peccavit / Omnia omnia que ad usum
vite accepit ad usum culpe homo
convertit / iustum est ut qui peccavit in
omnibus omnibus puniatur / Omnia
per que peccat quis per hec et torquetur
Sap xi / Et ideo undique sibi mala im
minent undique bella undique temp
tamenta undique pericula consumunt et
infestant hominem cottidie inquietant / quia
fames et sitis frigus et calor lang
wor et dolor et ad ultimum mors homi
nem perimunt / Omnes enim declinave
runt semetipsos et messis frigus estus
estas et yemps nox et dies non requi
12 escunt quousque / Item est quod contra
hominem mundus caro demonia diversa
movent prelia / caro suggerit mollia
mundus vana / dyabolus amara /
Caro quia lutosa lutosas suggerit
voluptates de cibo et potu luxuria
et lascivijs / et similibus ad curam car
nis pertinentibus / Mundus de ambi
tione iactancia et vanitate / dyabolus
de tristicia ira invidia et blasphemia
creatoris / Si resistimus hostes superamus
angelos letificamus / deus qui nos
hortatur ut pugnemus adiuvat ut
vincamus certantes expectat defici
entes sublevat vincentes coronat
Item homo dyaboli suggestione
peccavit / per quod peccatum ut dicit Augustinus 13
quatuor sunt inflicta infirmitas igno
rancia malicia concupiscentia / Et Bernhardus
cum homo non dei precepto sed suggest
ione dyaboli acquievit lapsus est
in miserijs et casibus innumeris Et
ideo quia se ab amore celestium e
longavit in amore et occupacione
terrestrium est submersus unde est quod
vanitas illum ubique capit curiositas
abducit cupiditas allicit voluptas
seducit luxuria polluit torquet in
vidia inflat superbia turbat iracundia
cruciat tristicia / et quia unum deum qui
ei sufficere poterat dimisit per multa per
multa dispergitur et nil invenit quod
ei sufficiat donec redeat ad deum / Et quia
imperanti deo non fuit obediens et sub
ditus sibiipsi factus est contrarius et re
bellis nec se sibi potuit subiugari nisi
deo fuit subiectus / Et quia per fidem et
caritatem non est deo unitus ideo in se
ipso multipliciter est divisus Et quia
per peccatum a deo recessit ideo oportet ut ad
ipsum per penitenciam revertatur ut dicetur infra
ibi / per penitenciam reparari Item peccavit 14
contagione ligavit deus hominem tamquam

in statim septem vinculis scz septem
necessitatibus corporis que sunt fames
sitis frigus calor labor dolor et mors
Sed peccator quasi insanus hec vincula
per peccata disrumpit unde conqueritur dominus
per Jeremiam / disrupisti vincula mea scz
famis et sitis per crapulam et ebrietatem
frigus per vestium multitudinem / calorem
per vestium subtilitatem / laborem per quietem · dolorem per voluptatem / mortem per
medicinas / Et ideo gravioribus vinculis
ligabitur / scz fame et siti eterna frigore
et calore nimia unde transibunt ab
aquis nivium ad calorem nimium Job
24 / Sed quia sancti permittunt se libenter et patienter ipsum ligari eius
vinculis ideo in futuro ab ipso domino solventur ad gloriam ys 52 Solve vincula
colli tui / Unde non esurient neque sitient
amplius Apo vij / ut cum gratiarum actione
dicant / disrupisti vincula mea et tibi
sacrificabo hostiam laudis / ps

Hec sancta trinitas

a5 Hoc nomine trinitas idem
significat quod iste terminus
tres persone / Trinitas enim est trinitas
unitas sive una trinitas trium personarum
et non quarum quelibet est verus
deus quelibet unum et simul unum
quod nec dici potest nec plene cogitari
secundum quod deum est supra / non quod in qualibus
deum consistit ymago vel similitudo
trinitatis secundum Aug ymago trinitatis
sunt memoria intellectus voluntas /
Sicut enim ex patre filius / et ex patre et
filio spiritus sanctus / sic ex memoria intellectus
et ex his voluntas / et ista tria sunt una
essentia una vita una anima et quod
ad se ipsam dicitur anima / memoria non et
intelligentia et dilectio sive voluntas
ad quid dicitur / Et tria eo sunt unum /

quo una vita una mens una essentia
et quod ad se ipsa singula dicuntur etiam
simul non pluraliter sed singulariter
Eo vero tria sunt quo ad se ipsa referuntur a6
Et sunt non solum singula singulis
sed etiam singula omnibus aliquin
non se invicem caperent capiuntur autem
et a singulis singula etiam singula
omnia / Memini enim me habere memoriam
et intelligentiam et voluntatem
et intelligere me intelligere velle et
meminisse / Hec tria inseparabilia sunt
separatim dicuntur et inseparabiliter
operantur Sciendum tamen quod secundum Aug
hec trinitas mentis non propterea tantum
ymago dei est quia sui meminit
et se intelligit ac diligit mens / sed
quia potest etiam meminisse intelligere et
amare illum a quo facta est / Secundum
Gregorium ymago trinitatis mens
notitia amor / mens est ut parens
notitia ut proles amor ut spiritus sanctus
Item secundum aliam assignacionem anima a7
est trinitate personarum cum sit simplex
in essentia quia est vegetabilis sensibilis rationalis / vel secundum aliam
concupiscibilis irascibilis rationalis
Attende ergo similitudinem trinitatis
in anima que creata est ad ymaginem
creatoris / Unde licet unius sit nature
habet tamen in se tres dignitates scz memoriam intellectum voluntatem / Et sicut
est deus pater deus filius deus spiritus
sanctus non tamen tres dii sed unus deus
ista anima est memoria anima intellectus anima
voluntas non tamen tres anime sed una
Item Aug / Anima gerit similitudinem
trinitatis / Unde sicut deus est vivit
et sapit ita anima est vivit et sapit
Et nota quod merito ad naturam suam a8
nam revertitur ubi deo operante certi
ymago depicta mittitur quando personarum

aliquid queritur de diuinis / nil enim
in hoc mundo est homine sublimius
vel nobilius vel ex deo similius in
venitur / Et ideo ymago illius quo
nichil melius inuenitur ibi querenda et
inuenienda est quo mundi natura nichil
melius i in anima. Item potencia
sapiencia benignitas sunt speculum trinitatis
quia per magnitudinem creaturarum co
noscitur potencia dei patris creantis / per
ordinem ac disposicionem sapiencia filij or
dinantis / per affluentem vsum et conserua
tionem benignitas spiritus sancti largientis
Et sicut ex potencia sapiendi procedit
sapiencia et ex hijs duobus bona volun
tas sic ex patre filius et ex illis duobus
90 spiritus sanctus Et quia equaliter fluunt
a tota trinitate eadem equaliter indicant
et equale / Sicut a sole vel carbone
gignitur radius vel a bigne splen
dor immediate et non ecconuerso et ex
illis duobus calor et non ecconuerso / Ita
ex patre filius et ex illis spiritus sanctus /
et non ecconuerso / Et sicut splendor
et feruor sunt vnus sol et vnus
ignis / ita pater et filius et spiritus sanctus
vnus deus Item dicit Augustinus in libro
de spiritu et anima / Hec tria omni existenti
insunt. scilicet essencia qua sunt /
species qua differunt / vsus quo profi
ciunt / Et hec sunt vestigia summe
trinitatis patris et filij et spiritus sancti
91 Item apparet similitudo trinitatis
in magnitudine. pulcritudine. vtilitate
creaturarum. In magnitudine poten
tia que attribuitur patri In pulcritudine
sapiencia que appropriatur filio / In vtilitate
bonitas que spiritui sancto assimulatur.
92 Item notare possumus in quolibet
sensibilium trinitatem scilicet ipsum subiectum
et speciositatem eiusque splendorem ipsum

ex amore quo se inuicem complectuntur
Et inuenies velud loquente essencia
subiecti et velud verbum eius speciosi
tatem qua eorum vestitum est et velud
donum amoris inter ipsa quo se comple
ctuntur / quo etiam extrinsecus sua largitur
Unde ergo qualitas quodlibet sensibile
indicat se sensibus per nouitatem na
turalium actionum quasi per faciem et
loquitur semper per ipsa quasi per verbum
et idem subiectum est parens ipsius in
tota nouitas naturalium actionum de
subiecto et ipsius essencia procedit sicut
nos actus est quasi verbum et proles
et partus potencie / qualis ante a
mor sit inter ipsum subiectum et naturalia
eius accidencia que sunt speciositas
eius exterior et facies decora ipsi motus
nature ostendunt / Anima omnia corpo
ralia fugiunt nature sue contraria
et insectantur que nature sue conueniunt
et hoc in omnibus viuentibus reperitur
Et sic omnia sunt vestigia trinitatis
Et licet ex aliqua bone questa magis
appareat vnius persone quam alij tamen creata
totaliter vnius persone sic est appropriata quin
sit vestigium aliorum Item insignius
relucet beatissime trinitatis similitudo
ut in triangulo equilatero cuius tres
anguli sunt tamen ipsi sunt eadem
superficies vna figura et eadem forma
ut sic dicatur superficies triangula sicut
essencia dicitur trina et angulus trium
angulus licet ipsi eadem sunt superfici
es et anguli ipsi sunt tres eadem super
ficies eadem figura et sigillatim cuius
quilibet et in summa eius Item idem
pannus est simul superhumerale et co
opertorium et scapulare vbi cuius
essencia est idem pannus tamen illorum
ornamentorum que ab inuicem differunt
et de inuicem non predicantur Sunt

igitur ibi tres species ornamenti or-
namenti non species corporum omnium silicet
Item patet in pannis triplicato tribus
coloribus distincto Item in tribus
candelis coniunctis et accensio est
unum lumen licet tres candele Item
in artificialibus de eadem essentia
auri est anulus, viola cifus que
licet diversa sunt tamen in essentia
conveniunt Item in vocibus ut albus
alba album tres voces sunt secundum
unum nomen Item una et eadem
vox est diverse dictiones ut hec
vox amor est verbum et nomen comune
et est non verbum aliud Item sicut
una et eadem res est prima et secunda
et tertia secundum diversos respectus non tamen
prima est secunda vel tertia nec econverso
sic una et eadem est substantia
pater et filius et spiritus sanctus non tamen
pater est filius vel spiritus sanctus vel econverso
Confunduntur ergo qui fidem sancte
trinitatis destruunt cum appareant
vestigia sive testimonia in omni
creatura naturali et artificiali celes-
ti et terrestri spirituali et corporali de hac
materia habes supra ibi Tres quidem persone
83 Item hec sancta trinitas est enim tri-
nitas creatrix pater et filius et spiritus
sanctus est trinitas creata scilicet ratio
memoria voluntas que facta est ad
similitudinem creatoris sed hec cecidit
a prima per aliam trinitatem non sanctam
scilicet suggestionem delectationem et consensum
cecidit inquam in ignorantiam impo-
tentiam et malitiam et cum sibi
prius istius trinitatis triplex est casus
ratio cecidit in ignorantiam veri falsi
comodi et incomodi boni et mali
memoria cecidit in tres species cogi-
tationum scilicet in cogitationes onerosas

onerosas affectiosas voluntas ceci- 84
dit in concupiscentiam carnis concupiscentiam
oculorum et in superbiam vite Est
autem trinitas per quam restringit ista
trinitas scilicet fides spes caritas fides 85
illuminat intellectum spes erigit memo-
riam caritas purgat voluntatem
Item est trinitas specierum in sacro 86
eucharistie sacramento scilicet panis vi-
ni et aqua Bene autem dicit hec
ad distinctionem aliarum trinitatum
Item est trinitas substantiarum in 87
christo quia divinitas anima et cor-
pus in unam christi personam Item est
trinitas personarum in deo quia tres per-
sone pater et filius et spiritus sanctus sunt
unus deus una essentia una sub-
stantia una natura

Sed non quem certi idem 88
Contra Arrianos qui di-
cunt in trinitate esse diversas
substantias contra quos dictum
est supra ibi Tres quidem persone sed una essentia

Et secundum personales
proprietates contra noetianos
et sabellianos et alios qui perso-
narum destruunt notiones contra
quos supra ibi pater generans
filius nascens spiritus sanctus procedens

Discreta contra Sabellianos
et noetianos qui confundunt
personas facientes quasi de tribus
unam dicentes eundem esse patrem
et filium et spiritum sanctum ut supra dictum est

Per moysen contra 89
Genericianos manicheos
et alios qui vetus respuunt
testamentum sed de hac materia dicetur
plenius infra ibi Concordia veteris
et autem veteris testamentum fit
bonum et a deo bono patet cum

Iusticia dei bona manifesta est tes
tificata a lege et prophetis / Si lex et prophetia
essent falsi testes non inducerentur ab
apostolo christianis ad testificandum iusticiam
dei / Cum ergo inducantur patet quod sunt
boni et veri / Item quando christus a dy
abolo temptabatur verbis moysi se pro
texit et defendit et inde ipsum dyabolum
expugnavit quasi armis / constat quod illa
non illa erant contraria dyabolo / ergo
non erant ab eo data ad serviendum
Item ij petri j / habemus propheticum ser
monem cui benefacitis attendentes quasi
lucerne ardenti in caliginoso loco / Ergo
si propheticus sermo lucerna sit non est
apprimens tenebrarum Item actuum iiij
Cum in spiritu sancto per os david patris nostri
pueri tui dixisti Item j thimotheum j Scimus
quia lex bona est si quis ea legittime u
tatur / Item j thessalonicenses v / prophetias nolite
spernere / Et ad galathas 3 / lex propter transgres
siones posita est per angelos ordinata in
manu mediatoris Item scripture le
gis et prophetarum a domino et ab eius disci
pulis adducuntur et ad confirmationem
sentenciarum suarum ipsas proferunt / mathei j et iiij
marci j et vij / luce j et iiij / iohannis j et iiij /
90 romanorum j et ix et iiij capitulis / Et non est
nichil est in lege quod non habeat causam
racionalem sive occultam sive manifes
tam / Omne enim ad dei honorificenciam
et ad honestatem morum pertinet ma
nifestam habet utilitatem / in quibus per
cipitur deus diligi vel timeri aut
quibus operacio perficitur virtutis
vel prohibetur vicium aut prohibetur quod
propter mala vitanda sit sicut cooperiri cister
nam ne quis cadat in eam vel re
cludi ut bos ne bovem percussum feri
at aut propter pacem et concordiam
conservandam ut furum latronum et
rebellium punicio / scortorum et lupa
narum prohibicio / litium et discordiarum
91 iudicia / Sunt et alia permissa a lege

sicut repudium odiose uxoris ne
occideretur / et accio usurarum ab alienis
ut saltem parcerent fratribus / Et sic autem
tenentur a maioribus et gravioribus ma
lis per minorum permissionem / Quod autem 92
minora mala quandoque magis puni
rentur quam mala maiora / racio fuit
quia frequencius contingebant vel quia
maiorem multitudinem involvebant /
vel quia homines [illegible] inferebant
quia maiorem audaciam et improbitatis
sue contumaciam pretendebant / Illud 93
autem videndum quod omnia que absur
da videntur in lege ut verba adulteria
sunt contra matrimonium. Similiter quod
est inter deum et hominem aut species
aut similitudines adulteriorum aut suspi
ciones aut occasiones aut reliquie
ydolatrie / Et quia dominus deus est fortis
zelotes ut dicitur exodi xx / propter zelum
et emulacionem quam habet ad hanc
omnimodam ydolatriam et ydolatrandi
occasionem talia prohibuit ad similitudinem
zelotipi mariti / Zelus enim est vehe 94
mens amor in propriam uxorem quo
alium ad eam accedere non patitur
nec aliquam suspicionem habere cum ipsa
hoc est nec tactum nec colloquium
nec nutum nec signum nec appropinqua
cionem ullam que occasionem posset
dare adulterio / Zelus igitur quem habuit
deus ad populum istum fuit causa propter
quam prohibuit ei omnia illa que ab
surda videbantur in lege / quia vide
bantur ad adulterium ydolatrie pertinere
aliter videretur deus hec quantum ad legem
inutiliter prohibuisse / Sed absit quod in pre
ceptis dei vel prohibicionibus aliquid
inutile aut absurdum videatur / Hodie 95
propter causas consimiles ecclesia facit
similes precepciones et prohibiciones
Ut si quis vellet apud nos die sab
bati ab operibus servilibus abstinere
ut eciam eorum vitaret pertinenciam

sabbati non sustineret etiam propter scandalum
iudeorum. eodem modo de die vene-
ris propter scandalum sarracenorum. Similiter
si quis vellet adorare ad aquilonem
vel ad occidentem vel sub arbore
si esset in hoc consuetudinarius
non sustineret etiam propter suspicionem
ydolatrie quia talia ydolatre conse-
96 verunt facere. Et non solum a malo
sed etiam a specie mali abstinendum
est. 1 Thess v. Sed autem iuxta litteram
intelligenda sunt ea que absurda
videntur in lege. Tribus patet quia
aliter multa inconvenientia sequerentur.
Primum quia legislator barbarus et
lex barbara esset si non intelligeretur
a populo et stultum videretur ac risu dig-
num ut mandaret servare quod non
intelligeretur. Secundo quia rectoris vel
doctoris officium non impleret si obscu-
re proponeret et exponere nollet et similiter
abuteretur eum enim sermo interpres
debeat esse animi sermo eius quantum
ad hoc non esset interpres sed celator
animi sui. Tertio quia doctores qui
pessime in illo populo viderentur eos in
errore reliquisse si de litterali intellectu
eos non ammonerent. Quarto quia
prophete missi a deo ad populum corrigendum
de hoc populum increpare convincunt nec men-
tionem aliquam inde fecerunt. Si quis non
diceret quod populus carnis spiritualis intelligentia
talium servabat et non iudeos in-
illud Rom 11. Secundus quecumque lex
loquitur hiis qui in lege sunt loquitur
dicitur quod non erat necesse ut eis tunc
hanc spiritualem intelligentiam loqueretur
quia non dum erant. Lex autem hiis
qui in lege sunt loquitur. Postquam
venit lex evangelica manifeste ac-
ciditur non sunt necesse ut lex in umbris
illorum figurarum nobis loqueretur. Ex
97 quibus patet litteralem intelligentiam

habuisse ea que absurda videbantur
in lege. Et tunc tamen illi populo multum
fuisset quia fuerant ydolatrum con-
tinuum inter quas morabantur perijt
autem ab eis ista scientia longitudine
temporis et afflictione ac dispersione
sua et negligentia studendi. Item 98
per moysen eum moyses vere
nuncius dei fuit et deo inspirante
lex edita et imposita sicut hebreis
fidem faciunt signa. Exo 9. Et magi
confessi sunt quia digitus dei in ruinis
et oratio hic est. Exo 8. Et quia dy-
corum nichil contra signa huiusmodi potuerant
quia nec plagas avertere nec exer-
citum egyptiorum in mare nec moysen
vel populum hebreorum impedire. Etiam
deus eos in populum elegit. Exo xix.
Et dedit eis legem. Exo xx. Et quia
in transfiguratione domini apparuit
moyses et helias etc. Et moyses
quidem fidelis erat famulus in tes-
timonium eorum que dicenda erant.
Heb 3. Item Johannes vidit habe-
tes cytharas dei et cantantes canticum
moysi servi dei. Apoc 15. Item malach
in fine dicit dominus. Mementote legis
moysi servi mei quam mandavi ei
in oreb. Predicta faciunt contra hereticos
qui dampnant moysen dicentes
ipsum esse discipulum dyaboli et non
servum dei. Sancti dei dicuntur quicumque
sunt confirmati in fide. Heb 11. Sancti
per fidem vicerunt regna 99

Et sanctos prophetas

Eorum prophete sancti sunt et eorum
scripta sancta patet Rom 1
et Act 3. Vos estis filii prophetarum
et testamenti quod deus disposuit
ad patres vestros. Sed autem deus misit
prophetas et omnes servi dei sunt patet
Jeremie 7. Cum non voluntate hu-

humana allata est prophetia sed spiritu sancto
inspirati locuti sunt sancti dei homines
100 ut dicitur ij petri j. Quod autem sancti sunt
in veteri testamento et ante patet Eze
9 Et luc j / Jaco ult / hebr xi / Et est
hoc contra hereticos qui dampnant
patres veteris testamenti / Ad quod
inducunt Joh x / Quotquot venerunt
ante me fures sunt et latrones /
Respondet / venerunt supple non missi / Jer
Jerem 23 / non mittebam eos et ipsi
loquebantur / Ad idem ps / omnes declina- ut
simul inutiles facti sunt non est qui fa-
ciat bonum non est usque ad unum / Item Rom 3
Respondet quod de illis loquitur qui sunt
in lege sine fide Christi / Quod patet ad
Rom ix Israel sectando legem iustitie
in legem iusti non pervenit quia non
ex fide / Ad idem inducunt quedam facta
patrum veteris testamenti que videntur ma-
la / Ad quod respondet / Quod si bono tempore
peccaverunt alio emendaverunt ut patet
in David in Petro et aliis multis / Item
inducunt ad confirmandum suum errorem
quod patres veteris testamenti leguntur ad
inferos descendisse Gen 37 / Respondet quod
ante passionem Christi porta paradisi clausa
ianua regni celorum toti humano generi
quod innuit flammeus gladius posi-
tus ante paradisum quasi prohibens
ingressum / Gen 3 / descendebant ergo
101 antiqui patres in limbum inferni
ubi manebant feliciter consolati
sed non descenderunt in profundum inferni
ubi nulla est redemptio / nec habebant
penam materialem sed solum carebant
visione deifica. Ad quem locum Christus
descendit et inde suos liberavit ut patet
Act 2 / Quem deus suscitavit solutis
doloribus inferni / Item / Et sanctos
102 prophetas contra illos qui dicunt quod
ante adventum Christi non fuit aliquis
bonus / Contra quod Gen viij et ix
de noe qui fuit bonus / Item de abra-
ham ysaac et iacob / de moyse aaron
et Job qui boni fuerunt patet ecc xliiij
et sequentibus cap / Item luc j et ult /
Joh v etc / Rom j Hebr xj / Act 3 etc
Item Et sanctos prophetas est contra ma- 103
nicheum hereticum qui dixit prophetas fan-
tastico spiritu fuisse locutos et more
arrepticiorum / huius secta apparet er-
ronea quia non est testificata a lege
et prophetis / Rom 3 / Patet etiam falsa
per Petri j ubi dicitur / de salute exquisie-
runt et scrutati sunt / quod non est
hominis arrepticii sed hominis ratione
utentis et laborantis pro inveniendo ve-
ritatem / Ad idem 2 Cor 4 / habentes
eundem spiritum fidei sicut scriptum est
credidi propter quod locutus sum / et nos
credimus propter quod et loquimur /
Item ergo spiritus eadem fides que mo-
vebat apostolos ad credendum movebat
David et alios prophetas ad prophetandum
non sunt ergo locuti ut arreptici vel
irracionales non intelligendo / sed ut
fideles fidem Christi habentes. Act 2 dicit
Petrus de David propheta / Igitur cum sciret
quia iureiurando illi deus iurasset
providens locutus est de resurrectione Christi /
sed sciebat et providebat non ergo ut
arrepticius vel non intelligens / Ad
idem expresse expositio Hilarii ubi verba
in communi desinunt humani erroris / Ubi
nota quod hominem videri de fide
visibilibus credendum est / et sicut est
sensus corporalis sic etiam est et spiritua-
lis / Unde homo dicit se sentire gaudi-
um et dolorem et ceteras huiusmodi passio-
nes / Similiter se scire suas dubi-
taciones et ignorantias sentire / Sic
et prophete sentiunt revelationes et vi-
siones suas / et ideo sicut credimus
visui nostro corporali de visibilibus corporalibus

et nos sepe dicimus quecumque per illum vidimus/ sic credendum est intellectum prophete qui est visus spiritualis quia visiones huiusmodi non opiniones aut credulitates tantum sed cognitiones certissime sunt/ propter quod ab eminenti visu prophete videntes dicti sunt id est procul videntes quia ea que procul sunt a cognitione aliorum hominum videbant et prospiciebant que in mysterio abscondita sunt/ et propterea hoc prophetia dicitur quasi profatur a procul futura/ vel procul et prophanus sonus quasi longe posita pronuntians/ vel prophete quasi previdentes/ quia previdebant hominibus mala eis imminentibus vel intercedendo pro eis apud deum vel in sermonibus eos qualiter illa ... averterent

2 Et nota quod raptus extasis et quedam supprema et alie illuminationes splendoribus propheticis annumerantur propter similitudinem quam habent ad illos. Certus enim prophetarum velut oculus est universitatis hominum non solum ad videnda secreta creatoris et exercitus angelorum sed etiam ad regendos gressus suos et ad ambulandum inter vias morum in tenebris huius vite/ prophete autem ... habuerunt visiones ad ea que vel ad gloriam creatoris vel ad cultum eius specialiter pertinebant vel ad ea que ad res humanas vel divinum cultum spectabant/ Et non quod prophetici splendores et alie illuminationes que desursum sunt totaliter simul et subito infunduntur/ et fiunt appariciones eis ex irradiatione angelica super animas prophetarum/ proveniente ac desistente in eis huiusmodi visa/ Et ipse creator testificatur prophetas per signa miraculorum que sunt testimonia creatoris/ Et ideo qui non credit prophetis facit iniuriam creatori a quo missi sunt et in tantum se ostendit incredulum

quod si non credit prophetis nulli hominum credere videatur/ Item per prophetas prophetia 3
est divina inspiratio rerum eventus immobili veritate denuncians/ prophetia est propria loquendi forma rerum futurarum aequo(?) presentium diminutis verbis autenticis predicta/ dividitur autem prophetia in prophetiam predestinationis quam ut dicit Augustinus necesse est evenire/ ut Ecce virgo concipiet et pariet filium Ysa 7/ Alia comminationis que non est necesse ad litteram evenire ut in prophetia Yone de Ninive/ Yone 3 et Ysa 38 quia dixit Ezechie dispone domui tue quia morieris et non vives/ In propheciis comminationis subaudiendum aliquid ut hic/ morieris/ scilicet nisi penitens vel nisi deus aliter providerit vel revelet/ Item per prophetas/ 4
prophetia est prescientia futurorum qua rerum latentium veritas presentium vel futurarum ex divina inspiratione cantata(?)/ dico autem/ ex divina inspiratione quia illi qui demonum instinctu aliquibus modis latentia dicunt licet prophete dici possent tamen inter divinarum scripturarum non inveniuntur auctores illa cantatum(?) dico/ quia si quis iam consumata dicat licet futura sint tamen prophetia non est/ sicut nos cum resurrectionem predicamus prophete non sumus. Item per 5
prophetas/ Ysidorus in libro Ethymologiarum ponit octo genera prophetie dicens/ primum genus prophetie dicitur extasis quod est mentis excessus/ sicut Petrus vidit vas quasi lintheum de celo Actuum x/ Secundum genus est visio/ sicut Ysaias vi vidi dominum sedentem super solium excelsum/ Tercium est sompnium sicut Jacob dormiens vidit scalam/ Genesis 28/ Quartum ex nube sicut ad Moysen/ Exodi 19 Ecce venio ad te in caligine nubis ut audiat me populus loquentem ad te/ Et de Job

hec Job 38 et 40 / Decimum est vox de celo sicut ad Abraham Gen. 22 / Non extendes manum tuam super puerum. Et ad Paulum Act. 9 / Saule Saule quid me persequeris / Sextum est accepta parabola sicut apud Salomonem in pluribus et apud Balaam cum eo loqueretur a Balaac / Num. 19 / Septimum est repletio spiritus sancti sicut fit in prophetis.

B Prophetare multis modis dicitur. Prophetare enim est futura predicere ut Ys. Ecce virgo concipiet etc. Item prophetare dicitur preterita narrare ut Gen. 1 / In principio creavit deus celum et terram etc. Item prophetare dicitur alibi facta absentis narrare / 4 Regum 5 dicit Helizeus / Nonne cor meum in presentia erat cum reversus est homo de curru suo in occursum tuum. Item prophetare est psalmos cantare / Unde 1 Paralip. 25 David et magistratus exercitus eius segregaverunt in ministerium filios Asaph et Eman et Idithum qui prophetarent / Item prophetare est laudes dei canere / Num. 11 Quis tribuat ut omnis populus prophetet / Item prophetare est idem quod docere / Unde 1 Cor. 14 Emulamini spiritualia magis autem ut prophetetis / Et Act. 13 Erant in ecclesia Antiochie prophete et doctores / Item prophetare est idem quod loqui vel prolocutoris officium exercere / Unde Exo. 7 Aaron frater tuus erit propheta tuus id est prolocutor. Item prophetare dicitur prefigurare ut dicitur Josue propheta / quia Christum prefigurabat. Unde Jeronimus in prologo super Josue / Deinceps dum sermo prophetiam obtegit articulos explanationum monimenta. Item prophetare dicitur aliena referre / ut 1 Regum 18 dicitur / Saul prophetabat in medio domus sue cum eum malus spiritus invasisset / et hoc more arreptitiorum.

Alios quoque famulos suos

ut fuit servus Johannes baptista a contra eos qui eum condempnant dicentes ipsum dubitasse de Christo / Ex hoc quod interrogavit eum esse ymago et super scriptio cap. 22 / Item non sequitur si dubitavit quod ideo sit dampnatus. Potuit enim dubitare utrum in propria persona descensurus esset ad inferos inde liberaturus suos an per alium hoc esset facturus / Quod autem propter illam dubitationem dampnatus non sit patet per hoc quod postquam nuncii Johannis recesserunt Christus tantum testimonium dat Johanni vocans eum angelum et plusquam prophetam et affirmans inter natos mulierum non surrexisse maiorem eo / Si opponatur quod Christus qui natus fuit de muliere fuit maior Johanne / Dicendum quod natus est de muliere secundum sexum sed non secundum amplexum, secundum non secundum mollitiem vel subintelligitur cum dicitur / Non surrexit maior scilicet propheta / Christus autem non tantum propheta fuit sed dominus prophetarum / Quod autem sequitur / Qui minor est in regno celorum maior est Johanne / Dicendum quod soli angeli erant in patria celi quando Christus dixit illa verba quia nondum ascendit in celum captivam ducens captivitatem / Angeli autem maiores erant quam homines quia illi immortales et impassibiles isti non / Illi beati isti miseri / Illi triumphant isti militant / Ergo qui erat in regno celorum maior erat Johanne. Item verisimile est quod Johannes non sibi illud interrogavit sed discipulis suis qui de Christo dubitabant / volens eos per Christum certificari / quos Christus certificavit quando impletum esse signum quod dederat Ys. de adventu Christi Ys. 35 / Deus veniet et ipse salvabit nos tunc aperientur oculi

h

cecorum et aures surdorum patebunt
etc. Unde dominus ait / ceci vident claudi
ambulant etc. Secundo autem iohannes
non dubitavit de christo per hoc patet quod
ipse dixit Joh. 1. Qui misit me bap
tisare in aqua ille michi dixit / super
quem videris spiritum descendentem quasi co
lumbam et super eum manentem
ille est qui baptisat in spiritu sancto /
et ego vidi et testimonium perhibui quia
hic est filius dei / Ipse etiam eum ostendit
digito dicens Joh. 1. Ecce agnus dei
ecce qui tollit peccata mundi. Potuit autem
8 dare occasionem huic errori quod iohannes
baptista non secutus fuit christum / dicunt
enim quod si bonus fuisset eum secutus
fuisset / Sed hoc non sequitur / multi enim
boni fuerunt qui tamen christum corporaliter
secuti non fuerunt / noluit etiam christus quod io
9 hannes eum sequeretur corporaliter ne eius
testimonium suspectum haberetur / et plus pro
fuit ad confirmacionem fidei testimonium
quod iohannes in absencia christi tulit
quam si illud in presencia eius tulisset /
Simile habetur Mr. 5 de illo qui a de
monio liberatus erat qui rogaverat
christum ut esset cum eo Jhesus autem non
admisit eum sed ait illi / vade in do
mum tuam ad tuos et nuncia eis quanta
tibi dominus fecit / Et abiit et cepit predi
care in decapoli quanta sibi dominus Jhesus
fecisset. et omnes mirabantur / plus
profuit predicacio eius in absencia christi
quam in eius presencia profuisset / Ut autem
10 manifesta fiat falsitas huius erroris
ponamus commendaciones iohannis
que in sacris scripturis reperiuntur habere quarum
plures sunt / prima est quia a prophetis
est prenunciatus ut ibi Ys. xl. / Vox cla
mantis in deserto / de eodem habetur in Mt. 3
et Mr. 1. Item prenunciatus est a Malach
3 / Ecce ego mitto angelum meum scilicet Jo
hannem ut dicit glosa / de eodem habetur

in Mt. xi / hic est de quo scriptum est / ecce
ego mitto angelum meum / Item prenun
ciatus in psalmo / paravi lucernam
christo meo / de eodem habetur Joh. 5 / Erat ille
lucerna ardens et lucens / Secunda est
quod angelica prenunciacione preventa est
eius concepcio et nativitas / et non
cuiuscumque angeli sed eius qui christi
concepcionem prenunciavit / Luc. 1 Ego sum
gabriel qui asto ante deum / Tercia
est generacio de parentibus sanctis et
genere sacerdotali de vice abya et in ablr
et miraculose natus / Luc. 1 / Erant
iusti ante deum / et non erat eis filius
eo quod esset elyzabeth sterilis et ambo
processissent in diebus suis / Et ita patet
quod non natura exigente sed gracia dei
operante est conceptus / Unde Ambrosius
dicit quod sanctus iohannes baptista non
biligatus est parentibus miraculis
moribus nimie passionis / Quarta
est quod ante fuit sanctus quam natus
Luc. 1 Spiritu sancto replebitur adhuc
ex utero matris sue / Quinta fuit quia
propheta ita quod in utero matris prophetare ce
pit deum exultando in utero matris
testimonium christo dedit / Luc. 1 / Ut facta est
vox salutacionis tue in auribus meis
exultavit in gaudio infans in utero
meo / Absque dubio fuit testimonium
illud quia non lingua non poterat cum
exultante salutat et sue percussionis
officium quasi egredi volens obviam
salvatori exultacionis uberum intrat
gaudium demonstravit / Sexta est commen
dacio / quod non solum fuit propheta sed etiam
plus quam propheta / Mt. xi / quia christum digi
to monstravit Joh. 1 Septima est quod fuit
preco et predicator verbi dei et precursor
quia precibat ante deum in spiritu et virtute
helye parare domino plebem perfectam / Luc.
1 / ita sicut beatus iohannes preco fuit
salvatoris in primo adventu / sic helyas

cunctis in indicis in sacco/ambo in
deserto. ambo regum insaniam tol
lantes quia helias persecutionem est
passus a rege achab propter iesabel ux
orem eius et iohannes ab herode
decapitatus est propter herodiadem uxorem
fratris eius/ helias virtute abstinentie
et patientie et convertendi animas
plurimorum aptissima ad fidem principiis predica
tandi apta et iohannes/ Et sic quasi
idem spiritu et virtute/ Octava multi operati
sunt miracula non habentes gratiam spiritus
sancti/ iuxta illud mathei vii/ nonne in
nomine tuo demonia eiecimus/ Octava
est quod fuit angelus nomine et virtute
licet non natura/ unde Crisostomus
Puto si non est audacia dicere quod gloriosior
est iohannes quia homo fuit exper
mentum virtutis angelus est nomen
quam si nomine et natura fuisset an
gelus/ nona est quod xpm baptisare
meruit/ ut et luce 3/ decima est quod
vocem patris audire dignus fuit dicentis
hic est filius meus dilectus/ ut 3
Undecima est quod spiritum sanctum super xpm
in specie columbe descendentem vidit
et dictum est ei a patre/ Super quem videris
spiritum descendentem et manentem super
eum hic est qui baptisat in spiritu sancto
duodecima est/ Omnia tria merita
quibus debetur aureola habuit/ virgo
enim et martir et predicator fuit
Tredecima est omnia sanctitas eius
videris gentilibus et iudeis manifes
ta fuit quartadecima est quod carnis
sue fuit perfectissimus domitator/ luce i
vinum et siceram non bibet/ ut 3
Esca eius erat locusta et mel silues
tre ut supra/ venit iohannes non man
ducans neque bibens/ et 3 iohannes
habebat vestimentum de pilis camelorum
ut supra/ Quid existis in desertum videre
hominem mollibus vestitum/ Quinto
decima est quod iste fuit mundi mox

contemptor unde erat in deserto usque
ad tempus ostensionis sue ad israel/ luce
i/ Sedecima est quod fuit regni ce
lestis primus predicator/ ante eum
enim predicabant terram promittebant
luce 16/ Lex et prophete usque ad iohannem
sed predicavit/ Lex autem terrena promit
tebat/ Ex eo non regnum dei evangelisat
ur/ penitentiam agite appropinquabit enim
regnum celorum/ xvii est commendatio
sed omnia ipse viciorum zelantissimus
fuit persecutor/ zelus iste fuit ei et
mortis occasio ut 16/ xviii est quod
post xpm et beatam virginem dies na
tivitatis eius solempnius est pomnibus
/ xix est quod fuit vox verbi divini
sicut enim vox precedit verbum et prius
sonat vox quam intellectus verbi perpipiatur
sic iohannes precessit xpm nascendo
predicando baptisando moriendo/ 11
Iohannes preco fuit iudicis paranim
phus sponsi lucerna lucis ac solis
finis legis initium evangelii fibula
duplicis veteris ac novi testamenti
ut etiam Augustinus quod beatus iohannes fuit
tuba celi preco christi archanum patris
filii internus signifer summi regis
precorum venia meliorum correctio voca
cio gentium prophetia altissimi amicus
sponsi testis dei lucerna luminis ter
minus prophetarum baptismatis initium
ut etiam Crisostomus/ Iohannes scola
virtutum magisterium vite sanctitatis
forma norma iusticie virginitatis
speculum pudicitie titulus castitatis
exemplum patrie via peccatorum venia
fidei disciplina. Iohannes maior
homine par angelis legis summa evan
geliorum apostolorum vox silentium prophetarum
lucerna mundi precursor iudicis christi
mediator dei testis totius medium
trinitatis/ omnia non ad preconium 12
iohannis non sufficit tam homo iste

ad commendandum ipsum missus est
angelus qui commendationes eius
predicit antequam nasceretur scilicet de sanctitate
primum et commendatione primo mira
bili de nomine et gratia de officio et
merito de dignitate et potestate de mag
nitudine conversationis et vite de ex
cellentia signorum et miraculorum sicut
legitur luc. 1. post nativitatem vero
Johannis commendatur eum evange
lista de te et sermone ab opinione
et predicatione ab excellentia officii
et sacramenti Joh. 3. Mr. 1. Mt. 3.
13 luc. 3. Ad ultimum autem ab ipso
salvatore multipliciter commendatur et
specialiter et expresse quod inter natos mulierum
non surrexit maior. Mt. 11. omnia vero
omnis laus infine prestatur ad confirmationem
et consummationem bonorum operum premittitur
et iusticia sunt incarnatur et decapi
tatus. Et qui alios in aqua baptiza
uerat ipse sunt in proprio sanguine bap
tizatus. Item est

Famulos suos contra
illos qui dampnant patres
14 veteris testamenti. Contra quos
Eze. 14. Si sunt in medio eius
Noe Daniel Job ipsi iusticia sua sal
vabunt animas suas. Item de Za
charia et Elizabeth. Luc. 1. Erant e
nim ambo iusti ante deum. Ergo
sancti sunt in veteri testamento patet
expresse Heb. 11. Et idcirco vel Item
famulos suos contra illos qui
15 dicunt a dyabolo missos et malos
fuisse et de Christo prophetavit velut bru
ta animalia non intellexisse. Ad quos
inducunt Rom. 3. ubi dicitur cuncta
eorum non intellexerunt. Unde et non
dicit hoc de prophetis. Cum autem prophete in
tellexerint probatur per hoc quia si non
intelligerent testes ydonei nisi tercii
non essent sed tamquam bruta animalia
a testimonio repelli possunt. Item pro
batur per fidem quam habuerunt ut patet
Heb. 11. sine quo impossibile est place
re deo. Si habuerunt fidem ergo et intellexerunt
sicut et nos intelligimus quod per
fidem tenemus. Ut patet de David qui
ait: Credidi propter quod locutus sum.
Heb. 3. Exemplum de Moyse. Non loque
batur ut brutum animal sed intelli
gens que dicebat

Iuxta ordinatissimam
contra Vocatitos qui dicunt 16
humanos actus et eventus tempo
rales a causis inferioribus quadam neccessitate
illis insita dependere. Et qui fato attri
buunt universa. Describunt et fatum
sic. Fatum est temporalis rerum successio 17
que tamquam ex causis inferioribus sint
sortiuntur eventum. Vel fatum est
lex astrorum que rebus singularibus
dicitur inducere necessitatem et etiam libero ar
bitrio. Et secundum hanc acceptionem ero
nicum dicit Aug. quod fatum est habitudo
positionis syderum qua ex ea que quando
quis concipitur vel nascitur cognoscitur
qualis futurus sit. Et secundum hanc
acceptionem fatum nichil est sicut dicit
Gregorius. Bedam hunc errorem perit 18
humanum arbitrium et derogatur divine
potentie. Si enim cursus et motus
syderum ortum hominis et statum vite
humane moderatur et regit ergo
non est de arbitrio hominis peccare vel
non peccare. Omnia quadam adherentia necessitate
constringitur. Nec potest secundum eos facere deus
quominus aliter eveniat quod nephas
est estimare. Cum autem fatum vel fortuna 19
nichil sit etiam non debeant observari
dicitur 26. q. ult. Non observetis fatum
dicit Albumasar a fortuna tamquam si
constellatio nativitatis vel concep
tionis vel etiam alterius hore precedentis
nativitatem vel acceptionem fata i. bonam

sunt vel fortunati nascentes per
signorum eius prospera vel adversa
magis evenientibus / non enim dicitur
fatum de cottidianis et modicis e-
ventibus / dedit autem causam huius
eventum assertio mulierum dicentium
se audivisse deos colloquentes de
eventibus nascentium / et ideo dixerunt eos
esse fatatos ad bonum vel ad malum
nomen fati vel fate vel fatationis
abhominabile est apud iudeos et cristia-
nos quia sunt reliquie et sequele
de ydolatria et cultura deorum et dearum
que remanserunt circa vetulas curio-
sas et questuosas volentes ab in-
cipientibus per huiusmodi mendacia aliquid
obtinere / Fate vero non sunt nisi demo-
nes si aliqua sunt qui permittuntur
seducere illos qui talia sectantur /
21 Notandum quod fatum dicitur quasi ex-
tensio rerum intermixta que ab eterno
premisse sunt in mente divina / Et sic
fatum dicitur illud quod agitur dei
providentia disponente / Et secundum hoc
diffinitur a boetio in libro de consolacione
22 Fatum est rebus mobilibus in-
herens dispositio per quam providentia dei
suis queque nectit ordinibus / vel sic
fatum est series que divina simplici-
tas gerenda disposuit mobilis nexus
atque ordo temporalis / Et sic supremum
aliquid est fatum / Et ideo notandum
23 quod licet sint quedam dispositiones in hominibus
Sunt enim quedam que ita pure
sunt naturales quod non subsunt libero
arbitrio sicut si aliquis sit longus
vel brevis albus aut niger / Et in
huiusmodi bene possunt dispositiones sy-
derum / Sunt et alie que licet sint
naturales in homine tamen possunt vigere liberum ar-
bitrium sicut sanitas vel egritudo
potest enim liberum arbitrium regi et admi-
nari natura / et in huiusmodi etiam potest
vis positionis syderum inquantum

sunt naturales / Sunt et alie que
non naturales subsunt libero arbitrio vel 24
hominis vel quibusdam spiritibus
vel etiam cause prime / utpote aliquis
sit fur hoc subest voluntati hominis
vel etiam maligno spiritui suggerenti et
non nature / Similiter quod aliquis sit
religiosus / hoc non subest nature
sed voluntati dei gratiam inspirantis
Et in quibus simpliciter loquendo non
est posse vis positionis syderum /
Quinque dicitur fatum virtus aliquid
faciendi / et secundum hoc fatum nichil est
unde Gregorius Absit a fidelium cor-
dibus ut fatum aliquid esse dicant
Vitam quippe hominum solus qui cre-
avit conditor administrat / Contra
hunc errorem dictum est supra de ydo-
latria stellarum / Fortuna describitur
Crisostomus sic / Fortuna est casualis
eventus rerum nullum servans or-
dinem sed casu fortuito reperiuntur
Cum autem nichil sit fortuna / et quod 25
omnia regantur divina providentia
et non casu patet / Ecclesiastici 24 Ego sapientia
ex ore altissimi prodivi / Et Sapientie viii
attingit a fine usque ad finem fortiter
et disponit omnia suaviter / Predicta
faciunt contra illos qui dicunt quod omnia
contingunt casu / Item quia ordina- 26
tissima / contra eos qui dicunt quod omnia
eveniunt de necessitate quia prescita sunt
a deo / Item quod notandum quod prescientia dei
est infallibilis unde infallibiliter
presciat ipsa contingentia licet ipsa possint
non esse / Et est necessitas ex parte scientis et
non ex parte rei scite / nec prescientia im-
ponit rebus necessitatem / Augustinus Quidam
futurum est cum ad divinam volun-
tatem refertur cui non in natura sui
pretenditur liberum est et absolutum /
Item sicut nostra memoria non cogit
fuisse quod preteritum est sicut dei prescientia

que futura sunt ut sciant. Unde est
sciendum quod est necessitas ut eorum que
sunt causam determinatam et immutabilem
ut solem oriri cras et hec est necessitas
simpliciter. Item est necessitas condici
onalis et hec secundum quid aliquando con
dicione ut te sedere necessarium est / non tamen
te simpliciter necessarium est sedere / vel aliter potest
distingui quod est necessitas antecedentis
28 et necessitas consequentis / Cum ergo
dicitur quod deus prescivit hoc necessario eve
niet / si necessitas refertur ad quam
vera est / hec enim que vera est si deus
prescit hoc ergo hoc evenit / si autem
necessitas refertur ad quod falsa est
Item est necessitas antecedentis que
est secundum preordinatas causas rei sicut
necesse est solem oriri cras / Et necessitas
sequens rei positionem ut cum dicitur te
sedere est necesse cum sedes est necessaria / Sicut
dicit Anshelmus in libro de concordia pre
29 sciencie et liberi arbitrii / prima est necessitas
simpliciter secunda est necessitas in respec
to et secundum quid / ut si est preteritum est
necesse esse preteritum / et si est futurum necesse
est esse futurum / Cum autem dicimus
deus prescit aliquid illud est necessario
futurum. non asserimus rem esse de necessitate
futuram. sed rem de necessitate esse fu
turam / Idem enim est sensus / deus
prescit aliquid esse futurum et prescitum
quod est futurum / Et ideo cum prescientia
dicat in ordine et relatione ad futura
amoto uno relativorum amovetur et
reliquum / et eo ipso quod potuit non evenire
potuit non prescitum fuisse potest etiam
30 dici quod potest intelligi de re vel de dicto sive
per composicionem et divisionem / potest enim
predicatum album subiecto in forma
et racione suppositi tamen sicut album
manens album non potest esse nigrum
sic prescitum inquantum prescitum non
potest non evenire et sicut illud quod
est prescitum / Item potest dici quod deus

providet res quales future sunt si
necessario providet eas in necessitate si contin
genter providet eas in contingencia unde
si providet contingens futurum contingens est
deum providisse illud / Et nota divina
sapientia limpidissime congnoscit
omnia bona et mala preterita presencia et
futura actualia et possibilia atque hec
incomprehensibilia nobis et infinita
ita tamen quod ipsa in se nullo modo
diversificatur licet diversa nomina
sortiatur / inquantum enim est cognoscitiva
omnium possibilium dicitur sciencia sive
congnicio inquantum congnoscitiva omnium
que bene sunt dicitur approbacio inquan
tum est congnoscitiva eorum que futura
sunt dicitur prescientia sive provisio
inquantum eorum premiandi sunt dicitur
predestinacio inquantum eorum que dampna
di sunt dicitur reprobacio / Et quia non
tantum est congnoscitiva sed etiam racio
congnoscendi ideo inquantum est racio
congnoscendi omnia dicitur lux inquantum
non est racio congnoscendi visa et appro
bata dicitur speculum inquantum est racio
congnoscendi previsa et disposita
dicitur exemplar inquantum non est racio
congnoscendi predestinata et approbata
dicitur liber vite / Omnia non ex omni
bus sunt in deo ideo unum frequenter
accipitur pro alio / Et licet divina sapientia
racione diversitatis scitorum et congni
torum diversa sortiatur vocabula
non tamen diversificatur secundum rem in i
psa / congnoscit enim contingencia in
fallibiliter et mutabilia immutabiliter
futura presencialiter et eternaliter / Et hoc
ideo quia eius congnicio simplicissima
simul et perfectissima est omnia perfecta
ideo congnoscat omnia distinctissime
sub omnibus condicionibus quas res
habent vel habere valent / Et propter hoc futura
scit esse futura et presencia scit esse presencia
et bona scit approbanda et mala reprobanda

omnia uero simplicissima est · ideo distinctiones iste et similes c[on]veniunt in ipsa / Unde sicut deus una unitate omnia produxit secundum omnimodam rerum integritatem sic una unitate omnia exprimit formaliter secundum ordinatissima sua dispositione / et hec materia habetur infra ibi / Secundum opera sua /

31 **Dispositionem temporum** Omnia deus disposuit tempora in quibus ante legem in quo regebantur homines iure naturali / quod consistit in duobus inter vij / Omnia ergo quecumque vultis ut faciant vobis homines / et vos eadem facite illis / Et quod tibi non vis fieri alij ne feceris / Thob iiij / Item tempus sub lege in quo regebantur decalogo et deutronomio et prophetis / Item tempus gratie in quo reguntur christiani ewangelicis apostolicis et canonicis institutis / In hijs temporibus distinguntur septem etates / prima ab adam usque ad noe / secunda a noe usque ad abraham / tercia ad abraham usque ad dauid / quarta a dauid usque ad transmigrationem babilonis / quinta a transmigratione babilonis usque ad christum / sexta a christo usque ad finem mundi / septima decurrit cum sexta que incipit a morte christi in sepulchro usque ad resurrectionem finalem quando incipiet octaua dies resurrectionis / Hee septem etates distinguntur sicut exprimunt insignia facta in eis / Et non decursus septem etatum mundi maioris innuit decursum uite minoris mundi scilicet hominis et per consequens sicut est in quo notatur prima etas infancia quia sicut infancia obliuione deletur sicut deleta est illa per diluuium / Secunda puericia / quia sicut tunc loqui incipimus sic in secunda etate est distinctio linguarum facta / tercia dicitur adolescentia / quia sicut vis generativa tunc incipit exire in actum sic facta est promissio abrahe de semine / Quarta dicitur iuventus quia sicut in iuventute floret etas hominis sic quarta etate mundi floruit signatio regnum / Quinta senectus quia sicut in senectute vires minuuntur et decidit pulcritudo sic in transmigratione fere ecclesie de sacerdotio iudeorum / Sexta etas hominis dicitur senium / quia sicut illa etas terminatur cum morte sic sexta etas terminatur in die iudicii / Item iuxta dispositionem 37

dispositio dicitur secundum operationem ad facienda prudentia secundum operationem ad regenda / prescientia secundum operationem secundum operationem ad futura / predestinatio secundum operationem ad saluanda / Dispositio igitur est prescientia faciendorum ut fiant / ipsa dispositio est prudentia siue gubernatio rerum / Sap viij / Attingens a fine usque ad finem etc Sap xj / omnia in numero pondere et mensura disposuisti / numerus est quo res distinguitur pondus quo mouetur vel melioratur / mensura qua terminatur / dispositio respicit esse rei ut fiat / prudentia uero esse rei postquam factum est vel conseruatur vel in permaneat / Et nota quod prudentia dicitur de bonis / prouidet enim qui consulte intendit aliquid facere vel ut aliquid fiat / mala uero non intenduntur consulte sine circumstancie immo per errorem et ideo mala non dicuntur prouideri a deo licet ab eo presciantur omnia et bona et mala Item iuxta ordinatissima dispositionem temporis omnia dedit initium in lege / progressum in prophetis / complementum in euangelio / Unde ys x / consummatio consummata inundabit iusticia / Tunc completum est quod promisit dominus per Jeremiam xxxi feriam domus israel et domui iuda fedus nouum dabo in uisceribus eorum legem meam et in cordibus eorum scribam eam / Ad idem Hebr x etc

Lex igitur vetus rudi et puerili
populo iudaico tamquam alphabetum ho
nestatis et ut elementa initialia
religionis tradita sunt sicut dicit
deut viij capitulo sicut pater erudit filium
suum ita dominus deus erudit te / huius
autem puerilitas vetustas carnalis est
et vicinitas sive propinquitas festinans
ad eternam mortem / lex vero nova sive
lex gratie per christum apposita est que est
consummatio legis ad iustitiam / iste
compta ordinatissima dispositio quam
32 Augustinus / Summus deus per suos prophetas
et famulos suos secundum ordinatissimam
distributionem quam dedit minora precepta
populo illo quem timore adhuc alligari
oportebat / et per filium suum maiora populo
isto quem caritate liberiori prevenerat
Qui autem minora minoribus maiora
maioribus datur et ab eo datur qui
solus novit congruente suis temporibus
generi humano adhibere medicinam nec
mirum est quod dantur maiora precepta pro
quibus regnum celorum, minora quando data sunt
quibus regnum terrenum ab eodem uno deo
qui fecit celum et terram / Per legem enim
dicit Exo xx honora patrem et matrem
per apostolum dicit / omnes honorate / Lex
dicit Exo xx non occides / Ewangelium Mat v
omnis qui irascitur fratri suo / Lex / oculum
pro oculo / Ewangelium dicit / non resistere malo
Lex / non mechaberis / Ewangelium / omnis qui
viderit mulierem ad concupiscendum eam iam etc
Lex / non furtum facias / Ewangelium Mat v
omni petenti te dabis ei et volenti mu
tuare a te non avertaris / Lex diliges
proximum / Ewangelium / Diligite inimicos vestros
Lex Exo / non facias falsum testimonium
Ewangelium / omne verbum ociosum etc / propter hoc
dicitur Mat v / nisi habundaverit iustitia
vestra plus quam scribarum et phariseorum
non intrabitis in regnum celorum / Sicut
31 enim bonus doctor in scola sua uni
cuique discipulorum suorum pro capacitate
sua lectionem proponit / sic omnium conditor
et eruditor deus rudibus initialia
et doctis sublimiora proposuit / Et ideo
in libris sacre scripture congessit deus
tantam varietatem et multitudinem
lectionum quantam requirit varietas et
multitudo lectorum / Unde patet quod omnis
intellectus illuminativus et edificativus
animarum qui ex lege elici potest in eadem
qui prius (ut multi alibi in novalibus) patet
extima multe intelligentie et expositiones
in sacra scriptura secundum varietatem et
multitudinem requirendorum vel docendorum
Sicut enim divina bonitas omnia opera
sua fecit propter omnem bonum usum qui
ex eis qualitercumque industria elici potest
Sic omnia dicta et eloquia sua vo
luit esse scripta in lege propter omnem bonum
usum et edificationem ecclesie que ex eis
elici potest qualitercumque industria sine
expositione vero que per qualitercumque
violentiam littere ex repugnantia
eidem abusive exponi potest / huiusmodi
enim intorsiones scripture non expo
sitiones eius sunt sed abusive in
positiones / Sicut ergo propter omne
bonum quod potest provenire utentibus
per creaturam deus creavit eam / Sic
propter omnem intellectum salutaris erudi
tionis qui ex ea provenire potest elici
inspiravit et edidit sacram scripturam
Et est hoc contra iudeos et nazareos 36
et Ebionitas qui legem secundum litteram
tantum servant / 24 q 3 Quidam / Contra
quos nonnullos ex signis tales non
quatuor modis fiunt primo facto ipso 37
scilicet cum res ita adhuc facte sunt ut
significetur sicut factum ysaias quo incedit
nudus et discalceatus / Et factum Ezechielis
quo fecit sibi vasa transmigrationis
propter quod dicit ysaias viij / Ecce ego et pueri
mei quos dedit mihi dominus in signum
et portentum / Similiter Eze 9 Sig
num est domui israel / Et item Ezech eze
chiel portentum vobis / ubi apparet

quod quod dictum est in ezechiele significat
mala que futura erant domui israel
Secunda significatio dicti scilicet quando
aliquid dicitur ad signandum expresse
sicut legitur Eze 19 Aquila grandis
magnarum alarum etc. Et tamen hoc notatur
ibi enigma seu parabola / Tertia significatio
per quandam / sicut dicimus quod ubicumque
corporalis ydolatria est prohibita intelligitur
secundum quandam prohibita et spiritualis / Quarta
significatio est per similitudinem rerum
que non ad hoc facte sunt ut signifi-
cent sicut Jeremie 18 / Numquid plus fa-
cit figulus iste non potero vobis facere
domus israel ait dominus / non quod figulus
esset figura ipsius sed expressit modum
sine similitudine nisi opus figuli
et operis sui nec de signo sed de simili-
tudinibus tamen locutus est. Et Jeremie 3
dicitur si mulier contempnat amatorem
suum sic contempsit me domus israel /
ubi similitudine tamen expressit me sicut con-
temptentis amatorem suum et sicut populi
israel Item ij Regum xi / de sancto dauid
et urie uxore sicut rex dauid bersa-
bee ad amandum et per amorem ipsius
morte uiri sui priuauit et sicut
illam regali connubio honorauit
et regali solio exaltauit / Sic rex ce-
lorum christus dominus synagogam ada-
mauit et priuato morte [illegible]
sine principatus eam velut marito
subtracto eam connubio suo spirituali ho-
norauit et celestis regni solio subli-
38 limauit. Illud autem notandum quod tota
sacra scriptura intelligatur quatuor modis
scilicet secundum literam secundum allegoriam /
secundum morem et secundum anagogiam
non est semper uniformiter exponenda
sed expositor debet dirigi secundum tripli-
cem regulam quam docet augustinus
in libro de doctrina christiana / prima est
quod ubi significatio uerborum exprimit
fidem ibi nulla est querenda allegoria
Secunda regula est quod ubi uerba signant
res creationis uel conuersationis ibi
querat expositor quid quelibet res
significet et exponat secundum ueritatem
fidei et morum honestatem ita quod alia
non discordet / Tertia regula est quod ubi
scriptura habet aliqua signum realem at-
tendendum est utrum conueniat hysto-
riacio aut spirituali significatio sed si
utrique significatio potest conuenire litteraliter
et spiritualiter exponatur / si non non potest con-
uenire utrique tunc tamen spiritualiter exponatur
Item dispositionem / Sequitur uel [illegible] 39
creat rerum et disponat de omnibus
et singulis / Quando quod omnibus et
singulis dedit naturam qua sunt et
gubernantur per quam disponit et gubernat
naturalia sicut per gubernaculum nauta
nauem / et sicut pater disponit et regit
ac docet filium per doctorem et rectorem
nec uariatur eam dispositionem impendit
uariam rerum propinquitas seu remo-
tio paruitas uel magnitudo paucitas
uel multitudo quin equaliter sciat et [illegible]
omnia et singula sicut obstat immensitas
uel infinitas scientie aut prudentie
creatoris / omnia licet aliqua fiant per
multa media omnia tamen reducuntur
ad creatorem per quem omnia sunt / Et
quod est causa cause per se et eodem
que est causa causati / omnia que fiunt
quocumque modo fiunt creatore sciente
et imperante fieri et sic fieri quare creo
prudente ac disponente regente conser-
uante et ducente ad finem uel usum
ad quem res est / Si quis autem stultus
uel insipiens querat quo tanta rerum
multitudo et diuersitas possit disponi
et regi / Quando quod uno nutu creatoris
quelibet creatura exequitur quod sibi
iniunctum est a creatore / Sicut in exercitu
quantumcumque magno uniuersitas corporum se

ubi exsequitur officium suum audito
clamore buccine vel dato premitur
alio quocumque signo Si vero queratur
90 quo creature insensibiles cognoscunt
nutum et voluntatem creatoris Dicendo
quod similiter nature naturaliter indita est
divine cognitio voluntatis et
unaqueque creatura est cum lege sua
et quasi cum libro suo ubi legat quid
ei naturaliter sit faciendum / Similiter
quasi cum lucerna et lumine ducente
sibi vias per quas debeat ambulare
et devia que necesse habeat declinare /
Cuncta ergo omnis creatura tam sub-
stantiarum nobilium abstractarum quam
hominum et ceterorum animalium et vegetabilium
nascitur cum essencia indita et signo
beneplaciti creatoris quam cum lege sua
ex necessitate unaqueque habet in se
ut ipsius cognoscat nutum volunta-
91 tem Item sicut ex uno iussu re-
gis edificatur aliquod nobile edificium
fiunt multi et diversi motus homi-
num et animalium quadrigarum et aliarum in-
ventionum et multa genera artificum
et operariorum scientibus operantibus cum instrumentis
omnibus quod artis vel operis ad hoc
unumquemque pertineat / et cognito iussu
regis quocumque levi signo omnes opera
sua perficiunt rege sedente in solio
suo sine labore et sollicitudine /
Sic creator solo nutu sue voluntatis
movet et disponit regit et ordinat
universitatem creaturarum / Et est conveniens
hoc exemplum / Nam sicut dicit Aristo-
teles virtutes seminum similes sunt ar-
tificiis quare et ipsa semina artificibus
Item est conveniens exemplum si de
toto ipso regno consideratio et comparatio
fiat scilicet regis ad regem regni ad
regnum gubernationis ad gubernationem
prudentie ad prudentiam creaturarum
iusticiarum ad iusticias et iudiciorum

ad iudicia / Et presertim si consideretur
quod plene et totaliter absque rebelli-
one sine resistencia sit ei subditum
regnum suum et ipse rex cognoscat
omnia que aguntur in regno suo et
toto studio et viribus omnem iniquitatem
et iniusticiam expugnat / Sic igitur ab
initio ordinavit totum regnum suum
in gradibus sapientissimus iustis
obedientissimis et instruit eos man-
datis vitatis et iusticie et per omnes
fines suos leges iustissimas pro-
mulgavit / Sic et de omnibus aliis
que ad pacem et defensionem regni
providebit et solo nutu voluntatis
tempore pacis per iudicium et iusticiam
regit subditos suos singulos et
universos / et tempore belli defendit eos
per arma et exercitia armatorum /
Ad hunc modum non est mirandum
si creator in regno suo quod est
regnum omnium seculorum disponat uni-
versum seculorum et singula
que in eo sunt nutu suo sive per be-
neplacito voluntatis sive naturalibus
legibus suis sive legalibus per prophetas
aut per sanctos ipsius editis sive aliis
divinis legibus aut humanis
canonicis manifestum est quod tota gu-
bernatio et dispositio omnis humani
ad nutum pertinet creatoris Item
exemplum cure et dispositionis cre-
atoris est in domo regia per omnia
bene disposita ubi sunt multorum
et diversorum officiorum opera solo nutu
regie voluntatis / Cum igitur totus
mundus sit velut domus et pala-
cium creatoris in qua habitat cum
tota familia sua / quid mirum si ad
nutum quod omnipotentie voluntatis
ipsius omnia in eo fiunt et singula
voluntate dico vel imperantis vel
prohibentis vel permittentis / Similiter

exempla sunt de naue et de rectore
ipius de ministris gubnacionis et
instrumentis de curru et auriga et
huiusmodi / pdicta faciunt contra errore
illorum qui opinati sunt creatore non
curare ista inferiora neque homines
neque res humanas sed agi omnia
casu atque temeritate qui error est
pniciosus quia vita honestatis et
virtutis et spem future felicitatis
extirpat ab hominibus et precipitat
eos in turpitudines viciorum si ut di
cunt deus non curaret quid agerent
homines boni seu mali

92 Doctrinam ex ordinata
dispositione data est hec
doctrina primo ondit omnia
creata esse a deo / secundo ondit iusticia
dei impena p peccato pmorum parentum
inflicta. similiter in diluuio et sub
persione sodomorum et egyptiorum
submisione / tercio inserit obedia
patrum et beneficia dei eis exhibi
ta / pdicta patent in libro genesis
/ p primum apparet creaturas nichil
numinis habere. nec vllus locus re
linquitur ydolatrie. sed solus deus
colendus qui de nichilo fecit omnia
et ea seruat et regit et confert
ut sibi placet / p secundum terretur ppls
a transgressione / p tercium allicitur ad
eius impletionem / consequenter vero
datur lex in exodum / Exo xix et 20
sine timore non magno non poterat
lex separi ab cordibus incitans
Summa huius doctrine in duobus
consistit scilicet in fide et moribus / p
cessum / tamen tota diuina scriptura
docet religionem fidei unitatem eccle
dei et proximi caritatem in quo se
det lex et pphe rom xiii / lex est
93 autem natura iniunctio que quod iustum
est precipit et prohibet quod iniustum
lex est integra sine completa legi
bilis i. dicta his et obseruantie

impate / uel lex est scriptura affir
mans honestum prohibens quod contra
rium / lex enim est honestas legibil
scilicet regulis et preceptis / partes autem
legis sunt septem / primo dei testimonia
et hec sunt intatis et ideo credenda
ut in principio creauit deus celum
et terram / secunda sunt mandata
et hec sunt equitatis et ideo parendum
est / utque blasphemauit nomen dei
moriatur morte / tercia sunt exemp
sanctitatis / et hec imitanda / ut cre
didit abraham deo et reputatum est
ei ad iusticiam / quinta sunt promissa p
miorum et hec sunt speranda / ut zara
uxor tua habebit filium / sexta comi
nationes penarum et suppliciorum / et
hec sunt timenda / septima ceri
monia scilicet honorificentie et cultus
diuini / et hec sunt benedicenda / unde
ymola deo sacrificium laudis / lex
autem dicitur aligando p eo quod illos q
bus data est alligat ad obseruandum 95
In doctrina legis continentur valde necia
scilicet moralia et precepta decalogi / Exo
xx iudicialia / de quibus Exo xxi / Si
emas seruum ebreum / promissa que
continent ad alliciendum / sicut promissio
terre manantis lac et mel / Exo in
fine / et promissio de omni bonorum mul
tiplicatione / leuit 26 / si in preceptis
meis ambulaueritis / item sacramentalia
que continent signa sacramentorum noue
legis sicut sacramentum pasce Exo 12
et vitule ruffe num xix / item ceri
monialia que erant in differentibus
sacrificiorum in discretione ciborum et
expiatione immundiciarum in obserua
tione solempnitatum / de quibus di
leuit fere p totum / cerimonie dicuntur 96
quasi carimonie a caris quod est gratia
et munere dictus quia huiusmodi obser
uantie gratiam non conferebant / uel
dicuntur a carendo et munere quod tunc de
bebant sordes deficere in eis / uel a
carendo muneris et officiis seruilibus

a quibus cessabant

Hominum generatio contra

67 hereticos qui dicunt quod veteris testamenti
tamentum latinum sunt tamtum
iudeis et quod moyses fuit tantum prophetam
et quod christus tantum iudeis et machometus
tantum sarracenis / contra quos quod vetus
testamentum datum sunt omnibus etiam
68 tantum iudeis patet deut. 29 / non vobis
solis hoc fedus ferio sed cunctis pre-
sentibus et futuris / illa enim que sunt in
veteri testamento parabola sunt temporis
presentis / hebr. a / ix et x / omnia enim in
figura contingebant illis p. corinth. x / ad
idem gal. 3 etc. / Et ideo necesse impleri
omnia que scripta sunt in lege moy-
si et prophetis de me / sicut ipse testatur
luc. ult. / ad idem ioh. v scrutamini
scripturas / Et act. 3 / deus qui pre-
nuntiavit per os omnium prophetarum suorum
quod christus sunt prophetas iudeis patet mat.
69 xv ubi ipse se dicit missum ad oves
que perierant domus israel / Et quod non
solum iudeis / patet ioh. xvii / non
pro eis rogo tantum sed pro eis qui per eos
credituri sunt in me / Quod autem fides
christi data sit universis / patet rom. /
fides vestra annunciatur in universo
mundo / p. thym. ii apparuit benignitas
dei et salvatoris nostri / ad idem col.
3 / Quod autem machometus non fuit
propheta sed seductor patet infra ibi /
Ad etiam benedictum item humano
70 genere / Genus humanum commissum est
arbitrio suo et gubernationi eius adiu-
toriis que sunt ei apte creationis preter
naturalia sicut sunt reges et principes
pres iudices et magistratus consiliarii
et doctores · sacramenta et officia ·
Et de hiis adiutoriis sunt lex et doc-
trina de quibus hic agitur et etiam
prophetia / Et intellige mysteria visiones
et revelationes quia adiutoriis etiam
creationis que non innare nec intelligit

sufficiens intellige miracula fla-
gella errores et huiusmodi contraria / et
etiam angelos qui multiplicibus
officiis homines dirigunt et adiu-
vant sicut iam supra dictum est in trac-
tatu angelorum / Item doctrina hu- 71
mano generi / contra hereticos qui dep-
nant veteris testamentum dicentes quod
Exo. 20 / dedi vobis precepta non bona
Et dico quantum ad cerimonialia
que non sunt ita bona quod sufficiat
ad salutem / vel dico / quod non bona illis
qui non faciunt · eo quod ex littera patet
rom. x / iustitia que ex lege est que
fecerit homo vivet in ea / Item oppo-
nunt / hebr. x / umbra habet lex futurorum
bonorum et non potest accedentes per-
fectos facere / Item act. xiii / non potu-
istis in lege moysi iustificari · Item
rom. 3 / Ex operibus legis non iusti-
ficabitur omnis caro / Solutio scilicet
sine fide christi / Et quod ita intelligendum
sit patet gen. 15 / Credidit abraham
deo et reputatum est ei ad iustitiam
Item obiciunt rom. v / lex subintravit
ut habundaret delictum / Et dico non
dicit quod lex peccat sed quia data lege
evenit ut non causaliter sed occasio-
naliter intelligatur / non propter hoc dici de-
bet lex mala sicut nec apostoli dicuntur
mali licet aliis essent odor mortis
in mortem / 2 cor. 2 / nec christus ma-
lus licet rom. ix dicatur lapis offen-
sionis et petra scandali et licet sit
in ruinam multorum et signum cui
contradicetur luc. 2 / nec corpus christi
malum · licet indigne sumentibus sit
in dampnationem / 1 cor. xi / Item obiciunt
gal. 3 quicunque ex operibus legis sunt
sub maledicto sunt / Et dico quod de
presenti loquitur non de preterito quia modo
lex non solo impletur sed prohibetur
si ante de preterito intelligatur tunc ante
adventum christi / Dico quod loquitur de illis
qui sequebantur opera legis sine fide christi

secundum illud Gal iii / Maledictus omnis
qui non permanserit in omnibus que
scripta sunt in volumine legis huius
Deut xxvii et Gal 3 / Mandatum autem
de fide habetur / 13 / Propheta / Iustus ex fide vivit / Et
Deut 30 / Prope est verbum tuum in corde
tuo et in ore tuo / quod apostolus ex
ponit Rom x / hoc est verbum fidei
quod predicamus / Iudei ergo qui non
permanserunt sub maledicto sunt / non
illi qui per gratiam Christi crediderunt salvari
ut dicit beatus Petrus Act xv / Item
obicitur Gal 3 / Lex non est ex fide
sed Rom 14 dicitur / omne quod non est
ex fide peccatum est / ergo lex peccatum / Respondeo
quod apostolus intendit probare quod ex quo
Christus venit ex lege non esse iustitiam
unde loquitur de preteriti / quod autem dicit
omne quod non est ex fide peccatum est
expone quod non ex fide vel quod sit
contra fidem ut holocausta arie
tum et adipem pinguium et sanguinem
vitulorum et agnorum et hircorum nolui
ergo sacrificia veteris testamenti
que fiebant de talibus non contra deum
Respondeo ad hoc et ad omnia similia
quod loquitur pro tempore adventus Christi
iam facti / Item Heb 7 / Reprobatio fit
precedentis mandati propter infirmitatem
et inutilitatem / nichil enim ad perfectum
adduxit lex / et ita videtur quod ipsa doc
trina non sit salutaris / Respondeo quod
reprobatio non fuit primo illius ma
dati sed dicit sic de preterito loquens
modo enim reprobatum est et non ob
servandum / quia finis legis Christus
R Rom x / infirma etiam fuit lex an
adventum vel insufficiens / nichil enim
ad perfectum adduxit lex / ad illud perfectum
scilicet de quo I Cor 13 Cum venerit
quod perfectum est evacuabitur quod ex
parte est / licet autem non sufficeret
ad hoc non tamen mala / quia neque
fides neque prophetia neque omnis scientia

aut martirium aut distributio bonorum
in cibos pauperum sufficiunt sine caritate
I Cor xiii / et tamen horum nichil est
malum / Similiter neque lex sufficie
bat sine Christo ad vitam eternam / nec
tamen propter hoc mala / Item apostolus dicit
legem esse legem mortis et peccati Rom
vii et viii / Item II Cor iii ministratio
mortis et ministratio dampnationis
Respondeo quod lex peccati dicitur quia peccati
indicativa / Rom 3 / per legem enim cog 42
nitio peccati / Et sequitur concupiscentiam
nesciebam esse peccatum nisi lex diceret non
concupisces / Item dicitur lex peccati prohi
bitiva / unde et dicitur lex positiva
Heb x / irritam quis faciens legem
Moysi sine aliqua miseratione mo
ritur / Item dicitur peccati aggravativa
Rom 4 et 5 / lex subintravit ut habun 43
daret delictum / lex ergo bona non
mala quia indicat peccatum ut caveatur
prohibet illud et punit si non caveatur
aggravat peccatum quia gravius est
peccare scienti quam ignoranti peccatum
etiam consentiens sum quia ignorans
feci / quod autem dicitur lex ministratio 44
mortis et dampnationis ideo dicitur
quia transgressores condempnat et in
dicat puniendos morte temporali vel
eterna / unde Rom 7 dicitur / lex utrum operetur
non solve per distinctionem legis / quoniam
ponitur pro ceremonialibus que non erant
ita bona quod sufficerent ad salutem /
quoniam pro moralibus que sunt salutaria
Et nota quod ceremonialia que prima 45
signa erant et omnia sacramenta
legalia cessaverunt quia erant umbra
future veritatis / omnia enim significabant
virtutes Christi sicut agnus mansuetu
dinem columba simplicitatem turtur
castitatem / que umbram habebant
futurorum bonorum ut dicit apostolus Heb 9
et x / Et ideo adveniente veritate

cessauit / Translato enim sacerdotio ne
est ut legis translacio fiat ceruulis
legalis / hebr a ex ext de qst translao
xpus enim postqm legem impleuit
eam fecit cessare . et sic eam impleo
finiuit / ut de qst xxe fine / ffinis
eni legis xpus / Rom x / no dicit qz
fact uel solut legem quia no fecit
aliquid ad eius oppositum tenet ex
lege . Ymo ipe docebat sicut ptatem
habens . et no sicut scribe et phasei
qst a / Et ideo eius fuit interptari
eius et condere / Extra de sna exco
qnt alia / Et qui condidit quod et
sicut voluit potuit derogare sicut
facit ppa et impator / Ymo omnis
res p quascunqz causas nascitur p
easdem dissoluitur / Ext de reruus c j
potest etiam dici qp lex no est deleta
quia mala sed quia nimis bona
magis bonis cedere debuit / ptea lex
veteris erat pmissionis . lex euuen
solucionis / soluto ergo pmisso de
buit cessare pmissio / Et hoc mod
pt dici qp xpus debuit legem solue
r pagare / Sicut carta alicuius obli
gationis dicit soluta r pagata / Sic
lex a xpo pt dici soluta r pagata /
Si igit alicubi inueniat qp soluta
sit lex r dissoluta a xpo sine impta
siue euacuata restitudinem est ad ob
ligatom . quia iam no obligat post
qm impletum est quod ea pmissum
fuerat p uerba uel figuras / Eodem
mo dicit etia aplus Rom z / c4 de
struxerat legem quia desierat eam
iam no obligare / Simil Rom z
dicit / Quod euacuat scz ab obligaoe
sicut qntingebat sicut qnuit loqueres
de eo quod futurum est dicimus erit / sed
tm venit illud est dimittimus et di
cimus est / et tn pficit utraqz di
mittimus et dicimus fuit / Sicut

rebus p initiatis alicuius sacrmenti
ubi pus manifestat sacramentum
no oportet seruare eius signum uel
signum eius . ante signa no fuit 41
alicuius mysterij sed apte fidei indicat
initatem uel caritatis edificacionem co
mendant / ut sunt moralia que sunt
de iure naturali illa manet et non
solum a iudeis ad quos sed etiam a
xanis sunt imperium obseruanda
et illa obseruata vita qsumit ecto
seruant ut patet luc x / hoc fac et uiues
item mt xix / Si vis ad vitam ingre
di serua mandata / Qui ante lege
moysi uult seruare ad litteram quasi
ydolatriam committit cum sit abolita
ex quo sunt qsumata p xpm / Unde
in passione dixit consumatum est
Ioh xix / Quia uetera transierunt et
ecce noua facta sunt omnia ij Cor v .
Unde no esset religio sed supsticio si
ceremonias vetum festes hmo obuento
miscerent / Et ita patet qp veteris tes
tamentum data sunt ad quos et finitum
p xpm Rom x ffinis legis est xpus 78
Item doctrina humano generi /
conuenit infirmitate corruptum et mor
tem qua homo meruerat p pctum
de qua dictum est supra / ibi homo sup
dya peccauit / ca qua nemo pst po
terat liberari uel iustificari / contra
errorem pelagij qui dicit hominem
posse iustificari p solum liberum arbitrium
sine gracia dei / 29 q 4 quicumqz eccl
qnt ad tpm ij ibi omnibus fide bona
ostendentes ut doctrina saluatoris im
ornent . apparuit gracia dei ref item ad tit
z / Apparuit benignitas saluatoris
um dei no ex opibus iustitie que fecim
nos Et infra iustificati gracia ipius
p hoc patet qp no tm p liberum arbitrium
sed p dei graciam iustificamur / Ad idem
de qst dis q Gra in fine concordancijs

h

contra hunc errorem dictum est supra
ibi / Sed ipsi per se soli sunt mali /
59 Quod autem sine gratia non possit homo
iustificari per liberum arbitrium vel per
naturam humanam patet / quia gratia dei
media est inter naturam et gloriam
quia est gloria inferior et superior
natura nec sine gratia potest natura
ad gloriam pervenire / quia ex corruptione
primorum parentum prona est natura ho
minis ab adolescentia in malum / Genesis 8
capitulo 21 / Unde oportet quod gratia elevet
naturam super se et apprimet gloriae
quod fit in articulis et sacramentis fi
dei / Item gratia dilatat naturam
contra se quod fit cum facit diligere
inimicos / Item extendit eam ultra
se ad preterita quasi ad posteriora et ad
futura. et ita necesse est quod gratia dei
vincat naturam nostram contra nosmet
ipsos et efficiat nos nobismetipsis
superiores / Proverbiorum 16 / melior est qui do
minator est cordis expugnatore ur
60 bium / Ad hoc quoque datur gratia
anime humane ad quod natura non valet
mobilibus scilicet ut eam ad deum vel ad
finem vel ad locum quietis sue congruen
tissimum moveat. et in eodem quie
tet / Sicut et natura corporea que na
turaliter movetur ad loca sua manens
et in eis ea quietat / Anima non hu
manam mentem suam sine gratia dei
sursum ferri et stare sine omni moti
onum suarum scilicet beatitudine est impossibile
Unde patet quod solum liberum arbitrium
vel natura humana non sufficit homini
61 ad iustificationem / Et ideo quod sicut na
tura in hiis que naturaliter moventur efficiens et
regitiva est motuum naturalium Sic
gratia in hiis que voluntarie recte
moventur efficiens et regitiva est mo
tuum voluntariorum / Et sicut natura
que principium est motus et quietis
naturalia movet ad loca sua. et ea
in illis ordinat et quiescere facit et
a locis innaturalibus ea avellit et
fugere facit / Sic gratia ab hiis que
contra deum sunt fugere facit mentem
humanam et eam ad deum ut ad locum
suum congruentissimum ut in eo quies
cat impellit / In solo enim deo humana
mens naturaliter quiescit / et quamdiu est
extra ipsum et deum bona eadem est / propter
quod inquieta est in omnibus aliis
et molesta / Unde et omne aliud gau
dium fastidit postquam illud adepta
fuit. nec in alio sustinet longam mo
ram / Unde Augustinus in primo libro confessionum
domine fecisti nos ad te et inquietum est
cor nostrum donec requiescat in te propter quod
apparet nil aliud esse locum sue qui
etis nec aliud esse finem motuum suorum
spiritualium preter deum / Omnis enim creatura
in suo proprio mobiliter et infatigabiliter
requiescit / quod apparet in levibus
et ponderosis / ponderosa enim ab ymo
nisi vi avelli non possunt nec levia
a sublimi quin tota vi nature sue
reluctentur et renitantur / Ex quibus
patet quod detestabiliter errant pelagiani
qui magnitudinem divine gratie non
cognoscunt nec lesiones suas et
defectus sentiunt nec curationis facul
tatem attendunt dum credunt se posse
iustificari sine gratia dei sola vi liberi
arbitrii vel nature / Illud autem agunt 62
cum motus liberi arbitrii ad occa
sionem infusioni gratie inducitur
verbi dei vel meditatio scripture vel
oratio vel fraterna monitio vel recor
datio peccatorum et alia huiusmodi que mo
vere possunt liberum arbitrium quod in ea
que sunt gratie / Gratia non est me 63
dicina et virtus qua iuvatur liberum
arbitrium contra vicia et peccata et contra
propriam infirmitatem ut surgat eam
quasi quodam itinere cuius victoria
est cordis contritio per quam surgit ad deum

cordis conversio siue iustificatio peccatoris
64 Gratia dicitur quia est donum dei gratuiti
sola bonitate creatoris collatum

Creavit contra illos qui
dicunt alium esse deum veteris
testamenti et alium novi testamenti
65 Ad quod notandum quod heretici qui deum argunt
veteris testamenti ex quatuor iudicibus
procedunt / Una ex contrarietate que vi
detur inter novum testamentum et vetus de
quo iam diximus / Secunda ex muta
bilitate ipsius que in scripturis legitur
Genesis vi penitet me fecisse hominem contra
quos dictum est supra ibi incommutabilis
Tertia ex crudelitate ipsius que in scrip
turis eius invenitur contra quos supra agitur
Quarta ex mendacio de quo ipsum ar
guunt ut supra ibi / Verus / Heretici
qui dicunt deum veteris testamenti esse
malum inducunt Genesis i In principio cre
avit deus celum et terram / terra autem erat in
anis et vacua / Ecce inquiunt quod deus
veteris testamenti est auctor vanitatis
et opus suum a tenebris incepit qualis
ergo sit patet ex operibus suis et per
quos patet quod tenebrosus erat et malus
cum econtrario de deo novi testamenti
Johannis i dicitur / deus lux est et tenebre in
eo non sunt ulle / Primo quod terra dicitur
inanis id est infructuosa quia adhuc non
faciebat fructum / terra non dicitur facta est
fructuosa / Unde Genesis / Germinet terra
herbam virentem et facientem semen / Sed
propter maliciam hominum reddidit eam sterilem
Psalmus / Terram fructiferam in salsuginem
Vacua autem dicebatur ab habitatore
usque ad sextum diem in qua factus est
homo Psalmus xlv / Ego dominus feci terram et
hominem super eam creavi / Quod autem
dicitur Tenebre erant super faciem abyssi
sic expone id est non erat lux / Tenebre
enim non sunt aliquod opus sed tantum
absentia lucis ubi nata est esse / Et
66 nota singula scilicet dicitur / Hec sanctitas
per Moysen tribuit . Hinc quod Deus dedit salu
et tandem longe quod dei res viam vite
monstravit / per que omnia patet quod idem
deus veteris et novi testamenti sit
contra Zaroen et Arfaxat qui dixerunt
datorem legis Moysi esse principem
tenebrarum / contra quos Luce i Sicut
locutus est ad patres nostros Abraham
et semini eius suscepit Israel puerum suum
Ex hijs patet quod idem est deus novi
et veteris testamenti / Ad idem dicit
iiii Malachie ultimo / Ego mittam vobis
Heliam prophetam antequam veniet dies
domini magnus et horribilis et convertet
corda patrum ad filios et corda filiorum
ad patres eorum / Mattheus xvii / Apparuit cum Christo
Moyses et Helyas loquentes cum eo
Et Johannis viii / pater meus qui glorificat
me quem vos dicitis quod deus vester est /
Ecce patet quod iste quem iudei dicebant
esse deum suum pater Christi est / nullum autem
dicebant esse deum suum nisi illum qui
dedit vetus testamentum / Ergo deus
veteris testamenti pater Christi est / Iste Luce
ultimo / necesse est impleri omnia que
scripta sunt in lege Moysi et prophetis
Item Luce xi / Mittam ad vos prophetas
et apostolos et ex illis occidetis / Johannis v
Scrutamini scripturas in quibus vos
putatis habere vitam et ipse sunt que
testimonium perhibent de me / Petrus
Actuum iii / deus qui prenunciavit per os
prophetarum omnium pati Christum suum implevit
sic / Ad Hebreos i / Multifarie multisque
modis olim deus loquens patribus
in prophetis novissime locutus est nobis
in filio / Ad Romanos i / Segregatus in
evangelium dei quod ante promiserat per prophetas
suos de filio suo / Et ii Petri i Ad idem
Et dicit cum eius / Item dicit Hugo etc

Salutarem / hec doctrina 67
salutaris est theologia
que est scientia dans

sufficiente notitiam de hiis que per-
tinent ad salutem / Et agit principa-
liter de septem in summa scilicet de trinitate
dei de creatura mundi de corruptela
peccati de incarnatione verbi / de gracia
spiritus sancti / de medicina sacramentali
et de statu finalis iudicii / Et quia deus
est trinus in essentia trinus in personis
ideo hec doctrina que dirigit ad deum
habet triplicem modum intelligendi et ex-
ponendi in trinitate littere scilicet allegoriam
tropologiam et anagogiam / unde per
allegoriam habemus noticiam credendorum
veraciter / per tropologiam noticiam agendorum
moraliter / per anagogiam desiderandorum
delectabiliter ut sic purgati prauitate
operum illuminati per radiositatem fidei
et perfecti per ardentissimam caritatem perveni-
amus ad bravium felicitatis eterne
68 Item salutare / Contra hereticos
qui arguunt deum veteris testamenti
fraudis et doli mendacii et primo ra-
pine et crudelitatis / quia precepit
spoliare egyptios / et quia submersit
eos et quia prostravit filios israel in deser-
to / Dicendo quod non invenit littera quod hi
aut dolo tulerint aliquid ab egyptiis
immo potius quasi debita postulatio
69 cum violentia abdicat / gracia vero
dolum excludit Item ps / domini est terra
et aggei / meum est aurum et meum est
argentum / potuit ergo de suo sine
iniuria dispensare mt xx / An non
licet michi facere quod volo / quia
non facit iniuriam qui utitur iure suo
2q q 2 per totum exempla de ubi sigillum
spolia hec nondum / Item deus est dominator
excelsus super regnum hominum / et cuicunque
voluerit dat illud Item regnum a gente
in gentem transfert propter iniusticias et con-
tumelias et diversos dolos / ecc 9
Item 18 / et mt 21 auferetur a vobis
regnum dei et dabitur genti / et 23 9 8
si de rebus / in fine / Item cum hebrei
qui erant liberi servivissent egyptiis

iubente deo potuit mercedem similia
laboris recipere / Sap x / ut dicas hec in
figura contigisse / Item primo testamento
et vivi de portis / et agit 29 de talento
opponere hereticos unde dicat deus finem
70 novi testamenti / Apoc 3 et 16 / Simon
ingilans veniam ad te tamquam fur et
Ioh 9 / Ego misi vos metere que non
seminastis Item salutare / contra
71 illos qui deum veteris testamenti dicunt
malum et crudelem quia occidit et
ponit oculos suos super populum in malum
et non in bonum / Amos ult / Dicendo quod
ibi deus supplicia peccatoribus comminatur
et in hoc agit misericorditer puniens
legis transgressores quia per hoc ostendebat
quam graviter essent puniendi transgres-
sores legis filii dei heb x / Irritam quis
faciens / et cetera / Fuit ergo lex salutaris suis
observatoribus sed lex mortis suis con-
temptoribus uel transgressoribus / Rom
72 v / Et nota quod tripliciter tunc peccata habun-
dauerunt lege data in hiis in quibus
non erat gracia / primo ut dicit Ambrosius
dyabolus videns legem in auxilium
hominis datam magis exarsit adversus
hominem in iracundia et magis contra
eum sevit ut legem intrat impugnare
tamquam prius quasi securus possidens minus
temptaret / unde Gregorius illos pulsare
negligit quos iure quieto se pos-
sidere sentit / Secundo quia homo naturaliter
appetit libertatem et fugit servitutem
eo / nitimur in vetitum semper cupimusque
negata / eundem non licet magis quod
desiderat / Tercio quia prohibitio erat occa-
sio frequentis recordationis rei prohibite
recordatio non irritativa est concupiscentie
illud patet Rom v / lex subintravit
ut habundaret delictum intelligendum est
consecutive / hoc enim consecutum est ex lege
quantum ad illos qui graciam non habebant
et viribus suis confidebant quia dum

H

plus peccauerit / Cum non punire ma
los non sit crudelitas sed iusticia patet
eciam iustus dominus in omnibus viis suis
Ergo debet iudex penam pro malis / quod
eciam locum habet in nouo testamento
Math xiij mittet filius hominis angelos
suos et colligent de regno eius omnia
scandala / luc xiij / Item Math 24 ite
maledicti in ignem eternum / Ite paulus
dum percuteretur act xxiij / percuciet te
deus paries dealbate / Etiam Elymas
magus resistebat paulo excecatus est
Et ananyas a petro et periit subita
nea morte / Et herodes percussus ab an
gelo quia non dedit honorem deo act
xij / Item Rom 3 / nunquid iniquus est
deus qui infert iram / absit / alioquin
quomodo iudicabit hunc mundum / Et si
dicat / si nephas est deum inferre mor
tem temporalem et quanto plus eternam
Si ergo deus morte eterna dampnabit
impios multo forcius temporali / Quid
ergo mirum si modo ad tempus occidit cor
pus qui ipsum eternaliter cruciabit Item

13 Salutarem Eterna doctrina fidei dicitur
salutaris quia secundum ethymologiam dicitur ad
salutis rem vel dicitur racio salutaris
eterna de hiis que sunt salutis per se
id est in eo quod sunt salutaria scilicet de medico
de medicinis atque dieta et de salute
ipsa / Medicina sunt medicamenta
diuinis sacramenta / dietam precep
ta abstinendi et continendi et generaliter
declinandi a malo et faciendo bonum
opera cum tam interiora quam exteriora
tibi sunt meliores homines propter quod
dietam dicimus eorum obseruancia
Salus vero est gracia et gloria / Medi
cus vero salutis auctor ipse deus et
medicamenta eciam pertinent integra
passio redemptoris / et cetera que scribuntur in
textu que propter salutem generis humani
aut fecit aut pertulit filius dei / Sicut

ergo lex salutaris propter congnicionem
peccati Rom vij peccatum non congnoui
nisi per legem / nec sunt propter hoc lex
mala sicut nec sal is videns malus
licet videat pulchritudine nociua
quam aliquis appetit / Et sicut scien
medicine non est mala que ostendit
venenum mortiferum quamuis aliquis
ea abutatur / Sic nec lex est mala
licet sit alicui occasio mali / Item
hec sancta tenetur doctrina quando
quod tenuit salutarem / per ista verba 12
patet quod non humano sensu non for
tuitu casu sacra scriptura data sit et
scripta sine ordinata sed sapientie
celestis artificio admiranda / Et ideo
omnes libri et omnes exposiciones
sacre scripture quibus vtitur ecclesia
sancta in vna concordie concordant
catholicam vnitatem / patet eciam quod per
magisterium diuine pietatis omnes
libri existent propter omnem erudicionem
et edificacionem que inde elicitur prout scripti
sunt sicut ex dei voluntate factum est /
et sic accedendum quod omnia opera sua fecit
propter omne bonum vsum et vtilitatem
que ex eis elicitur / Et non quod ista que 14
in lege dei precepta sunt quedam mani
feste pertinent ad honorem dei et utili
tatem proximi / quedam non signa sunt
futurorum quedam non que videntur esse
sine racione precepta sunt propter ydolatriam
cui abolende magna pars legis in
tendit / Multum enim precepit sibi deus
offerri ne ydolis offerretur / Vnde co
mendatur abraham genesis xv / Credidit
abraham deo et reputatum est ei ad iusticiam / 15
Illud eciam notandum quod non omnes
legis consuetudines abiecit ecclesia
sed quasdam pro iudicio consideracione retinuit
vnde et sponsa dicit Cant 7 / omnia
poma noua et vetera seruaui tibi
Adhuc enim considerat plena luna
ne pascha celebret mense / Adhuc

consistit olei unctionis et thuris
suavitatis intendit. adhuc solvunt de-
cimas et primicias / ar. 23 / adhuc sunt
altare candelabra et lucernas vestes
et vasa / pontifices sacerdotes et le-
vitas / non sunt igitur omnes legales
consuetudines penitus abolite sed
immutate in melius commutate sicut cir-
cumcisio in baptismum / iste continua-
tur versus qui dicunt salutare / contra
11 istos qui dicunt impossibilia esse dei
mandata / contra quos Jeronimus / Extra contra
eorum blasphemias qui dicunt aliquid
homini impossibile esse preceptum cum man-
data dei non a singulis sed ab omnibus
in commune posse servari / et contra istos contra-
dicimus qui cum manicheo dicunt hominem
peccatum vitare non posse quam illos qui
cum Joviniano asserunt hominem non posse
peccare ¶ Huiusque actum est de
18 summa trinitate / Unde similiter vere col-
ligere quod fides catholica credit firmiter
et simpliciter confitetur patrem et filium et
spiritum sanctum tres personas esse unum deum
totamque trinitatem essentialem et
substantialem et coeternalem et coo-
mnipotentem et singulas quasque in tri-
nitate personas unum deum esse creatorem
factorem gubernatorem et dispositorem
omnium corporalium et spiritualium visibi-
lium et invisibilium novi ac veteris
testamenti unum eundemque auctorem
qui de nichilo cuncta creavit et qui
misit iohannem baptistam et ipsum mis-
tum spiritu sancto repletum in utero
matris sue

Et tandem / absque
istis ad locum illum / Unde
hoc est fidelium / explanatur
septem sigilla / scilicet post quae
sine nemo poterat salvari nisi leo de
tribu iuda / per que intelliguntur septem
status christi de quibus agitur hic scilicet
conceptio de spiritu sancto / nativitas de
virgine / passio voluntaria / descensus
ad inferos / resurrectio / ascensio / adventus
ad iudicium / Et tandem / contra istos 19
qui dicunt legem cum evangelio et circumci-
sionem cum baptismo servandam / contra
quos Rom 3 / 1 Cor 7 / Heb 7 / Gal
5 / Col 1 / Act 15 / et ad idem Extra de
bap. / et eius effectu / c. maiores circa med. 20
Et tandem / id est postquam venit plenitudo
temporis / hoc est tempus gratie / Gal 4
Unde scilicet venit auferre primum ut se-
quens statuet / Heb 10 / plenitudo tempo-
ris est tempus gratie quod ab adventu salva-
toris incepit / nam gratia et veritas per
ihesum christum facta est Joh 1 / Gratia id est re-
missio peccatorum / veritas id est exhibicio
promissorum / per ipsum enim sunt peccata deleta
et promissa completa / Si queritur quare
tam diu sustinuit in peccatorum incultu
suo deus / Respondeo / quia ideo tamdiu
sustulit distulit et sustinuit ut homo
primus instrueretur de lege naturali
et scripta ut convinceretur quod per eventum
posset plene iuvari / Si enim festinus
venisset medicus ad sanandum egro-
tum putaret egrotus se non medici vir-
tute sed nature vigore vel infirmitatis
levitate sanatum / et sic vilipenderet me-
dicum et medicinam / parvipenderet egritu-
dinem / ut ergo de sua virtute desideret
ut magnitudinem infirmitatis agnosceret
ut medici gratiam postularet distulit
salvator adventum donec peccator clamaret
frequenter et diceret / Veni domine et noli

tardare relaxa facinora plebis tue etc.
Et ratio est quia ita deus sustinuit imperfectionem
humanam sicut sustinet principium imperfectionis
et parvitate in seminibus vegetabilibus
et in omnibus animalibus donec per incre-
menta magnitudo sue perfectionis eis ad-
veniat. Et non oportet mirari hoc querere
vel significare quare nascuntur homines
parvuli et non potius viri perfecti atque robo-
rati. Et quare ponuntur ova sub avibus
ovantibus et non potius animalia per-
fecta ex eis nascuntur. Natus est enim dei
filius et vera religio in mundo quoda-
modo ut semen et ut parvulus per temporis in-
crementum et ineptitudinem quantitatis hominum
crevit et tandem. Licet deus a principio
mundi potuit incarnari noluit tamen
nisi precedente lege nature et lege scrip-
ture et primo patriarchas et prophetas mit-
teret quibus et per quos incarnatio est pro-
missa. Causa sic debuit secundum libertatem
arbitrii secundum sublimitatem remedii et
secundum integritatem universi. Nam magis ideo
summus artifex hoc attendit. Causa igitur
libertas arbitrii hoc requirit ut ad modum
tractaretur iniuria. Sic debuit deus hominem
reparare quod salvatorem inveniret qui quereret
salvatorem. Nullus autem querit medicum
nisi primo cognoscat morbum. Nullus
querit doctorem nisi cognoscat ignorantiam
nullus querit adiutorem nisi cognoscat
impotentiam. Cum ergo homo lapsus
superbiebat de scientia et virtute ideo
permisit legem nature in qua convincitur
de ignorantia. Sed permanente superbia
de virtute addidit legem preceptis mora-
libus erudientem et ceremonialibus ag-
gravantem ut habita scientia et cognita
impotentia confugeret homo ad divinam
gratiam et auxilium postulando que data
est nobis in adventum Christi. Et ideo post
legem nature et post legem scriptam
subsequi debuit incarnatio verbi dei.

Rursus quia sublimitas remedii
requirit ut credatur fide firmissima
et ametur caritate ardentissima tanquam
mysterium secretissimum et saluberrimum
ideo congruum fuit ut ante adventum
Christi precederent multa testimonia propheta-
rum explicita in verbis quam implicita
in figuris ut quod erat secretum certum
fieret ad credendum. Precederent etiam multo-
rum promissa et ardentissima desideria ut pro-
missum beneficium expectaret expectatum
differretur dilatum amplius desideraret
et diu desideratum ferventius amaretur
gratiosius susciperetur ac susceptum sollicitius
servaretur. Item causa integritas ex
parte universi requirit ut universa sint
ordinata quantum ad loca et tempora
et opus incarnationis erat perfectissi-
mum inter omnia opera. Oportuit ergo opus
illud fieri in fine ut sicut primus homo
qui erat totius mundi sensibilis or-
namentum fuerat conditus ultimo scilicet
sexta die ad totius mundi completio-
nem. Sic secundus homo ad totius
mundi complementum sexta etate incar-
naretur. Ut in quo primum principium iungitur cum
ultimo scilicet deus cum homine fieret in fine
temporum id est sexta etate. Quia lex gratie
implet legem scripture et solutio pro-
missi implet promissionem. Sexta enim
ratione senarii signat plenitudinem.
Ideo adventus Christi dicitur plenitudo
temporis non quia motus adveniat tempus
finiatur sed quia temporalia mysteria imple-
antur. Sic ergo Christus non debuit venire
in principio temporis quia tunc adventus
nimis esset festinus sic nec differre
usque ad finem seculi quia tunc nimis
esset tardus.

Ungentius contra illos 81
qui Christum purum creaturam
dicunt. Ad quod inducunt illud Eccli.
i. primo omnium creata est sapientia.

de qua dicit p cor j / predicamus xpm
dei virtute et dei sapientiam / Ex hoc ar
guunt nos esse hereticos quia dicim
quod filius a patre solo non factus nec crea
tus sed genitus / Respondeo quod ibi loquitur
de xpo secundum naturam humanam qua as
sumptus erat / et loquitur more prophetico
ponens preteritum pro futuro / vel dicitur
scriptura creata i. decreta creari postea /
Ad idem Eccl 24 / Ab initio et ante secula
creata sum i. provisa et ordinata cre
ari et fieri creata cum fieret temporis ple
nitudo / Ad idem prov 8 / dns possedit
me initio viarum suarum i. disposuit
me facere creaturam secundum humanitatem / Item
est contra paulianos qui dicunt non pre
fuisse xpm sed a maria sumpsisse ex
ordium / Et contra bonosianos et feli
cellianos qui dicunt xpm filium dei
adoptivum tantum et non proprium / de quibus
24 q 3 / quidam / Et extra de celle missi
cum quadam / Quod autem ihesus xpus
unigenitus sit dei filius unius substantie
cum patre patet joh 3 / Sic deus di
lexit mundum ut unigenitum suum
daret / Et mt 1 Initium evangelii ihesu xpi
filii dei / Et mt 3 / et 17 / Vox facta est
de celis / Hic est filius meus dilectus in
quo michi bene complacui / Similiter
mr 1 et 9 / luc 3 et 9 / joh 1 / Item / Sic
nunc confitebantur servi mundi / mt
16 / mr 11 / luc 9 / Quod autem ihesus xpus
sit filius dei naturalis et consubstantialis
patri / joh 1 / In principio erat verbum
non dicit in principio cepit esse / sed sic
dicit In principio erat / ut per hoc sine
ullo temporis initio de patre genitus
monstraretur / Ibidem / Verbum caro factum
est et vidimus gloriam eius gloriam quasi
unigeniti a patre / Item p joh 4 / In
hoc apparuit caritas dei in nobis quoniam
filium suum unigenitum misit / et joh
ult / Ut cognoscatis verum deum et

sumus in vero filio eius hic est verus
deus et vita eterna / hic veritatem nature
palam ostendit que adoptionis suspicionis
adimit et excludit / Est ergo ihesus xpus
unigenitus dei filius per nature veritatem
tem sed alii per gratie collationem eciam sunt
filii ire ut dicitur ephes 2 / sed per gratiam
dei facti sunt de non filiis filii dei / xpus
vero ingenitus homo semper fuit ab omni
peccato immunis unde integrum fuit ipsi
filius et ideo non potest dici filius adoptionis
sine gratie adoptionis sed potius gratia
unionis divine et humane nature
in xpo ut patet in subsequentibus

Dei filius contra arrium 82
et alios qui dixerunt ihesum xpm
dei filium factum a patre non genitum
et ideo minorem patre sicut creaturam
Ad quod inducunt mt ult data est michi
omnis potestas / Ex quo dicunt minorem esse
filium patre qui habet sibi dedit potestatem
Respondeo quod duplex erat potestas in xpo sicut
et duplex natura / secundum humanam
minor secundum divinam equalis / Ad idem
joh 14 / pater maior me est / Et joh 1
ait iohannes baptista / qui post me
venit ante me factus est / Sed non secundum
carnem / ergo secundum divinitatem ergo
incepit esse deus / Respondeo quod xpus factus
est ante iohannem baptistam non tempore
sed dignitate Contra hunc errorem 83
joh 1 omnia per ipsum facta sunt / Et in
symbolo / Et in ihesum xpm ante secula
natum a patre / Aug in libro de symbo
Si verus est filius hoc est quod pater
ergo si pater deus filius deus / quodque
enim est quod generat idem est quod generatur
non enim generat homo bovem nec ovis
canem / Sic deus generat deum / et quia unus
unum et ideo unigenitum etc quos omnipoten
Item unigenitus dei filius unigenitus 84
secundum ysidorum dicitur secundum excellentiam
sine substantiam divinitatis / iuxta illud

Joh. 1 vidimus gloriam eius gloriam quasi
unigeniti a patre/ Primogenitus secundum
85 humanam societatem sive susceptionem hu
manitatis iuxta illud Rom. 8 f/ ut
sit ipse primogenitus in multis fratribus
primogenitus in gratia/ unigenitus in
natura. Inde est quod frater nuncupatur et
dominus. frater quia primogenitus/ dominus quia
86 unigenitus/ Secundum quod unigenitus conve
niunt ei nomina naturalia ut deus filius
dei verbum principium sapientia virtus y
mago splendor figura/ Secundum quod primo
genitus conveniunt ei nomina accidentalia
ut agnus sacerdos petra lapis leo
vitulus aquila homo et cetera/ Item
87 dei filius contra Carpocratianos qui
dicunt Christum hominem fuisse tantum de utroque
sexu progenitum/ Contra quos Ys. 7
vocabitur Emanuel/ Item verbum ponitur
ibi/ et sequitur quod interpretatur nobiscum
deus. Item Ys. 9/ vocabitur nomen eius
admirabilis consiliarius deus fortis
Item Ys. 35/ deus ipse veniet et sal
vabit nos. Item Baruch 3/ hic est
deus noster qui in terris visus est et cum
hominibus conversatus est/ Joh. 1/ deus erat
verbum/ Et verbum caro factum est/ Rom. 9
Ex quibus Christus est secundum carnem
qui est super omnia deus benedictus in secula/
Item prima Joh. ultimo/ Scimus quia filius
dei venit/ et dedit nobis sensum ut cogno
scamus verum deum et simus in filio eius
vero. hic est verus deus et vita eterna/
Item contra [illegible] patrem passum
Christum hic est verus deus/ Ex premissis patet
quod Ihesus Christus fuit filius dei verus deus
88 Item hunc errorem destruunt sin
gula que hic ponuntur scilicet quod Ihesus Christus
Christus est filius dei a tota trinitate sed
incarnatus de Maria virgine et spiritus
sancti cooperatione conceptus. Ihesus
Christus qui est filius Christus origine non
adoptione/ veritate non nuncupatione/

nativitate non creatione. Idem enim
est cum patre filius per naturam quod homo
assumptus eandem naturam habet quam
ille qui genuit/ Unde ait angelus quod
ex te nascetur ex te sanctum vocabitur filius
dei Luc. 1/ Et ideo patet quod deus ex natura
est quod filius eiusdem nature sit cum patre
ut de homine homo sic de deo deus/ 89
Ihesus/ Ihesus hebraice dicitur
Ioshua/ grece/ salvator latine
interpretatur/ sicut dicit Ysid. in
libro Ethym./ nomen ab angelo fuit im
positum filio dei et exponitur Mt. 1
vocabitur nomen eius Ihesus ipse enim sal
vum faciet populum suum a peccatis eorum/ Iste
solus dei est Ihesus hoc est nomen sanctum 90
quod insculpere iussit deus scribi in la
mina aurea et portari in fronte pon
tificis super omnia alia ornamenta.
quia hoc est nomen quod est super omne
nomen/ Eph. 1 f/ ut in nomine Ihesu
omne genu flectatur/ Phil. 2 Item hoc 91
nomen tetragramaton sive ineffabile
quod est adonay non quia dici non possit sed
quia rem designat ineffabilem/ scilicet
divinam unionem Christi/ Item patet ex nominibus
et interpretationibus litterarum ipsius nominis
simul iunctis. Scribitur enim quatuor litteris
scilicet I E W E/ que secundum hebreum
scribuntur ioth he wau heth unde dicitur
tetragramaton/ a tetras quod est quatuor et thyma
littera. Ioth sonat principium/ he vite/
wau passionis/ heth iste/ id est principium
vite passionis iste/ quasi dicatur per
passionem eius habebitur vita mediante per
vita/ Ihesus enim est principium id est auctor
vite passionis id est vite restaurator per
passionem/ quia mortem nostram moriendo
destruxit et vitam resurgendo reparavit
Item hoc nomen Ihesus aliter scribitur 92
quam profertur scribitur enim sic IHS/
ubi sunt tres littere distincte/ scilicet
I H S/ media autem scilicet h in superiori

parte depingit in modum crucis /
quia prima littera in hoc nomine ihs que
littera est principium omnium nominum et ideo
significat patrem qui est principium omnium / H
significat spiritum sanctum / H enim non est littera sed
aspiracionis nota / et ideo quia quasi
nichilum reputatur / significat christum qui cum
in forma dei esset semetipsum exinanivit
phil 2 / et ideo in superiori parte in hac
littera h crux depingitur / ad signandum
quod christus crucifixus fuit et quasi nichilum
reputatus / iuxta illud ys 53 nec re
putavimus eum / Ihesus hoc nomen
1 distinctum in tres dictiones scilicet ie eu us
quodlibet est nomen dei sicut dominum
scilicet ie . eu . us / iste eciam tres vocales
littere hic et ibi significant divinitatem que
cum sit una per se sonat tamen in tribus
personis / nam tres sunt qui testimonium
dant in celo pater verbum et spiritus sanctus
et hii tres unum sunt / Johannis 5 / tres
vocales in uno nomine / tres persone
2 in una substantia / quia in hoc ante nomine
ihesus sunt due consonantes i . non per se
sed cum aliis sonantes / quia in ihesu
non solum fuit divinitas sed humani
tas ipsi divinitati in una persona uni
ta / hec scilicet humanitas per illas du
as litteras significatur / hec cum habeat duas
substantias corpus scilicet et animam non sonat
per se sed magis cum alia scilicet divinitate
cui est unita humanitas in una
persona / ita sicut anima racionalis et
caro unus est homo ita deus et homo
unus est christus / in hoc nomine ihesus
due sillabe coniuncte sunt ad signandum
quod iste duas naturas est in una eadem
que persona / divina scilicet et humanam
ut dicitur infra ibi / una in duabus
tamen persona / Item hoc nomen ihesus
3 tres est inflexiones per quas declinatur
ihesus ihesu ihesum / prima desinit in s .
secunda in u / tercia in m omnibus ... omnibus

sonat unum / quia ihesus de quo agitur
ipse est qui dicit se aut Ego sum / scilicet qui
pro salvando humano genere se obtulit
passioni / Johannis 18 / Et iterum dixit / Ego sum
qui sum / qui misit moysen ad populum
israel liberandum / hoc est nomen sanctum et glo
riosum quod invocatum est super nos / nec
est aliquod aliud nomen sub celo in quo
nos oporteat salvos fieri / Actuum 4 / Ihesus
Bernhard / nomen dulce nomen suave 4
nomen delectabile nomen amabile no
men utique salutare / Item . nomen ihesus
amoris dulcis consolacionis precibus
adiutor fortis / non / hoc nomen ihesus 5
est quasi turris fortissima ad quam con
fugiunt qui ab hostibus insequuntur /
ps / Esto michi domine turris fortitudinis
proverbiorum 18 / Turris fortissima nomen
domini / ad dominum currit iustus et exaltabitur
per fortitudinem huius nominis resuscitat
mortuos / de hoc nomine dicit Bernhardus super
illo canticorum 1 oleum effusum nomen tuum
Si scribis non sapit michi nisi legero
ibi ihesum / si legis aut disputas non sa
pit michi nisi sonuerit ibi ihesus / iste 6
mel in ore melos in aure iubilus in
corde oleum suave / hoc nomen sanat
et supernatat omni cui miscetur liquori
istud liquide nomen significat quod est super
omne nomen / phil 2 / hoc ergo nomen 7
debemus honorare dilatare et in for
mare homines ut honorent illud cor
de ore opere et maxime cum auditur in
oracionibus nomen marie aut aliorum
sanctorum flectunt genua idem faciat
ad minus cum dicitur per dominum nostrum ihesum christum
Bernhardus et quando cum cogito ihesum cogito
hominem mitem humilem benignum modes
tum sobrium castum omni denique hones
tate et sanctitate conspicuum ipsumque
deum omnipotentem qui me suo trahit ex
emplo et roborat adiutorio ...

hm̄ .i. ihū · yosue dcūs est ihesus / Etiam
sicut ille mortuo moyse fuit dux iste
et transduxit populum per yordanem ad terram
promissionis / Sic ihesus xpistus defuncto
moyse .i. legali observatione cessante
per yordanem .i. per gratiam baptismi ad
terram promissionis hoc est ad eternam beatitudinem
nos ponit / Attende facta yosue
qui dicitur ihesus Exo xvij quando bene co
uenient per mysterium domino nostro ihesu xpisto
Iste elegit viros potentes ex israel /
duxit exercitum / contra amalech
pugnauit / Vincit dum manus eleuantur
ad celum / Exo xvij / transduxit per yordanem
introduxit in terram promissionis yosue
iij / facit stare solem yosue x / prohibet
suo / circumquaque locum calcauit pedes
eorum corporis eicit / yosue iiij / Sub eius
ducatu terra cessat amplius yosue v
Edificat altare deo et scribit in eo secundum
legem yosue viij / interficit et capit
suos inimicos omnes reges biemoll̄
Item yosue xi et xij / partitur filiis terram
promissionis in hereditatem yosue xiij /
et sequentibus capitulis / Cui consonat ihesus e
ductor suauissimus Ecce ubi / Etiam
ihesus xpistus est doctor melius sacerdos in
patibulo dux in regno / Iste insignia
hominis fuit ihesus sacerdos magnus
zach iij Et infra dominus ihesus Ecce quia
8 Hoc nomen adeo gloriosum est et cultu
dignissimum quod non ab homine sed a deo
impositum ab angelo annunciatum marie
et yoseph manifestatum / ut patet luce
ij / Hoc nomen gaudij et exultationis
prenunciatum abac iij / Ego autem in domino
ihesu gaudebo / Ubi nondum erat expressa
cum dominum futurum prenunciat et vocat
deum et ihesum suum Ecce ipse saluum fa
ciet populum suum a peccatis eorum mat i / Huic
omnes prophete perhibent testimonium /
remissionem peccatorum accipere per nomen eius

omnes qui credunt in eum / Act x Iste 9
ihesus nomen absconditum est et nullo
sermone nulla mente notum quod secundum
quod est perditum mysterium sed eorum in
effabile manens et intellectu ignotum
ut dicit dyonisius ad Gayum / Hoc
nomen dispositione diuina scriptum fuit
in cruce tribus linguis principalibus
scilicet hebraica greca et latina / ut omnis
lingua sua ibi legeret saluatorem et
confiteretur quia dominus noster ihesus xpistus in 10
gloria est dei patris / phil ij / In cuius nomine
demonia subiciuntur hominibus luce x
Et hoc nomine torquentur demones cum
dicunt / Quid nobis et tibi ihesu fili dei
uiui / uenisti ante tempus torquere nos
/ Hoc est nomen in quo eiciuntur demo
nia et cetera fiunt miracula Act iiij
Et claudi eriguntur Act iij In cuius nomine
fiunt sanitates signa et prodigia Act iiij
Cristus De cristo dicitur scientia 11
Dicit ubi / xpistus quidem nostri
xpistus dominus captus est in peccatis
nostris cui diximus in umbra tua vi
uemus in gentibus Item xpistus purgat 12
peccata / et exaltat cornu humiles homines
Ecce quia Item homines bonum caput
xpistus per corporis a / Item fideli homini xpistus
est et mori lucrum phil i / Et idem xpistus
est illud nomen in quo gaudendum
est super terram benedictum in deo amen
ps 61 / Etiam apostoli fuerunt deo cari /
Extra de sacra unctione c. unico / Et hoc 13
nomine primo nominati fuerunt discipuli
antiochie Act xi / Et 22 dist sacrosancta
xpistus non est nomen proprium salua
toris ut dicit ysidorus Ethym a / sed
communis in creaturis veritatis / Cum enim 14
dicitur xpistus commune nomen est dignitatis
dum ihesus xpistus proprium est vocabulum
saluatoris / Hoc autem nomen ihesus xpistus
numquam alibi unus nec in alia gente

fuit iussi tamen in illo regno ubi xpus
predicabatur et unde venimus sunt
15 dicitur autem hebraice messyas / grece
xpus / latine unctus / xpus tamen unc
tus est aperte sicut dicitur Act 22 b / col
lecti sunt vere in urbe adversus sanctum
puerum tuum quem unxisti / non unquam oleo
visibili signatus unguento Glose de
spiritu unctus / sed causa non / xpus quia est
deus inmortalis vivat quia est deus
incomprehensibilis omnibus regnat /
quia est deus vivificans et confirmans
16 omnia imperat / xpus componitur a cris
mate et unctus / Et non differentiam
inter unctionem xpi et illam que regibus
ministrabatur quia ista sit ex crismate
illa non ex oleo benedicto ista in ca
pite illa in humeris / unde xpus a cris
mate dicitur inde xpi nomine sancti
cat ut sit generalis differentia inter xpi
unctionem et ceteras regum et sacerdotum
unctiones / xpus componitur a crisis
quod est aurum / et oleo quod offertur in
sacrificio / ut intelligatur per aurum rex
per oleum sacerdos / quia xpus fuit simul
rex et sacerdos dives et pauper / unde
greci hunc textum respicientes ad sonum termi
unctionem non xpum sed messyam unc
tum appellant / In hoc etiam nomine
17 xpus due tamen sunt sillabe que du
as naturas Christi signant in una
persona / divinam scilicet et humanam / Tres
autem sunt ibi littere designantes tres
substancias esse in xpo scilicet divinitatem
carnem / et animam / sine quo fuit
unde humanus non potest crux melius
quod notat tytulus quem scribens sup
lius istis tribus scribitur autem sic
18 xpc / alterum ihesus xpus binaque
nomine posuit / sicut apostolus Rom 1
paulus apostolus servus ihesu xpi / Et via

dei et hominis esse personam protestantur
ut dicit Augustinus ne alium ihesum alium
xpum suspicaremur / Omne quodcumque facimus
in verbo aut opere omnia facite devotius
in nomine domini nostri ihesu xpi / Coloss 3 f /
Ex 26 q ult / non obstinacie in nomine 19
ihesu cristi recedunt demones de obses
sis corporibus / Act 16 / In hoc nomine
sanantur homines et non est in aliquo
alio salus / nec est aliud nomen datum
hominibus sub celo in quo oportet nos
salvos fieri / Act 4 b / Et ideo preter
xpum ihesum non estimat scire se aliquid
apostolus / unde dicit prima Cor 2 / Sed propter
eminentem scientiam ihesu xpi alia omnia
contempsit ut stercora / Phil 3 / propter 20
veneracionem dilatacionem et affectionem huius
nominis ihesu xpi in primitiva ecclesia
forma baptismi mutata fuit et primo
baptisabant in nomine ihesu xpi / Act a
Extra de consecratione dis 4 placuit / Propter ampli
andam etiam veneratione huius nominis apostoli
dispersi erant predicaverunt et ad mortem
sua corpora tradiderunt / Et precipue vas
electionis factus est paulus ut portaret
hoc nomen Act 9 b / Et ideo vita ore
et scriptis dilatavit hoc nomen quater
per epistolas / Et cum caput eius de corpore suo
fuit abscisum adhuc ihesus xpus so
nabat ut legitur in passione ipsius
per eodem nomine martires passi sunt
Et legitur de Gervasio martire quem cum
esset dilaceratus et adustus et interiora
sua platea inducta et ad hunc xpum fre
quenter nominaret deridebatur a persecutoribus
quod aliud melius sciret / Respondit non erat
preter xpum per quo si mille sites occidar
ipsum de ore et corde meo nullus potest
auferre / Et in corde sancti Ignatii
ihesus xpus aureis literis scriptum erat
repertum / hoc nomen etiam confessores
usque ad nos cum magna veneratione

porrexit | nec per nos debet abscondi
Unde nobis concedimus ne unus quibus
per maliciam negligenciam abscondatur | hoc est
nomen consolatorium quia cum audimus
ihesum xpistum nominari audimus advocatum
nostrum | prima Johannis ij | qui interpellat pro nobis
Rom 8 | non voce sed miseracione
21 Item ihesus xpistus hoc nomen appellatum
est a Sibilla sicut patet ex capitibus
versuum ipsius de iudicii signo | ubi in
greco sonat ihesus xpistus dei filius sal
vator sicut dicit augustinus in ser
mone de nativitate qui incipit sic
apud perfidias | ihesus xpistus figuratus est
22 per templum salomonis Johannis ij | Item
per botrum de terra promissionis in vecte
allatum | numeri xiij | Item per columpnam
ignis et nubis | Exo xiij d | Item per da
vid quem saul voluit configere sed per
lapsus ad parietem illesus evasit | primo
Regum 18 d | Item per hircum emissarium
Levit 16 c | Item per geminum passerem
quorum unus immolabatur et alter emissus
volavit | Levit 14 b | Item per propiciatorium
Exo 25 | Item per vitulum immolatum
Exo 12 a | Item per summum sacerdotem
qui semel intravit in sancta sanctorum
Levit 16 a | Item per vitulam rufam
Num 19 a | Item per serpentem erectum
in pale | Num 21 b | Item per sampsonem
fortem Judicum 16 | Item per salomonem
iij Regum 12 b | Item per david qui manu
fortis et aspectu desiderabilis primo Regum 16
Item per ysaac | Genesis x | Item per yoseph
pulcra facie | Genesis 39 a | Item per elyseum
qui suscitavit puerum | 4 Regum 4 | Iste
23 ihesus xpistus de quo dicitur ysaie x notabiliter
admirabilis consiliarius in se habet septem
nomina adaptantur septem ecclesie sa
cramentis | Admirabilis dicitur in sacra
mento altaris ubi mirabiliter operatur

cum panis et vinum transubstantiatur in
carne et sanguine ihesu xpisti | consiliarius
est in sacramento penitencie cum dicitur Luc
18 c ite ostendite vos sacerdotibus | matth 3
Luc 3 facite dignos fructus penitencie | for
tis in confirmacionis sacramento contra
temptaciones dyaboli | pater futuri seculi
in extrema unctione | de qua infra | ubi
sacramentum | princeps pacis in sacramento
ordinacionis quia habet officium pacificandi
ecclesia coetum | multiplicabitur eius imperium
scilicet in matrimonio | Genesis ij
A tota trinitate | supra 24
Nota quod dici tota non partes non
habeat sed tota dicitur per abnegacio
nem diminucionis | ut tota dicatur non
diminuta vel cui nichil est extra | Et
ideo dicitur tota ne aliqua trium personarum
intelligatur exclusa | contra istos qui di
cunt tres personas tres substancias tres na
turas contra quos dictum est supra ibi
dico quidem persone sed una essencia
Communiter contra illos 25
qui essenciam separant a personis
contra quos augustinus dicit Trinitas
dei fecit carnem xpisti sed non pertinet nisi
ad solum xpistum | Trinitas fecit columbam
de celo sed non pertinet nisi ad solum spiritum
sanctum | Trinitas fecit vocem de celo sed non
pertinet vox nisi ad solum patrem | Contra 26
quedam pertinent uni persone certo aliter
ut dimittere peccata convenit bonitati
et non potencie vel sapiencie quia non di
mittit ex hoc quia potens vel sapiens
sed ex hoc quia bonus | sicut in sole
splendor et calor asi nequeunt separari
tamen splendor suscipit illuminacionem non
fervorem calor fervorem non illuminacionem |
et aliud simul et aliter singulariter optinetur 27
Item communiter quia opera trinitatis
inseparabilia sunt | de quo dicitur 3 Cult
Et 28 q 1 sic enim | Communiter ideo dicitur in

separabilia quia quod potentia ordinat
sapientia regitur et bonitate custodit
et nichil operatur deus pater quod non
possit quod non faciat et quod non ve
lit. nos etiam in symbolo que agnimus
trinitatem invocamus. ut sicut trium
personarum indivisa est operacio sic in
divisa fiat invocatio. iuxta eodem
ibi. Ad invocationem individue trinitatis
28 Item communiter contra illos qui
tres personas dicunt. ac si unitem
extraneas esse contra quos dicitur e
ibi. consubstanciales. Ad idem Augustinus
in libro de fide ad petrum. Verum
formam a solo filio susceptam tota tri
nitas cuius una est voluntas et
operacio fecit. non autem in utero vir
ginis prius caro suscepta est et post
modum anima venit in carnem sed
mox ut verbum venit in uterum
servata veritate proprie nature factus est
verbum caro et factus est homo. i. in
veritate carnis et anime factus est
homo quia totum genus humanum
lapsum fuit et viciatum non solum
racione anime sed etiam carnis. ideo
necesse fuit ut totum assumeretur totumque
curaretur. Et quia nobis magis
nota est pars carnis et magis
distat a deo ut expressior fiat nova
tio et maior exprimatur humiliatio
et profundior explicetur dei dignatio
ideo opus illud non animatio
sed incarnatio nominatur. 2 dicitur
Incarnatus. Incarnatio
29 est calciamentum quod iohannes
vetetur solvere. Ait enim sicut
calciamentum celat pedem et caligam
ita caro velat divinitatem et animam.
Et sicut pes iungitur calciamento
caliga mediante sic divinitas con
iungitur carni anima mediante. De
hoc calciamento psalmista. In ydumeam ex

tendam calciamentum meum. i. in gentibus
extendam incarnacionem meam. In hoc
calciamento sunt diverse corrigie. quia
in christo sunt diverse uniones scilicet unio di
vinitatis ad animam. unio divinitatis
ad carnem. unio carnis ad animam. me
diante enim anima corpus iungitur
divinitati. Quia tante subtilitatis
est divina natura ut corpus de lymo
terre formato non congrueret uniri nisi
racionale spiritu mediante. Item incar 30
natus contra illos qui dicunt christum non
veram carnem sed fantasticam assump
sisse. contra quos infra ibi. Verus homo
factus. Incarnatio fuit humanatio
verbi dei propter hoc facta est ut ipsa que
peccavit et cecidit humana natura
vinceret tyrannum qui decepit. et ita
de corrupcione liberetur. 1 Cor. xv. quoniam
per hominem mors et per hominem resurrectio
mortuorum. Ad idem de cons. dist. 2
placuit ut homines perveniret. Item in
carnatus. quia per incarnationem facta est 31
salus et reparatio generis humani. non
quin aliter deus posset reparari. sed quia
nullus ordo ita congruus convenien
ciorque erat in reparacionem reparabilis
et reparatoris. decebat enim ut sicut omnia
creaverat per verbum increatum sic omnia
recrearet per verbum incarnatum et sic
omnia fecerat potenter sapienter benivo
lenter sic repararet quod ostendit potentiam
suam sapientiam et benivolentiam.
Quid autem potentius quam coniungere
extrema summe distancia in unam personam.
Quid sapientius quam quod ad perfectionem to
tius universi fieret connectio primi
et ultimi scilicet dei qui est omnium primum
et humane nature que est ultima
omnium creaturarum. Quid benignius et
benivolentius quam quod dominus propter salutem
servi forma acciperet servi.
Hic ergo modus convenientissimus
fuit deo reparatori ad commendandum
dei potentiam sapientiam et benivolentiam

Rursum quia homo cadens in cul
pam recesserat a principio potentis
simo sapientissimo benivolentissimo
et ideo corruerat in infirmitatem
ignorantiam malignitatem. Atque hoc eciam
erat carnalis animalis sensibilis
et ideo ineptus ad virtutem imitandam
ad lucem cognoscendam ad bonitatem
diligendam. Ad hoc igitur quod homo re
pararetur congruentissimum fuit ut ei
condescenderet primum principium reddendo
illud se noscibile amabile et imitabile
Et quia homo carnalis et animalis
et sensibilis nichil noverat aut ama
verat nec sequebatur nisi sibi similia
ideo ad eripiendum hominem de hoc statu
verbum caro factum est ut ab homine
qui erat caro cognosci posset et a
mari ac imitari. Et cognoscendo a
mans et imitans sanaretur a morbo
peccati. Item cum homo perfecte reparari
non potuit nisi recuperaret mentis in
nocentiam dei amiciciam et suam ex
cellenciam qua soli deo suberat et
hoc non poterat fieri nisi per deum informa
tori quia excellenciam recuperare
non poterat nisi reparator esset deus
quia si esset mera creatura tunc homo
esset subiectus mere creature et sic
non recuperaret primum statum excellencie
Amiciciam autem dei recuperare non po
terat nisi per mediatorem qui esset utrique
parti conformis et utrique amicus
Et ideo debuit esse similis homini per
humanitatem et ita deus et homo
Innocenciam autem recuperare non poterat
nisi dimissa culpa quam non debebat
divina iusticia dimittere nisi per satis
factionem condignam. Et quia satisfacere
non poterat nisi deus pro toto genere humano
nec debebat nisi homo qui peccaverat
ideo convenientissimum fuit reparare ge
nus humanum per deum hominem natum
Et sicut genus humanum inesset ex i

erat per verbum increatum et in culpa
ceciderat descendendo verbum inspiratum
sic a culpa resurgeret per verbum incarnatum
Item incarnatus ihesus incarnatione 32
non est deitas vilificata sed natura
humana exaltata quia sicut dicit
Bernhar. Tunc venit medicus ad e
grotos redemptor ad perditos via ad
errantes vita ad mortuos. Venit qui
deleret omnes iniquitates nostras et proiceret in pro
fundum maris. Venit qui pius humilis
ad principium vite dignius nos reduceret
Augustinus. Venit negociator celestis
accipere contumelias dare honores auferre
dolores dare salutem subire mortem
dare vitam. Item hoc quod dicit Tota
trinitate communiter incarnatus opponit 33
sententis. Una est simplicissima esse
ncia pater filius spiritus sanctus. Si ergo est
filius incarnatus ergo pater et spiritus
sanctus incarnatus. Instancia Anshelmi
fons rivus stagnum sunt una aqua
sed rivus fistulatus ergo et fons
et stagnum quod non sequitur. Item sicut
in naturis accipitur commune et particu
lare ita quodammodo est in divinis. est
commune scilicet essencia et particulare scilicet
persona. sed in naturis patitur una per
sona licet non alia. ergo a simili in
divinis incarnatur pater una persona licet
non alia. Sicut enim cum tres persone
aliqua veste una exuit communiter induunt
una tamen sola manet induta. Sic pater
et filius et spiritus sanctus communiter veste
carnis filium induunt et incarnant
sed sola persona filii remanet incarna
ta. Sicut in cythara tres manus cor
dam sonum operantur tamen arte dictat una
unius tangit corda resonat. Et sic
pater et filius et spiritus sanctus operantur co
muniter incarnacionem sed sicut ad solam
cordam pertinet soni reddicio sic ad
solum filium carnis susceptio. licet
auctoritate patris cooperatione spiritus sancti

fit a filio caro sumpta. Conuenit
34 aute filio magis incarnari q alijs
psonis quia magis conuenit filiu
supplicari patri qm aliam psona
alij. Item quia pmi parentes i filiu
peccauit specialiter p insipiam psu
mendo similitudine dei / gen 3 / filius
aute est dei patris sapia / j cor j c. Et
ymago et similitudo pris / hebr j. a
Sap vij c / ij cor 4 / Et ideo filio
cui spalis sunt i iuria facta conue
nientius debuit culpe vindicta
vel indulgentia qm alij psone / Et
ideo spalius debuit incarnari. Item
homo p pctm lapsus deformatus
fuit quia vulneratus in naturalibus
et spoliatus gratuitis / Sed tn ad
pătrem refertur materia ad filiu forma
ad spm scm connexio utriusque deten
tius fuit incarnari psona ad quam
forma refert qm aliam ad hominem
reformandum. Item quia dei filius
mediator est int dm et hoiem ad
reducendu hoiem ad diuina coniunc
tione ad diuina conformitate ad di
uinam filiacom / nullu aut magis
decet esse mediu qm psona que p
ducit et pducit que est secunda in
trinitate psona / nullu magis decet
reducere ad diuinam agnicom qm
filiu quo se pater declarat quod est
visibile carni sicut verbum voci /
nullusque magis decet reducere ad co
formitate patris qm eum qui est
ymago patris / nullusque magis decet
reducere ad filiacom adoptiua q filiu
naturalem / nullusque decet magis fieri
filiu hominis qm filiu dei / Et ppter
hoc magis sibi conuenit incarnari
35 Item incarnatus / Solus filius
homine assumpsit ut deus qui in
sapia sua mundum fecerat scdm
q dauid dicit omnia in sapia fecisti
in eadem sapia ea que infecta et

que in eis sunt restauraret. Ideo
aute filius missus est no pater qa 36
congruencius mitti debuit qui est
ab alio qm qui a nullo / filius aute
a patre pater no a nullo / Sicut enim pr
genuit filius genitus est ita quia
pr misit filius missus est. Ideo aute
pr no missus ne si mitteret ab alio ee
putaret / Missus est primo filius quia
a pre solo / deinde spus scus qui est a
pre et filio / Et filius solus in carne
missus est no spus scus sicut nec pr
quod ideo fcm est ut qui erat in diui
nitate dei filius homo filius fieret
in humanitate / non ergo pr nec 37
spus sanctus carne induit ne alius
in diuinitate esset filius et alius i
humanitate et ne idem esset pater et
filius et ne nomen filij ad alterum tras
iret qui no esset natiuitate filius
et ita essent duo filij in trinitate unde
no trinitas sed quaternitas videret / Dei 38
aute filius fcus est homo hominis
filius filius aute in utraque natiuitate
filij nomen nascendo haberet et esset ve
rus deus et verus homo unus filius
Item ut ostenderet deus pr nichil esse
quod no esset paratus nobis dare / ex
quo unigenitum dedit jo 3 / dedit
eni deus gratis homi quod homo ex
debito reddere ipi deo creatori. Item ut
digna et superfluens recompensacio
fieret deo no solum equalis pcio sed eciam
maior in infinitum / et ideo est unige
nitus dei filius incarnatus / Rom 8 f
Item filius dei fcus est homo ut ho 39
fieret filius dei quia misit deus filiu suu
ut adopcom filiorum reciperemus / Gal 4
Item ppter nimiam caritatem qua dilexit
nos misit deus filiu suu in similitudine
carnis ut seruu redimeret et sanaret
egrotum. Item ut oues pditam i
humanum genus reduceret ad ouile
i ad societatem ciuium supernorum

hic filius meditat magis q psona

luc 19 Item ut patrem met deum et hominem reformaret quod factum est in eius navitatem sicut patet testimonio angeli luc 2 et Joh 20 patrem meum et vobis Item ut potestas dyaboli qua sibi hominem subiugaverat fraudulenter per hominem expelletur Joh 12 nunc princeps mundi huius eicietur foras Et heb 2 ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium i. dyabolum Et nota quod

90 christus missus est predicare luc 4 Item in corpore et anima sanare act 10 Item redimere et mundare tit 2 Item exemplum dare Joh 13 Item curare et resuscitare per dess 4 Item iudicare act 10 Item dampnare et glorificare ibidem Nota quod dei filius mittitur duobus

91 modis scilicet cum invisibiliter mundo apparuit incarnatus vel cum se sic transfert in pias animas ut ab eis percipiatur et cognoscatur de primo Joh 3 Exivi a patre et veni in mundum De secundo mat ult Ego cum vobiscum sum usque ad consummationem seculi Sap 9 emitte de celis sanctis tuis et a sede magnitudinis tue ut mecum sit et mecum laboret i. doceat me laborare Secundum primum modum missus est tantum semel cum factus est homo secundum modum vero secundum mittitur cotidie ut sit cum homine et sic mittitur ad omnes sanctos ante incarnationem et post Similiter spiritus sanctus a patre et filio ac a se

92 mittitur duobus modis procedere sive dari sive mitti dicitur aliquando visibiliter in specie visibilis creature sicut in specie columbe in baptismo christi luc 3 vel in linguis igneis super discipulos non quod ipsa naturalis substantia spiritus sancti mutetur cum sit invisibilis nec in illis creaturis magis erat quam in aliis sed ad aliud ut scilicet per illas ostenditur esse plenius in illis ad quos creature ille veniebant et ut tali signo ostenditur quod virtute baptismi ac confirmationis venit spiritus sanctus in baptizatos et confirmatos Et per illum modum ostensa est spiritus sancti missio interior sive spiritualis Sequitur 93
quo dicitur missio de divinis cum non sit ibi loci vel temporis mutatio vel separatio divine persone ab alia vel superioritas vel inferioritas vel maioritas vel minoritas Eundem ergo in missione 94
materiali tria considerantur scilicet auctoritas in mittente loci mutatio ex parte missi et alicuius effectus productio Secundum terminum primum est de perfectione mittentis vltimum de perfectione missi medium non scilicet loci mutatio de imperfectione mittentis sive missi quia non potest simul esse cum mittente Quod igitur perfectionis est transfertur ad divina quod imperfectionis est non Et ideo quoniam in divinis sit missio non tamen est loci mutatio 95
Item est missio differentis per essentiam et hec ponit separationem Et est missio distincti secundum personam sed non differentis per essentiam et hec non ponit separationem Et secundum hoc in divinis est missio non tamen separatio quia missus non est distinctus sive divisus a mittente per essentiam sed secundum personam Et est exemplum in igne qui mittit splendorem suum nec tamen splendor missus separatur ab igne mittente Item mis- 96
sio in divinis non ponit aliquem gradum sive maioritate sive minoritate persone alicuius sed solum ordinem nature Unde dicit non superioritatem sed auctoritatem solum Et ideo filius secundum humanam naturam tamen dicitur obediens quia secundum illam solum dicitur similiter subiectus patri Sed missio convenit ei secundum divinam naturam quia in missione notatur auctoritas in mittente solum et similiter auctoritas in eo qui mittit et non subiectio Et

91 nota qd deus misit filium suum quo
redimeret servos / misit spiritum suum quo
servos adoptaret in filios. filium dedit
in precium redempcionis. spiritum suum in
privilegium adopcionis / et denique servos
suos in hereditatem adoptantis /
nō ytem incarnatus incarnacio christi pre-
98 figurata est ione 3 circa regem ninive
sed christus descendit per incarnacionem de
solio suo celesti et indutus sacco
humane nature sedit in cinere et in
terra conbusta peccato ade ut impetraret
veniam apud deum / de hac incarnacione
dicitur in psalmo / homo natus est in ea /
99 in incarnacione mercator ditissimus
associavit se paupertati humane que
summam amiserat capitalem scilicet
naturalia et gratuita in parte / et
mala nostra quasi debita et obligacio-
nes nostras super se assumpsit in incar-
nacione et nativitate que debita pro
nobis solvit in passione et morte
et sua bona nobis communicavit in re-
surrexione et ascensione / in incarna-
cione filius est pons attingens a ripa
divinitatis usque ad ripam humanitatis
attingens a fine usque ad finem fortiter
quia minus fortis non posset nos
portare heb. 1 portans omnia verbo
virtutis sue / in incarnacione asse-
curavit nos dei filius de liberacione
nostra ponendo se in vinculis carnis
pro nobis sicut fecit beniamyn genesis
92 in incarnacione posita est nostra
redempcio in sacco beniamyn / genesis
93 in incarnacione celebrate sunt
nupcie summi regis cum ancilla pau-
percula humane nature / unde psalmus et ipse
tamquam sponsus procedens de thalamo suo
in incarnacione posita est nostra
redempcio in bursa sive almaria
uteri virginalis et similiter quo
restituimur cum angelis in sacco beniamin
genesis 99 ytem in incarnacione missus
est a summo rege deus desideratum au-
xilium ad liberandum genus humanum
periculosissime a dyabolo obsessum
in civitate huius mundi / propter quod cla-
mat ecclesia / veni ad liberandum nos
domine deus noster / ytem in incarnacione
porrexit deus dextram humano generi
in luto peccati a dyabolo conculcato
non per se resurgere valenti / unde clamat
job 14 / operi manuum tuarum porriges
dextram / ytem in incarnacione recepit
deus pater genus humanum suum capitale
inimicum ad pacis osculum portatum
cantica 1 osculetur me osculo oris sui
ytem incarnatus / contra incarna-
cionem filii dei plures hereses sunt ex-
orte sicut patebit in sequentibus. et
pocius tunc occurrunt eludunt ystud
ante nondum / quod beneficium incarna-
cionis et redempcionis nostre solum esset
sicut mons igneus cordibus nostris in-
flamandis et ad credulitatem excitandis
ymmo incomparabiliter maior ignis quam
esset totus mundus si totus arderet
quanto enim maior est dei filius toto mun-
do / tanto plus corda nostra debent infla-
mari ad hanc credulitatem / quam totus
mundus corpora nostra si totus arderet /
quemadmodum ante sunt certi et facto alii quam
ignes ad calefaciendum corpora calore
sensibili hec sunt beneficia dei ad ca-
lefaciendum corda nostra calore spirituali / hu-
ius autem calor est amor / quare mani-
festum est omnes infideles ab amore
divino frigidos esse comparatione ad amorem
creditos mortuos cum calor ille sit vivi-
ficus et vitalis /

Ex maria recte maria 10
dicitur / sicut enim ipsa maria
habundat piscibus sic ista
maria virtutibus / et sicut in mare in-
trant omnia flumina eccl. 1 sic in fide

ad beatam mariam veniunt omnes virtutes
leges quia iudei et gentes iuxta illud
ys. 60 / venient ad te qui detrahebant
tibi et cetera / Et iuvenca eius tran/
lingent / Rom. xi f / Cum plenitudo
gentium introierit tunc omnis israel salvus
11 fiet / Maria interpretatur stella maris
Mare amarum illuminata seu illu/
minatrix vel domina / et cetera / Ex / ma/
ria / Ex cuius corpore traxit carnem et
non de celo secum attulit sicut marcion
argentes [illegible] corpus celeste sectatores
affirmant / contra quos nondum ut
dicit augustinus / Secundum divinitatem
una est patris et filii natura / ita
etiam iuxta humanitatem in eadem est
matris et filii natura / Ex utraque autem
substantia et divinitatis et humanitatis
unus atque idem est dei filius et homo
ihesus christus ut deus verus ita et ho/
mo verus / Sicque deo placuit iungi sibi
humanitatem ut ex duabus substantiis fieret
una persona et cetera / Hoc iam est deus et
12 et caro / Credit enim fides catholica in
carnacionem dei non [illegible] nec missu
sancto factam sed in filio tantum / ut qui
erat in divinitate dei patris filius
deus verus ex patre ipse fieret in huma/
nitate hominis matris filius homo verus
ex matre carnem ex matris visceribus
habens et animam racionalem simul
in eadem / ut 23 dist. cum christus / Per
13 hanc triplicem nativitatem positus est
dyabolus in triplicem ruinam per di/
vinitatem vicit dyabolum de celo per
carnem vicit eum de mundo propter passi/
onem per animam de inferno propter re/
surrectionem et sanctorum patrum liberacionem
14 Et nota quod sicut in christo sunt tres sub/
stancie scilicet divinitas caro spiritus sic
triplex nativitas / divinitas ex patre
caro ex matre spiritus in mente / ex patre
nascitur semper ex matre semel / in
mente sepe / Unde prima fuit patrem sine
matre / secunda matrem sine patre
tercia patrem et matrem secundum illud /
Qui fecerit voluntatem patris mei qui in
celis est hic meus frater mater et soror est
/ Hoc significant tres misse natalis
diei / Prima in nocte quia generacionem
eius quis enarrabit / ys. 53 / Et ideo
tunc incipit missa quasi recensens
et promens scilicet dominus dixit ad me filius
meus es tu / Secunda in aurora /
Et ideo tunc incipit missa altius
scilicet lux fulgebit super nos / Tercia in
meridie / Et ideo tunc altissime scilicet
puer natus est nobis / De nativitate 15
temporali que est ex matre nota quod qua/
tuor ex causis est veneranda / primo
quia facta est propter nos / secundo quia secundum
nos / tercio quia super nos / quarto quia
preter nos / Propter nos facta est quia propter
nostram salutem / Secundum nos quia na/
tus ex muliere / Super nos quia sine vi/
rili semine sed de spiritu sancto et ex vir/
gine / et super legem nature et humane
preter nos quia ab angelis divinitus 16
Et nota quod de hac nativitate angelus
certificavit pastores ex quatuor [illegible]
primo quis esset quia salvator / secundo
de homine et deo quia est christus dominus
id est homo et deus / tercio de loco dicens
in civitate david / quarto de certo
in signis cognoscendi cum dicit in/
venietis infantem positum in presepio
pannis involutum / Et angeli cantaverunt
Gloria in altissimis deo / Ex maria 17
/ Hec posicio ex notat hic materialem
causam quia christus non tantum natus
est de virgine localiter sed etiam materialiter
quia materiam corporis non solum as/
sumpsit in virgine sed de sola vir/
gine / Ideoque beata virgo maria plus 18
dilexit filium suum quam cetere mulieres
natos suos / quia ipsa ex se tantum sine

commixtione viri filium genuit to
taliter, etc. non particulariter gignit
in principio viri. Item etc. mulier
59 gignit hominem tantum. Maria non deum
et hominem generavit. Et hoc est contra
Manicheum, cum dicat Christum assump
sisse corpus de celesti substantia et
sic descendisse in uterum virginis et ita
virginem fuisse tantum receptaculum Christi non
matrem. Ad quod inducunt Ioh. 2 ubi
dicit quid tibi et michi mulier. Ecce
ut dicunt quod non matrem eam appellat
et quod nichil sibi et ei commune dicit.
Respondeo quod non negat communionem carnis
sed cum invitati essent non pertinebat
ad eos dare vinum sed ad dominum nuptiarum
qui invitatis consuevit necessaria minis
trare; tamen ex sue largitatis habun
dantia vinum dedit. Vel dic quod nichil
erat sibi et matri commune unde faceret
miraculum, quia ex ipso erat actus mi
raculorum activus sed ex matre tribu
lationum passivus. Unde morte pro
pinquus dicit ei: Ecce filius tuus, quasi
dicat: hec patior ingratum tuus
filius suum. Quod autem Christus carne
verum habuit et subditus fuit Marie
ut matri patet Luc. 2 c.

Factum ex femina. Debuit
60 enim ut auctor salutis nasceretur
ex femina quia causa nostre
dampnationis initium habuit ex fe
mina. Contra istos qui dicunt quod beata
virgo fuit angelus et Ihesus Christus
fuit alius angelus qui per aurem matris
intravit et per aurem eius exivit. Sed
quia non habet ad hoc testimonium sacre
scripture ergo fantasias eorum non duxi
61 memorandum. Quod autem Maria fuit vera
femina Christus Ihesus verus homo ex
hoc patet quod in ea et de ea natus est
ut habetur infra. De viro autem sed non ideo

potest homo nasci. Apostolus autem vocat
manifeste quod beata Maria mater Christi fuit
femina. Gal. 4: Misit deus filium suum
natum ex muliere factum sub lege. Si ergo
de ipsa factus est caro eius materiam ha
buit de carne virginis. Exivit tamen ex
ivit de ipsa sicut granum de spica. Ipsa
etiam veritas dicit eam esse mulierem
Ioh. 2 quid michi et tibi mulier.
Quod autem de David originem duxerit
materialiter secundum carnem patet Rom. 1 ubi
de Christo loquens ait: qui factus est ei
ex semine David secundum carnem non
secundum spiritum quia divinitas ipsius sine
initio in patre semper mansit. Item Luce
1: dabit ei dominus deus sedem David pa
tris eius. Sedem per populum iudicium super
quem sedit spiritualiter regens eum. Ideo dicit 62
factum ex muliere vel ex semine David, ne
illius nativitas que fuit sine virili
semine nostre similis putaretur, que co
ntinet seminum commixtione. Possunt enim
homines generare filios homines sed non
facere. Ideo dicit: misit deus filium
suum. Generationis eterne proprietate significat;
postea dicit ex muliere factum ut factum non
divinitati sed assumpti corporis ascri
beretur. Factum igitur ex muliere dicit propter car
nis assumptionem. Sub lege propter ob
servantiam legis. Et nota quod Christus 63
nasci debuit ex femina ut superbos
humiliaret, inimicos reconciliaret,
servos redimeret et amicos invitaret.
Item nota quod est nativitas laboriosa
graciosa lacrimosa et gloriosa. Prima
est de utero matris. Secunda ex sponso
tertia imparata quarta in gloria. Et
quarum quelibet habet tres comites.
Prima habet primam culpam et propriam
penam. Dum nascitur culpa quia cum
originali nascitur, propriam quia mundus
nascitur. Secunda habet consolationem

cximi lere

tiua sit amaritudine in contritione
verecundiam in confessione asperitatem
in satisfactione / amara nativitas est
qua sanctus nascitur in celo unde mors
sanctorum natalicium appellatur / et iste
tres comites scilicet gaudium sine dolore
decorem sine deformitate requiem
65 sine labore / Beata virgo maria dicitur
terra de cuius limo formatus est
secundus adam. Genesis 1 de qua veritas or-
ta est i. christus de virgine natus sicut
adam primum de virginea terra plasmavit
ipse se de virgine nasciturum significavit
Item hec est terra virgo que dedit fruc-
tum suum sine cultura corruptionis
Eze 36 / terra illa inculta i. sine sul-
co hominis / facta est ut ortus voluptatis
Ex hac terra fluxit lac humanitatis
et mel divinitatis / Exo 3 Item hec est
terra que rore celi compluta germinavit
salvatorem / ysa 45 / Rorate celi de-
super. Item ex hac terra exivit panis an-
gelorum et panis vite / Joh 6 / de hac
terra dicitur Cant 2 / flores apparuerunt in
terra nostra / Eccl 24 / flores mei fructus
honoris et honestatis / Et ideo canit
ecclesia / Circumdabant eam flores rosarum
et lilia convallium / Item beata virgo
66 maria comparatur rose juxta illud sicut
spina rosam genuit iudea mariam
comparatur et lilio propter candorem pulchri-
tudinis et odorem virginitatis et san-
ctitatis / secundum illud Cant / sicut lilium
inter spinas sic amica mea inter filias
Item beata maria est archa federis
67 testamenti / ps / Surge domine in requiem
tuam tu et archa sanctificationis tue
Sicut extra fidem huius arche sunt in
diluvio mediti dampnabitur / Gen 7
Item dicitur thronus Reg 3 / Et
hebr 4 / Adeamus cum fiducia ad thro-
num gratie eius / i. beatam virginem gratia

plenam / ipsa enim est thronus in quo
imperator celorum residet / et lectus est
eburneus in quo verus salomon
requievit. Item beata maria est propici-
atorium / Exo 25 / Item est ferculum 68
veri salomonis ac reclinatorium tri-
nitatis / Cant 3 / In quo fuit deus pater
operatione / spiritus sanctus obumbratione /
filius incarnatione / Iste sic reclina-
torio ad imperatricem invitant trinitas sic
ata trinitate incoatam / humilitas
invitavit patris potentiam / simplici-
tas filii sapientiam. Virginitas spiritus san-
ctum / Item hec est thalamus sponsi 69
ps / Tamquam sponsus procedens de thala-
mo suo / Ad hunc thalamum missus est
angelus / qui fuit secretus et clausus
Ingressus est angelus ad eam / Item
secretus fuit quo facta sunt nulli mor-
talium datur scire / scilicet quod deus sit homo /
quomodo parit virgo / quomodo oritur sol de stel-
la / quomodo filia genuit patrem et hominem /
hec est porta sanctuarii clausa per quam 70
non transivit vir / Eze 40 et 44 / De
hac porta ps / hec porta domini iusti in-
trabunt in eam / Item canit ecclesia
paradisi porta per evam cunctis clausa
est et per mariam virginem iterum patefacta est
tempore ult. Item hec est domus quam 71
sapientia edificavit / prov 9 Et sap 1 / In
qua excidit columpnas septem scilicet
virtutum que inveniuntur Item hec domus
dicitur quia est tutum refugium fidelium
contra infideles et contra vicia mundi
Unde domus prudentie pretiosa. Item hec 72
est castellum de quo deus cepit suam
hereditatem scilicet carnem humane nature
de quo ps / dabo gentes in hereditatem
tuam / Ecc 24 / dedi te in sedibus gen-
tium. Item hec est civitas regia et 73
urbs refugii Josue 20 Item hec est
civitas parva in qua salvatus est
loth / Gen 19 / Item est civitas illa 74

Porta in qua inventus est virginum
et sapiens qui libavit mellis scriptura
sua / Eccl 9 f / Item hec est civitas so
la de qua ys 6 / Bene erit omne quod ste
tit inter / Bonum illud est dei filius de spiritu
85 sancto conceptus / et quod nasceretur ex
te sancto / Item hec est civitas solis de
qua ys 19 civitas solis vocabitur una
hec est civitas de qua ps / Gloriosa
dicta sunt de te civitas dei / gloriosa
civitas virginalis in qua verus sol
iusticie semper manet et lucet / unde
malach 4 / vobis qui timetis deum
orietur sol iusticie / non iudeis non paga
nis non hereticis / quia iudeis est scan
dalum gentibus stulticia / 1 Cor 1 / hec
86 est thabernaculum / de quo ps / In sole
posuit thabernaculum suum / Tabernaculum
est corpus assumptum in quo sub
humanitate latet divinitas item est
umbraculum quod fit contra solis ardorem
Thabernaculum ponitur in locis amenis
et pratis quod ramis et foliis ar
borum operitur et sole per diversa foramina
illustratur / Et talis fuit maria exterius
moribus et bonis operibus cooperta
intus solis radiis divinitatis illustrata
/ ps Sanctificavit thabernaculum suum
altissimus / Eccl 24 qui creavit me
requievit in thabernaculo meo item
est tuba / ps In tubis ductilibus et
voce tube cornee / Beata virgo fuit tu
87 ba ductilis moribus bonis illuminata
spiritus sancti donis rasa a contagiis
malis attenuata disciplinis sonora
laudibus angelorum et hominum / ps Bucci
nate in neomenia tuba in die solempni
/ vox huius tube est vox exultationis
et salutis in thabernaculis iustorum
88 hec est cella vinaria in qua ordinavit
rex caritatem / Cant 2 et 3 item fruc
tificat suavitate odoris / Eccl 24
89 Item est granarium frumenti quo

angeli et homines saciantur Joh 6 / insti
gavit frumenti cordis mei / item est
ortus conclusus Cant 4 in quo sunt 90
delectabiles contentus voluptas prophetarum
apostolorum martirum viriditas arborum et her
barum virencium scilicet virtutum / Ame
nitas florum et fructuum / unde Cant 2
fulcite me floribus stipate me malis
unde nazareth interpretatur flos / hortus
fuit conclusus contra errores et vicia
donis spiritus sancti et virtutibus presidiis
angelorum et precibus prophetarum custodia
scripturis evangeliorum roboratur sententiis
doctorum miratur signis miraculorum omnibus
admirandus item est fons signatus 91
Cant 4 A quo indeficientes scaturiunt
aque ad irrigandum fecundandum ac
lavandum mundum et ad sitim et ardorem
eius extinguendum / hec est fons 92
patens in ablucionem peccatoris et menstru
ate / Zach 13 hec est puteus profun
dus aquarum viventium Cant 4 huius
profunditas incomprehensibilis quia
simul mater et virgo dei et hominis
cuius aquas viventes gratiarum quanto aliquis
quendo est fundus thezaurorum / hec est 93
areola aromatum et virgula fumi
Cant 6 hec est vellus rore complutum
Judic 6 / Sicut enim vellus cum sit de
corpore nescit illius corporis passiones
sic beata virgo cum sit de carne vicia
nescit / Et sicut vellus rore complutum
absumpto rore remanet incorruptum
sic beata virgo post partum filii reman
sit incorrupta item maria suo vellere
i. sua carne vestivit agnum qui duc
tus est pro nobis ad mortem ys 53 /
item hec est scala iacob Gen 28 per quam 94
dei filius ad nos descendit et per quam
nos ascendimus ad celum item com
paratur virge que est inter radicem et
fructum scilicet inter Jesse humanum et

J

et xpm Item quia directe sursum
tendit per perfectam virtutem nec deorsum
flectitur per peccatum Item quia flectitur
ad boree flatum i. impulsum orationis
Item solida per plenitudinem gratie et
gracilima per humilitatem Item quia
transcendit tres Benenata i. alios sanctos
Item quia recta per fidem certa per spem
protensa per longanimitatem gracilis per co
passionem florida per virginale decorem
fructifera per partum salutarem, unde ps
virgam virtutis tue emittet dominus ex
syon / ipsa enim est quasi gentium admi
ratio fidei nostre speculatio salvacionis
nostre declaratio amoris nostri spectulum
amputatio viciorum augmentatio virtutum
Item hec est virga percuciens duces
yoab / vastans que omnes filios ammon Re 2
85 Item hec est virga yesse que sine
corruptione produxit florem super quem
requievit spiritus domini septiformis
ys xi / de hac virga canit ecclesia virgo
yesse virgam produxit virga que florem
et super hunc florem requiescit spiritus
almus / dicitur stirps yesse i. de radice
humani generis / Item hec est virga aa
86 ron que sicca ab humore libidinis
sine humano semine immaculatum pro
tulit fructum vite / numeri 17 etiam per
nuces sive per amigdala que illa virga
protulit intelligitur xpus in quo fuit caro
quasi cortex propter amaritudinem passionis
quam sine anima tamquam testa fortis
divinitas tamquam nucleus dulcis / de
hac virga dicitur can 3 / quae est ista
que ascendit tamquam virgula fumi
87 Item hec est virga piscandi per quam
captus est leviatan serpens antiquus
hamo divinitatis et vermiculo carnis
Job 40 / de hac virga linea hamo
esca / nota quod haec virga est beata maria /
linea eius genealogia / hamus divi
nitas xpi esca caro animata sicut
vermis sine semine / Iste beata maria 88
est mons / dan 4 Item est fons per
excellentia meritorum can / Iste nubes
per rectitudinem temporalium ys 19 ascendet
dominus super nubem levem Iste est navis 89
de longe portans panem suum pro 31
Iste institor fuit xpus qui corpus suum
dedit in cruce pro salute nostra sicut institor
dat bonum pro alio / Item hec est cedrus 90
que exaltatur in lybano hec est in xpo
can 4 et apoca lavant stolas suas et
candidaverunt eas in sanguine agni Iste
hec est oliva pacis producens ramum 91
perhenne viriditatis fructusque olei
benedictionis et exultationis pre participibus
suis Item hec est rubus lucens et
ardens sed intactus conburitur / Exo 3
ignis in rubo deus in virginis utero 92
ignis rubum non lesit sed illuminavit
conceptio salvatoris virginem non vio
lavit sed sanctificavit Ideo in rubo
dominus apparuit ut apostolum populum liberaret
Ideo conceptus est in utero virginis ut
a servitute dyaboli populum liberaret Iste 93
Item hec est stella orta ex iacob que
diriget in mari huius seculi naviga
tes Unde dicitur stella maris quia ad
virtutem fidei et ad piam conversacionem
ac portum salutis eterne ducit, ita ipsa
est illuminatio mundi leticia celorum
gaudium angelorum restitutio peccatorum
salus et presidium credentium populorum stella
est in alto fixa, et maria est super cho
ros angelorum exaltata / Unde apparet
parva sed est in veritate magna Ecce
ancilla domini luc 1 / Et prov ult multe
filie regum congregaverunt divicias tu
ante supergressa es universas Iste beata 94
virgo comparatur celo quia in eo xpus
novem mensibus habitavit / dicitur autem
celum quia fuit alta per contemplacionem

J

et eminentia vite clara per virtutum
irradiacionem firma per fidem et constanciam
ornata in verbo et opere munda a con
tagio terrenorum · tota pulchra diversis
luminibus virtutum et donorum distincta
a peccatoribus rotunda sine angulo dupli
citatis · volubilis in sequela filii sui
secreta divinitatis celans archana / Luce
maria conservabat omnia verba hec confe
rens in corde suo Item hec est amica
95 Can 1 tota pulchra es amica mea et
macula non est in te / per hanc amicam
facti sumus dei amici qui per culpam facti
fuimus inimici / hec fuit pulchra facie
sed pulchrior fide et opere Item maria
96 dicitur mater mee quia genuit nobis
dominum misericordie et totius consolacionis qui
consolatur nos in omni tribulacione nostra
corinthiorum 1 hec est mater mee que pro
miseris orat pro afflictis supplicat pro
peccatoribus intercedit Item comparatur
97 nubi quia levis per temporalium reiectionem
et quia solem obumbravit cum dei
filium concepit Item mitigat nos et solem
iusticie se mediam opponit et ignitus
sermone precibus mitigando / Ysa
45 / Rorate celi desuper et nubes plu
Item hec est nubes desiderata que tempore
Helye pluviam adduxit 3 Regum 18 /
Item hec est nubes typica que
filios Israel tendentes ad terram promis
sionis antecessit / Exo 19 Item beata
98 virgo comparatur aurore quia tenebras
fugat lucem monstrat noctem terminat
diem inchoat lucem a sole recipit infir
mitate mitigat tenet fines mundos
aves ad cantum excitat rorat vertit
in fugam Item beata virgo comparatur
99 lune plene quia fuit semiple
na in sui concepcione et nativitate
fuit plena in concepcione filii et sic
illuminata eam habuit gratiam a filio

in nocte lucet habitantibus in tenebris
et umbra mortis Ysa 9 / decore stellarum
vel magis se humiliavit / nigraque fuit
dem vel nigra sum sed formosa / cum amat
castitas ipsa castissima / Item luna propin
quior est terra quam aliqua alia planetarum
sidera · maria propinquior benignior et
amabilior est peccatoribus quam ceteri sancti
Item comparatur soli quia ad modum so 100
lis rutilat inflammata caritate radios
sue pietatis ubique diffundit et sicut
sol terras illuminat sic beata virgo suis
meritis illuminat mundum quia malto
sita per eminentiam et vite puritatem
clara in rota sua invisibilis vel in clarita
te maiestatis / noctem fugat peccati die
administrat gracie · lunam vel ecclesiam
illuminat / Quod eius vita meliori
civitas illustrat ecclesias / stellas vel
sanctos sui comparacione obfuscat /
fructus maturat quia opera nostra deo
commendat / rebus colorem dat scilicet
humilibus ut viole · martiribus ut
rose / virginibus ut lilii / occulta
manifestat / quia peccatores ad penitenciam
adducit / omnia illuminat calefacit et
mundat et tamen nulla inde contrahit
maculam immundicie vel glorie dimi
nucionem / clausis fenestris intrat / quia
quietos ad rogandum eam os aperis
eius munera sentis / secundum quod aperis
intret vel secundum cordis desiderium / hu
mida desiccat vel luxurie rivulos in nobis
extinguit / fluida consolidat / quia ista
fuit mulier fortis que cingulum tra
didit chananeo Proverbiorum ultimo / nubes attra
hit vel sanctos viros / Canticorum 1 trahe me
post te / glaciem dissolvit vel gelicidium
consuetudinis in lacrimas subtiliat /
Item beata virgo acies terribilis quia 101
omnia armata virtutibus incessit contra

J

bilia / luna lucet de nocte aurora
102 diluculo · sol in die / nox autem culpa
diluculo pena / dies gratia cum ergo
iacet in nocte culpe respiciat lunam de
precetur mariam ut ipsa per filium suum cor eius
ad compunctionem illustret cum non sur
git ad diluculum pene respiciat auroram
deprecetur mariam ut ipsa per filium suum ad
satisfactionem ipsum illuminet / cum autem in
cedit per diem gratie respiciat solem
deprecetur mariam ut ipsa per filium suum cor
eius irradiet / nam quicumque de nocte
moratur excandit cum ipsa sit mater pulchre
dilectionis et sancte spei cum non impugna
natur ab hostibus sed tamen mundo dya
petenit maria ut ipsa per filium mittat
eis auxilium de sancto et de syon tueatur
103 eos / Beata virgo comissis est luna qua
nocte illorum lucet sue inspirationis il
lustrat · penitentibus et incipientibus
est aurora dum ad benefaciendum eos
paulatim informat / proficientibus et
perfectis est sol dum eos exemplo sue
perfectionis illuminat / impugnatis a
dyabolo est castrorum acies ordinata /
dum eas ab eius insidiis protegit et de
fendit / Cant. vi et 5 que est ista que
progreditur et Progressus beate marie
104 fuit per gradus gaudii laboris atque
doloris / Gradus gaudii fuit quando fuit
ab angelo salutata a spiritu sancto gra
vidata ab elizabeth prenunciata iste
gaudium habuit cum sine dolore peperit
105 et a pastoribus audivit quia angeli
nativitate Christi cantaverunt / iste gau
dium quia per patriarchas promissus
a prophetis prophetatus ab angelo nunciatus
a iohanne veneratus ab elysabeth pre
106 conspectus / Item Gradus laboris fuit
cum fugit in egyptum propter timorem hero
dis et inde reversa fuit Mat. ii / Item
107 Gradus doloris fuit cum symeon dix

erit hic positus est in ruinam et in
resurrectionem multorum Luc. ii / Item cum
audivit tot milia puerorum interfici propter
filium suum / Mat. ii / Item quando filium suum
perdidit item quando filius mente perdidit
Sed ad relevationem doloris gaudium illi 108
fuit quando invenit filium sedentem in templo
in medio doctorum / Luc. ii / Item cum
aqua in vinum convertit Ioh. ii / Item
cum vidit illum miracula facientem et
tot nova gaudia quot fecit miracula
eius invenit / Item gaudium de resurrectione
et ascensione et de ipsius beate marie
exaltatione in celum / Dolorem que 109
symeon predixit hic debemus quotiens
de passione predicatur / ut lucrum bo
norum faciamus Mat. xxvi / Dolore
que predixit angelus Mat. ii fuit cum
ut herodes quereret puerum ad perdendum
eum / hic debemus dum incepta bona
deserunt vel destruunt / Bullar / hero
diana malicia est nascentem velle ex
tinguere religionem / si quid boni ad sa
lutem pertinens oritur quicumque resistit
nascentem persequitur salvatorem / Dolore
que virgo beata habuit de amissione
filii hic debemus cum per peccatum gratiam
amittimus salvatoris ibi dolores ut
patimur / Dolorem que beata maria
habuit per captione filii habere debemus
pro illis qui veritatem in iusticia detinent
Rom. i. ut sunt heretici contra fidem
et mali litterati contra bonos mores
/ Dolorem que beata maria fuit quando
pilatus comprehendit et flagellavit
ihesum Ioh. xix / habere debemus cum videmus
morientes premi iniuste sicut beatus
nicolaus dolebat super innocentum af
flictionem / dolore que fuit in crucifixione
habere debemus cum videmus honore
divini cultus ab ecclesia divisi sicut
divisa tunc fuit caro Christi / Dolore que

sunt in lamentatione et ululatione
ideo debemus cum vidue orphani reli-
giosi et miserabiles persone que sunt
quasi mortui affliguntur / Ast quod
uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis
110 Sextaliter sunt signum magnum quod
apparuit in celo mulier amicta sole /
Apocalypse x / Ipsa enim induit dominum Ihesum
Christum Romanos xiii / sicut ferrum ignem cera
sigillum speculum faciem inspectantis /
Item hec est mulier que supergressa est
universas que congregaverunt divitias vir-
tutum Proverbiorum ultimo / Primo inventione Luce i
111 invenisti gratiam apud deum / Secundo as-
sociatione sue humanitatis cum filii
sui divinitate Luce i / Deus tecum et virtus
altissimi obumbrabit tibi / Tertio de ex-
citatione sine cuiuscunque meritum / quia pre
ceteris fuit creditus obediens continua mo-
desta simplex sapiens ab angelo saluta-
ta plena gratia nunciata mater dei predicata
ut patet Luce i / Item quia eius conceptio
fuit ab angelo nunciata ut patet in le-
genda de conceptione eius / Et ab utero
sanctificata / Unde eius nativitas ab
112 ecclesia celebratur / Item prima virginitatis
votum obtulit deo Luce i / Quomodo fiet istud
quoniam virum non cognosco id est non cognoscere
proposui / Item optimam partem elegit de
omni statu salvandorum / quia de coniugio
fecunditatem absque feditate / de virginitate
et continentia munditiam sine sterilitate
Item singulariter gratia plena fuit quia dei
mater / quia post conceptionem peccare
non potuit / quia sola fuit sine corrup-
cione fecunda sine gravamine gravida sine
dolore puerpera / Item quia martir in
anima / Unde tuam ipsius animam pertransibit
gladius / Luce ii / Item quia sola potest
113 suo filio imperare / Unde Roga patrem
iube nato / Item quia super choros an-
gelorum sola est exaltata / Unde de ipsa

canit ecclesia Exaltata es sancta dei genitrix
super choros angelorum ad celestia regna
Cuius meritum in sublimi locata quod nichil
sibi equale nichil est maius nisi solus
deus Anshelmus / omnis natura a deo
creata est et deus est natus ex maria
deus omnia creavit et maria deum generavit
qui omnia fecit ipse se ex maria fecit
et sic omnia que fecerat refecit / Cum po-
tuit omnia de nichilo facere noluit ea sine
maria reficere / et ideo ad reficiendum mea
natus est ex maria ut hec dicit / ut ipse
fuerat conditor hominum fieret salvator et
talem habet matrem ad quam confidenter
confugiunt peccatores quia non potest esse
pietas nata que fontem genuit pie-
tatis quia omnes miserias potest
annichilare / Et ideo hanc superstitem post
ascensionem suam salvator in hoc seculo
reservavit ad consolationem et edificationem
apostolorum inter homines que meditat et con-
servat in corde suo sermones apostolus
doceretur et doctrina evangelista firmaretur
Item beata maria est illa regina digna 114
Psalmus / Astitit regina a dextris tuis in vestitu
deaurato id est excellentia dignitatis et
meritorum / Sicut enim aurum preciosius
est ceteris metallis sic beata maria cari-
or et preciosior deo quam cetere creature
sinceritate veritate id est virtute omnium sanctorum
et sanctarum quia omnes chori an-
gelorum eam honorant prophete et apostoli ve-
nerantur rubee rose martires glorificant
viole confessores laudant et lilia virginum
benedicunt / Item beata maria dicitur im- 115
peratrix quia novem regnis regum imperii
imperat id est novem ordinibus angelorum / Item
dicitur domina omnia bona cum filio communicat 116
Item pacifica quia tempore suo pacifico
tanta pax fuit iuxta Ysaiam / ut non le- 117
varet gens contra gentem gladium
Psalmus / Arcum conteret et confringet arma

Item dicitur ancilla que debet esse promp
ta / Luc 1 Ecce ancilla domini / Eva ancilla
118 inobediens per quam humana libertas
ancillata est sed per mariam fuit libertas
reddita / Beata maria etiam dicitur dyna
119 mo quia in celesti curia adoretur aut co
latur ut deus sed quia deum et hominem
de spiritu sancto concepit et peperit

Semper virginis contra

Antidicomarianitas qui virginitati
120 beate marie contradicunt as
serentes post christum natum eam alios
filios de ioseph peperisse / Et contra sserti
manos / et Ebionitas qui asserunt
christum a maria et ioseph nuptiali coitu
fuisse conceptum / De quibus erroribus
ste 29 q 1 / cuncta ante scēta addu
cunt ad medium sui erroris illud mat
121 1 / donec peperit filium suum primogenitum
Et antequam convenirent inventa est
in utero habens de spiritu sancto / Item luce 2
peperit filium suum primogenitum / Ambobus
respondetur extra de verborum significatione / Ad hoc
quod dicitur / Antequam convenirent primo gram
beati Ieronimi contra Helvidium / antequam
ad nuptialia convivia celebranda scilicet
ante diem solempnem nuptiarum qua
eam solempniter traduceret ioseph in
uxorem / Et dicitur / non cognovit eam
donec peperit filium suum primogenitum / Unde secundum
Ambrosium et Ieronimum est scriptura sicut
et ibi / donec senescatis ego sum /
numquam post illam senectutem deus esse
desinit / Ps. / dixit dominus domino meo sede
donec ponam inimicos tuos / numquam postea
non sedebat / Ad hoc quod obiciunt de primo
genito / per quod videtur eis quod alios habuit
Unde et christus dicitur primogenitus
et unigenitus / primogenitus quia
nemo ante christum / unigenitus quia
122 nemo post christum / Item enim dici quis
per abreviationem prioris eius / et tunc est
sensus / primus i. ante quem non alius
vel dicitur primus in comparatione posteriorum
et tunc est sensus primus i. post quem alius
et ante quem nullus / vel dic quod inter
non sunt evidentie testimonium perhibent vir
ginitati marie de tempore ante partum
maxime super quo magis dubitari
bitari / vel deus est primogenitus i. 123
per alios genitus / quia a patre genitus
ab eterno / de quo ys. 53 / Generationem
eius quis enarrabit / vel quia ipse
primus fuit sine peccato per gratiam / Qui
peccatum non fecit / Ps. Super ipsum autem ef
florebit sanctificatio mea / vel quia
novo modo genitus fuit Ieremie 31
novum faciet dominus super terram mulier circumdabit
virum celum et terram et infernos continet
quia excelsior celo profundior inferno
longior terra et latior mari / Job 11
Et fuit novum quia virum perfectum in cor 124
pore et anima concepit Item quia
mater et virgo simul fuit Item
quia deum et hominem genuit Item
quia sine dolore peperit Item quia
qui mundum pugillo continet ventris
sub archa clausus est iuxta illud
Virgo dei genitrix quem totus non capit
orbis in tua se clausit viscera factus
homo / Item quia erat invisibilis visibilis
est qui erat omnipotens infirmus qui
erat immortalis factus est mortalis
qui erat eternus factus est temporalis /
qui erat verbum factus est infans qui
erat dominus omnium factus est servus exemplum
quia exinanivit se formam servi ac
cipiens / philip. 2 / Hec est mulier ex qua
natus est filius dei Galat. 4 / per hanc
mulierem fidelem salvatus est vir
infidelis scilicet adam cum omnibus suis /
Unde 1 Cor. 7 / per hanc nativitatem
omnia renovantur / Ps. Renovabis

facie tue ij Cor v / vetera transierunt
et ecce nova facta sunt omnia / ysa
43 / Ecce ego dominus faciens omnia nova
omni opponunt de coniuge al de parentibus
sed hec referendum est ad morem scripture
vel ad opinionem vulgi est / ut puta
127 batur filius ioseph / non quod estimacio
ut putabatur / ponitur tamen de ioseph / ne
erremus sicut illi de quibus dicitur mt xiij
et mr vj a. nonne iste est fabri filius
Sed non ponitur de maria quod est contra
hereticos qui dicunt quod non fuit vera xpi
mater sed putativa ut et ioseph /
Sed ut veraciter mater xpi crederetur sancta
maria expresse estimacionem est mt j quod in
ea et de ea natus est xpus quod numquam
dicitur de ioseph / Et inducit Ambrosius
quod scriptura coniugem nominat non est
virginitatis ereptio sed coniugij testi
ficatio et nupciarum celebracio / Item
obiciunt mt xij ut quid michi / Ecce
mater mea et fratres / Et infra omnis qui
fecerit voluntatem patris mei hic meus frater soror
et mater est / Unde quod licet discipuli
spiritualiter conueniunt non tamen negatur
maria mater xpi carnalis / Item obiciunt
luc xj / Beatus venter qui te portavit
ubi xpus respondit / Quinymmo beati qui au
diunt verbum dei et custodiunt illud / Ex quo
infertur quod non venter beate virginis
sit benedictus / Respondetur quod quinymmo ponitur
ibi pro certe / Et est sensus / certe beatus
venter / et eciam beati qui audiunt verbum
dei / vel quinymmo ponitur ibi pro insuper et
sic est adverbium ordinandi / quasi diceret
insuper magis est portare verbum dei
in mente quam in ventre / tamen beata
126 virgo portavit utroque modo / Item
semper virgine / hec fuit ista generacio
abrahe promissa gen xv / pro qua erat
ad deum graciam referendum / prima enim
generacio fuit sine patre et sine matre

ut ade / secunda de patre sine matre ut
eve / tercia de patre et matre ut omnibus
aliis hominibus restabat ergo tantum quarta
scilicet de matre sine patre que fuit xpi gal
Gal v / Cum venit plenitudo temporis
misit deus filium suum natum ex muliere
scilicet sola non ex virili semine / Quia solo
verbo illum concepit ut nasceretur de ma
tre sine patre qui de patre natus est sine
matre Et nota quod licet hec generacio 128
plus iudeis sarracenis et hereticis
impingueretur tamen est magis consona
racioni et facilior ad credendum quam
quod de limo vel de costa sola vel quod homo
de concepto semine generatur / prima genera
cio scilicet ade fuit de terra / secunda scilicet eve
de viro / tercia de masculo et femina / Sed
quia hec triplex generacio facta est prava
et exasperans deut 22 / fecit deus quar
tam de virgine per quam alie generaciones
benedicentur ier xxxj novum faciet deus
super terram / Quoniam triplicem generacionem ma
lam dedit nobis deus triplicem bonam
scilicet baptismum primam et graciam / Unde
triplex nativitas celebratur / scilicet iohannis
beate marie et salvatoris / nativitas
in baptismo significatur per iohannem
quia ibi infunditur gracia / nativitas
in prima significatur per nativitatem marie
maria enim interpretatur amarum mare /
per quam significatur amaritudo penitencie / nati
vitas glorie significatur per nativitatem sal
vatoris / hic enim anima gloria fruitur
et visione salvatoris / ideo mors sanctorum
natalis dicitur quia tunc in celis sancti
nascuntur / Item semper virgine / potens 128
enim deus de lapidibus suscitare fi
lios abrahe luc iij / Item cum solo
verbo creavit omnia solo illo po
tuit virginem fecundare omnia dixit
et facta sunt gen j / Et omnia possibilia

credenda sunt credenti animo ex credo
enim credens verbis angeli consensisset
concepit virgo beata / et sic credendo
est virginitas fecundata / Unde dixit
ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum
Luc. 1 Et nota ordinem restaurationis
129 prima causa perditionis humane
fuit cum serpens missus a dyabolo
ad decipiendam virginem desponsatam
ade Gen. 3 Ideo in restauratione missus
est angelus a deo ad virginem despon-
satam joseph / Luc. 1. Et sicut mors
intravit per feminam apte redit et vi-
ta per feminam / Et quia feminam creatam
fecit deus de viro sine femina factum est
de virgine / conveniens fuit ut vir
qui fieret de femina sine viro fieret de
virgine / Fuit autem beata virgo de-
sponsata viro ut per joseph texeretur
130 genealogia marie secundum morem
scripture / et ne a iudeis ut adultera
lapidaretur et ut solacio viri susten-
taretur / et ut dyabolo partus celaretur
/ et ut joseph castitatis marie testis
haberetur / et ut ostenderetur in eo quod omni
statu esse esset salvus scilicet in statu
virginitatis viduitatis et coniugii
qui omnis in beata virgine fuit / De
virginitate et coniugio patet ex dictis
de viduitate patet per hoc quod christus in
cruce ipsam commendavit iohanni
ut solacio viri et filii destitutam
131 Item semper virgine ysa. 7 ecce
virgo concipiet / Item Eze. 44 porta
ista clausa erit / Cant. 4 ortus conclusus
Sicut enim sol intrat per vitrum et
carbunculus per cristallum flos per fructum
herba per arborem verbum per aurem co-
gitacio per cor intuitus per oculum ignis
per ferrum / Exo. 3 flos per virgam yesse
fructus per virgam aaron / num. 17
pluvia per vellus gedeonis Judic. 6
[illegible] per lapidem / Dan. ult.

Sic ingressus et egressus sine vio-
lacione et lesione spiritus christus intravit
et exivit per uterum virginalem / Ad
idem nota / Sicut aqua intrat
spongiam vel lanam penetrat et im-
plet et si premitur aqua tota munda
et clara egreditur et spongia vel
lana non leditur nec corrumpitur in
egressu / Sic deitas in virgine humana-
ta in egressu et partu virginem non
corrumpit nec inde deitas exiit vio-
lata Item sicut vox loquentis intrat
per vitrum vel pectum et venit ad
aures stantis deforis sine omni
corrupcione pectoris vel vocis / sic dei
filius per virginem venit in mundum
et virgo vel deitas non est lesa / dicunt
iudei et alii increduli quomodo virga
arida floruit frondivit et nuces pro-
tulit et ego dicam eis quomodo virgo
concepit et peperit / Ad maiorem autem
confusionem incredulorum nota quod vul-
tur sola ore concipit et avem generat / Et
vultur et apes et vermis sine com-
mixtione masculi generant ut in libro
de naturis animalium reperitur / Nec
mirandum si in sua matre quod in-
venit integrum servavit nascendo
qui destructa membra corporis in aliis
reintegravit tangendo / Unde in
eius conceptu decebat debuit virgini-
tas potius quam decresceret certius minui
sed potius augeri Item sine corrup-
cione et sine aliqua lesione formavit deus
mulierem de viro Gen. 2 / Et ideo pari
ratione sine lesione et corruptione
formare potuit hominem de muliere
Et nota quanta bona sunt nobis per 132
virginem reparata dum illum genuit qui
mundum ab antiqua clade redemit / et omnibus
necessaria ministravit erranti viam e-
gris salutem famelicis panem /
condempnatis purgacionem desperatis re-
dempcionem cathenatis liberacionem
clausis apertionem naufragantibus portum

peregrinantibus celestem reditum dis
sidentibus pacem · angelorum et homi
num totius humani generis salute
hijs qui tenebantur in tenebris et
claustris infernalibus lucerna et
liberacionem fidelibus ad celum ascensione
peccatoribus veniam perditis reconciliacionem
mortuis resurreccionem inferni spoliacionem
et destruccionem paradysi restauracione
hec omnia beata virgo maria genuit
et nobis reparavit dum factorem omnium bonorum
operum dei filium genuit et initiavit

Sancti spiritus cooperacione

133 Spiritus sancti gracia preveni
ens mariam a peccato totam
prorsus invaduit et purgavit et a
fomite peccati liberavit et potenciam
gignendi sine virili semine virginem
paravit / sicut Augustinus de fide ad petrum
beata virgo singulari gracia preventa
repleta est ut ipsum haberet sui ventris
fructum quem ex inicio habuit uni
versitas dominum / ut illud quod nasce
batur ex propagine primi hominis generis
tum et non carnis origine duceret quia
in mente amor spiritus sancti singulariter
ardebat ideo in carne eius virtus
spiritus sancti mirabilia faciebat etiam
beneficii spiritus / Mathei 1 inventa est in utero
134 habens de spiritu sancto / Luce 1 / Joseph
fili david noli timere accipere coniugem
tuam quod enim in ea natum est de spiritu
sancto est / licet autem de spiritu sancto
135 conceptus sit non tamen de substancia spiritus
sancti semen partus assumpsit ut
quidam heretici dixerunt / Secundum operacionem
spiritus sancti quedam porcio carnis
aliqua carne virginis fuit separata
et in corpus christi formata / de consecracione
distinctione 1 Augustinus / de virgine et spiritu beata
caro sine coitu creatur / Ambrosius sine
136 opere sancti spiritus formatus est in
utero / Denotat causam efficientem
non materialem quia deus causa est
efficiens formalis et finalis sed nequaquam
materialis / unde non est dicendum quod
sit filius spiritus sancti ut dixerunt quidam
heretici / Si enim hoc esset tunc duo essent
in trinitate patres vel una eademque persona
esset pater et spiritus sanctus cum
utrumque sit absurdum / nec est concedendum 137
quod quidquid de aliquo nascitur consequenter
filius nominetur / papilio pediculus
lumbricus et si de homine nascuntur /
non tamen filii eius dicuntur etiam qui
nascuntur ex aqua et spiritu sancto non
aque filii dicuntur

Conceptus

non quod diminutus 138
ac minimum accepit ex conceptu
sicut Ascheribium et Berillus
dixerunt / contra quos Johannes 1 in principio
erat verbum / Sed de hac materia dictum
est supra ibi Concipietis dei filius
Cum ergo dicitur spiritus sancti cooperacione
conceptus / quia spiritus sanctus donum dei
dicitur / proinde est ac si diceretur / dono et
opere dei et non opere hominis conceptus
sed per conceptionis quem enim fit aliorum
hominum / Attribuitur autem spiritui sancto
conceptio · non quod ipse eam sine patre
et filio fecerit / sed quia caritas dominum
fecit incarnari / Ephesios 2 et Romanos 8
propter caritatem qua dilexit nos deus
filium suum misit / Et nota quod Sarraceni
confitentur christum natum de maria semper
virgine et de spiritu dei i · e · de flatu dei
dicentes deum insufflasse in beata
virgine et sic de flatu illo virginem
concepisse / non intelligentes spiritum sanctum
esse terciam in trinitate personam · sed
pocius materialem flatum sicut est
in animali / Eodem modo intelligunt
Genesis 2 / inspiravit in faciem eius spi
raculum vite / Unde enim in similitudine
si flatus dei impregnavit mariam ·
qui terram impregnat et germinare
facit / contra quos nota quod deus est
incorporea substancia nec est instrumentum

scandi ut simees et huiusmodi sed est omnino
190 simplex ut supra eodem capitulo / et Joh. 4
Spiritus deus est / Et quod dicitur inspiravit
in faciem eius intellige inspiravit
i. spiritum hominis creavit quem corpori hominis
infudit item / Sancti spiritus conceptus
eo beata virgo fuit desponsata Joseph
et a spiritu sancto impregnata signum est
quod non sit nupta sed remanet incorrupta
concepit virgo de spiritu parit sine gemi
tu / Et ideo beata Maria alii est nupta
et ab alio est repleta quo singule creature
spiritu replentur et gratia unguntur tum tamen et
regnum sacramentum

191 Verus homo / verus deus
factus est verus homo / creator
factus est creatura / utrumque non a
mittens quod erat fieri voluit quod
non erat / Et licet miranda sit dei po
tentia plus tamen miranda eius ma
quod ille scilicet qui nasci potuit voluit re
nasci et qui erat invisibilis nobis
fieri voluit visibilis / et incomprehensibilis
nobis a nobis voluit comprehendi / et qui
erat universorum dominus servilem forma
suscepit deus sub homine obumbratam
deus autem factus est homo ut idem esset
redemptor qui creator / et ut de suo re
dimeret homo et ut familiarius dili
geretur ab homine / Et ideo in similitudine
hominis apparuit ut utroque sensu beati
ficaretur homo / scilicet oculus cordis in eius
divinitate / et oculus corporis in eius
humanitate / Et nota nisi verus homo
192 esset qui dyabolum vinceret non iuste sed
violenter vinceretur homo tolleretur qui
se illi sponte subiecit sed si victus fuit
ab homine non est iusta materia con
querendi / Sed ut homo dyabolum vincere
posset necesse est ut deus sit qui eum
immunem faciat a peccato / Si enim esset tantum
homo vel angelus posset peccare et ita
redigi sub dyaboli servitute ut primus
et ita de facili superari / Sed neme redemptor

a quo victus est deceptor quem in nullo
potuit superare / Unigenitus dei filius
factus est homo verus ut hic dicitur et
natus est in terris ut homo nasceretur
melius. ingressus est deus mundum
ut homo ingrederetur celum / Celsus ad
humilia descendit ut humiles ad al
ta ascenderet / filius dei factus est filius
hominis ut filios hominum faceret filios dei
iuxta illud Joh. 1 / dedit eis potestatem
filios dei fieri / Quoniam enim radix superbie
per humilitatis virtutem oportuit expiari
quia contraria contrariis curantur / ut
quoniam fuit superbie ut homo vellet
esse deus iuxta quod ille serpens suaserat
Eritis sicut dii scientes bonum et ma
lum / Ergo tanta debuit esse virtus
humilitatis ut deus fieret homo iuxta
quod dicit apostolus / Cum enim in forma dei
esset non rapinam arbitratus est equa
lem se esse deo / Verum ergo deus factus est
ut daret nobis humilitatis exemplum
quibus qui superbi recessimus humiles
redeamus / Quoniam enim radix omnis
peccati est superbia / per hanc angelus pec
cavit in celo qui dixit / ponam sedem
meam ad aquilonem et similis ero
altissimo / per hanc homo peccavit in
paradyso cum dictum est Eritis sicut dii sci
entes quod cum cito mandatum contempsit
tam cito contra deum superbivit.
Et nota tres radices ad plenandum
cur fieri voluit deus homo / Tria
peccata primorum parentum fuit superbia
cupiditas inobediencia / De superbia
hic est et principium omnis peccati superbia
Ecclesiastici 10 / De cupiditate / ad Thi
mothe(um) 6 / Radix enim malorum cupiditas / De
[illegible] tertia radix mortalis
criminis peccatum est dictum vel factum
vel concupitum contra legem dei / De quo
dicitur [illegible] ex quo in fine / Ergo autem
tale fuit peccatum primorum parentum / licet
[illegible] sed [illegible]

J E

2

sicut dii scientes bonum et malum
Quia non contraria contrariis curantur
Inicio superbia per humilitatem cupiditas
per largitatem inobediencia per obedienciam
curanda fuit / Superbia non primorum
3 parentum fuit ab omnimoda servitute
in omnimodam dominacionem dum non subesse
sed preesse voluit dum in nullo mandato
dei comminantis obedierunt dum propriam
voluntatem in omnibus impleverunt ergo
emendanda fuit per humilitatem que
esset ab omnimoda dominacione omnimode
servitutis assumptio / hec enim erat
sola et condigna satisfactio / Gregorius
in moral libro xii / primo enim surrexit
ultra se infirmitas nostra unde sub se
infirmata est firmitas dei ut quantum
illi ascenderunt supra se tantum iste qui sa
tisfaceret pro peccato illo descenderet infra se
/ hoc autem potuit solus deus / et propter
hoc deus in propria persona peccatum peccatori
per superbiam humiliacione sua potuit
emendare / Augustinus Tantum se pressit
humana natura superbia ut eam non
posset nisi humilitas sublevare di
vina / nichil enim ita infra nimium primos
parentes ante eis infimus quantum deus erat
illis supremus / Solus ergo deus potuit
tantum descendere infra se humiliando se
quantum adam ascendit super se elevando
se supra se / Item Quia in altitudinem
9 divinitatis se levaverunt primi parentes
per superbia Gen 3 / necesse fuit ut humilitate
emendaretur / Unde Iob 33 Si fuerit angelus
pro eo loquens unus ex milibus ut an
nunciet hominis equitatem miserebitur
eius / quasi dicat / Si fuerit pro genere hu
mano angelus magni consilii sup
plicando patri loquens unus de milibus
decem / videz enim hominum silentibus
patri proponens insignia passionis ut
annunciet hominis equitatem nature
humane nisi veram conformitatem

miserebitur eius i. humani generis
deus pater / Angelus autem loquens
pro homine utique statum subiungitur. In
beni inquo ei propicietur / quasi dicat
Quia coram deo nemo intercessor iu
stus comparuit ad propiciandum hominem
homine me fecit et sic iustum inquo
ei propiciacionem meam / hic est iustus a
nuncians hominis equitatem tantam
in homine humilitatem quanta fuit in primo
parente superbia / data enim fuit intima
personarum consilio sua quod homo paradisum
non intraret nisi hominis humilitas
ade superbia compensaret / Unde secundum
patrum vox determinans qualis necesse
esset redemptor ait ys 53 Et nos
desideravimus eum despectum et novissimum
virorum / Sequitur Quia homo in racionabilibus
rebus erat novissimus ambicione
voluit esse sicut primus suadente dya
bolo sicut dii / deus igitur primus est
et summus per assumpta humanitate
fiet novissimus ut hac humilitate ho
minis primi compensaret superbiam / hoc
enim ut esset deus et homo quod hodie
redimeret salutis in ne necessitas exposce
bat / ut sicut verus homo / deus vo
luit fieri / sic qui erat verus deus vo
luit fieri verus homo / Hoc modo
quoniam primi homines concupierunt
per cupiditatem tantum necesse fuit ut daret
econtrario per largitatem sicut cupita
fuit divinitas ergo necesse fuit redemp
tor dare divinitatem Item omnimode pau
per primus homo qui nichil sui habuit
omnimode fieri dives concupivit / Illo
peccato ergo ut medicina mundi morbo
exigit econtrario ut omnino dives deus
omnino pauper efficeretur / Et sicut adam
per furtum vel rapinam factus est dives
cum nichil habet deus factus est quasi
pauper cum in multis divitiis sit / Apostolus
Scitis graciam domini nostri ihesu cristi quia propter
nos egenus factus factus est cum esset

5 dinos / ij Cor. v / Item inobediencia
primorum parentum fuit inobediencia eius
qui tenebatur obedire omnino qui non
habuit contrarium adequatum sibi.
nisi eius obedienciam qui nullo modo
tenebatur obedire / hic autem erat solus
deus / Item ista inobediencia emendanda
fuit per obedienciam creatoris aut creature
Sed quelibet creatura toto posse suo et
viribus pro semper tenebatur obedire creatori
suo racione creacionis ergo per nullius
creature obedienciam emendari potuit illa
inobediencia quia quantumcumque obediret
non solueret nisi debitum ergo ex necessitate
emendanda fuit per obedienciam creatoris
necesse ergo fuit creatorem fieri obedien
tem tanta obediencia quod esset emenda
et satisfactio transgressionis condigna
et que ut medicina morbum superaret
Philippenses ij / Semetipsum exinaniuit / Item
Sicut illud peccatum tale fuit quod omnino sub
ditum legi omnino se liberum gessit / necesse
fuit ut satisfactionum medicamentum esset
quo omnino liber a lege subditum legi
omnino se gereret / nullus autem erat talis
nisi creator / Creatorem ergo oportet fieri
omnino legi subditum / de quo dicitur Galatas ix
in fine. Galatas quod postquam venit plenitudo
temporis etc. / per predicta patet quare deus
6 non assumpsit angelicam naturam
sed humanam in qua nonnisi homo sic
temptatus est uti ut et mutaret sensa
tum humani generis et vicium excluderet
7 vetustatis / Licet autem dei una solo
nutu imperii hominem potuisset reparare
tamen ne dyabolus posset dicere potenti
am contra iusticiam conqueri deus contra
ipsum noluit uti virtute potencie sed
iusticie racione.

8 **Factus est** contra iudeos
hereticos sarracenos qui ne
gant Christum esse deum dicentes
esse impossibile quod simplex deus sit
factus homo quod immortale mortale
quod eternum sit temporale uel econuerso. Sed
deus est simplex homo non compositus
deus immortalis homo mortalis / deus
eternus homo temporalis / ergo impossibile
ut dicunt quod deus fiet homo / Respondeo
quod secundum cursum nature et secundum causas
inferiores erat impossibile / sed apud deum
possibile fuit / Luce j / non est impossibile
apud deum omne verbum / Et ideo po
tuit humanam naturam assumere non descendo
diuinam et sic fieri deus homo verbum
caro / verbum infans id est non fans simplex
compositum eternum temporale / impassibile
passibile immortale mortale / Item vnigenitus 9
genitus dei filius verus homo factus est
contra illos qui dicunt Christum esse puram
creaturam / Baruch 3 / hic est deus noster
et non estimabitur alius absque / hic ad
inuenit omnem viam discipline et tra
didit illam Iacob puero suo et ysrael
dilecto suo post hec in terris visus est et
cum hominibus conuersatus est / ps / deus
noster manifeste veniet / Idem deus in
domibus eius congnoscetur / Et reuera
ignotus fuit Ihesus in ciuitate ierusalem
in passione resurrectione et assensione
et ibidem conuersatus ut testantur eu[angelist]e
Item Michee v / Et tu bethleem eu
frata nequaquam minima es in principibus
iuda ex te enim egredietur dux / Item ysa
ye xl / et 52 / videbit omnis caro salutare
dei nostri / Item ad tytum ij / Apparuit
benignitas saluatoris dei nostri Ihesu Christi
Item Heb j / Multifarie multisque modis
olim deus lo / nouissime autem locutus est nobis
in filio Item Act x / Verbum suum
misit filiis israel annuncians pacem per
Ihesum Christum / hic est omnium deus Item j
Joh 3 / In hoc congnouimus caritatem dei
quia animam suam posuit pro nobis Item 5
filius dei venit et dedit nobis sensum
ut congnoscamus verum deum et simus
in vero filio eius hic est verus deus
et vita eterna Item verus homo factus 10

cont illos qui dicunt xpm no fuis
se hominem verum sed fantasticum · ut
impii manichei / Ext de te missi aeda
etiam heretici xpm no deum sed angelum
confitentur et istud corpus dicunt ab
angelo vegetatum quod deus misit
in mundum / cont quos heb i p totum
Item act 26 Item act ii / deffuncti enim
sunt qui querebant animam pueri Item
act 4 20 / filius enim hominis venit dare
animam suam Item joh x animam meam pono
p ovibus meis / Et xii nunc anima mea
turbata est / Ergo apparet quod xpus habuit
animam / ergo fuit homo et no angelus
sed deus et homo Item verus homo
11 factus est / cont eos qui dicunt xpm
non esse aliquid secundum quod homo contra
quos dicitur Ext de hereticis cum xpus / Ad
idem etiam / Nota quod hec propositio secundum
quod notat conditionem vel proprietatem
nature divine vel humane aliquando
unitatem persone aliquando habitum aliquando
causam ideo quando sermo occurrit de xpo
tunc diligenter est attendendum Item
12 homo factus est / cont cyplitas qui
dicunt xpm no verum in veritate sed hominem
in fantasia apparuisse / Ad quod inducunt
cunt rom viii / misit deus filium suum in
similitudinem carnis pecti / Sed nichil est
istud cui est simile / ergo xpus no erat
verus homo / Unde dicendum quod no dicit quod no
habuit carnem humanam sed quod habuit similitudinem
carnis pecti propter passibilitatem et
mortalitatem quia debuit per omnia fratribus
assimilari / heb 2 c / Item inventus
phil ii / habitu inventus ut homo /
unde quod per ibi expressum est veritas
simile Joh i vidimus gloriam eius glo
riam quasi unigeniti a patre / cum autem
xpus sit veritas Joh xv / Ego sum via
13 veritas et vita / no est verisimile eum
falsitate humane nature homines
decepisse Item cum sit res mundi redemp

tor ad tytum ii qui dedit semetipsum
p nobis ut nos redimeret ab omni ini
quitate / verum precium solvit pecti no
pena erat quam debebat genus humanum
ergo veram penam sustinuit ergo habuit
verum corpus / no est enim verisimile quod in
redimendo genus humanum falsam mo
netam solvit Ad idem Joh 18 Ego ad
hoc natus sum et ad hoc veni in mun
dum ut testimonium perhibeam veritati /
Item verus homo factus est cont illos 14
qui dicunt quod xpus no est verus ho
nec filius hominis / de quibus 29 q 3
quidam / mat i liber generationis ihu xpi
filii david filii abraham / Et gen 18 / et
18 in semine tuo benedicentur omnes gentes
ps / de fructu ventris tui ponam super sedem 15
Et no quod matheus ponit sex ordines
personarum a quibus xpus traxit originem
secundum carnem scilicet patriarchas / prophetas reges
principes / pastores et duces Abraham
patriarcham / david prophetam / salomonem
regem et principes Judas pastor / zoro
babel dux / Item act 16 quem dicunt
homines esse filium hominis Item mat 20
Ecce ascendimus iherusalem et filius
hominis tradetur / Item luc 2 ihesus pro
ficiebat etate et sapientia coram deo et ho
minibus Ibidem xix venit filius hominis
salvum facere quod perierat / xpus appellatur 16
dicitur filius hominis quia humana natura
in primo parente sumerat per peccatum in xpo
perierat renovata quasi ad nativum
robur refloruit / Et iustum est ut patre
decrepito ac debili filius validior robore
cont tyrannum pugnaret et ut eius
victoria no sibi sed parenti per quo pugna
naverat ad libertatem valeret Et ideo
filius dei voluit fieri filius hominis ut
illud de homine fiunt magno homo de
homine dyabolum superaret / Item quod xpus
fuit verus homo probatur luc 20 videte
manus meas et pedes meos quia ego

ipse sum palpate et videte quia spiritus
carnem et ossa non habent / Item in
Ioh. 4 omnis spiritus qui confitetur Ihesum
Christum in carne venisse ex deo est qui non
confitetur ex deo non est sed antichristus
et seductor

De anima rationali

17 Contra illos qui dicunt non esse
animas / Quod autem anima sit
ostenditur ratione / Cum enim quedam corpora
sint que non nutriuntur nec augmentantur
nec generantur nec moventur motu voluntario
ut sunt lapides / Et sunt alia corpora
que nutriuntur augmentantur et generantur et
generant sibi similia ut plante / Et sunt
alia que moventur voluntarie ut animalia
Et iterum alia que sentiunt et moventur
motu voluntario secundum rationem ut homines
Relinquitur igitur ut in essentia corporis sit
principium aliquarum actionum habens preter corporei-
tatem / Cum enim si principium corporis esset cor-
poreitas tunc inveniretur omnibus corporibus
Cum ergo illud a quo iste actiones
emanant dicatur anima ab omnibus
patet quod anima est / Preterea videmus acti-
ones in quibus conveniunt animalia et
vegetabilia et homines sicut se nutrire
et generare / et actiones in quibus conveniunt
animalia et homines in quibus non conve-
niunt vegetabilia ut sentire ymaginari
et moveri voluntarie / Et actiones que
sunt proprie hominum sicut formaliter intelligere
discernere inter bonum et malum adinvenire
artes et consilia deliberare et eligere /
Est ergo in vegetabilibus principium
nutriendi et generationis / quod quidem
principium dicimus animam vegetabilem
In animalibus vero principium sentiendi
ymaginandi et movendi secundum appe-
titum quod dicitur anima sensibilis / In hominibus
autem principium ratiocinandi et intelligendi
quod dicitur anima rationalis / patet ergo
quod anima vegetabilis et sensibilis et
rationalis est / Item Augustinus in libro de
spiritu et anima / Nichil est quod tam
novit anima quam illud quod sibi presto
est sed nec menti nec anime quidquam est
magis presto quam ipsa sibi / ergo nichil
melius novit quam se / Cognoscit enim
se vivere meminisse velle scire cogitare
Et ita impossibile est quod anima ignoret
se esse / ergo anima est / Ad sciendum
autem quid sit anima secundum diffinitionem
sciendum quod substantia creata
quedam est spiritus et non anima sicut est
angelus / quedam autem anima et non spiritus
ut anima sensibilis in brutis vegetativa
in plantis / quedam et spiritus et anima ut
anima rationalis in homine que spiritus per
naturam rationabilitatis per quam separabilis
est a corpore et separata manet ut angelus
et anima vero dicitur per naturam vivificabilitatis
cum corpore per quam corpus animando
vivificat / Quedam vero substantia est nec spiritus
nec anima ut quecumque creata alia 18
substantia / Diffinitur autem anima rationalis
aliquando ut spiritus aliquando ut anima aliquando
ut spiritus et anima / Ut spiritus diffinitur
sic secundum Ysidorum Anima est substantia incor-
porea intellectualis illuminationem que sibi
a primo ultima relatione percipiens /
Receptio luminis duplex est / Una com-
petit ad primum esse que connaturalis est ipsi
essentie rei ut in igne qui lumen re-
cipit in primo suo esse / et ideo est ei
naturale et coevum / alia convenit ad
secundum esse quod dicitur bene esse quod
notatur cum dicitur est connaturale et
coevum ut receptio luminis in aere / Prius
est enim esse aeris et post receptio luminis
Angelica natura prima relatione re-
cipit illuminationem a primo lumine deo
et propter hoc statim cum sunt angeli illumina-
ti sunt et intelligunt / Anima vero rationalis
secunda relatione / et propter hoc anima quamdiu
unita est non intelligit nisi mediantibus de
rebus intelligibilibus / Et ideo bene dicit
illuminationem que sibi a prima ultima re-
latione percipiens / Anima diffinitur 20

dupliciter quia dupliciter comparatur / vt
vnitur corpori vt motor mobili et vt
nauta navi / Et secundum hoc diffinitur sic
a Remigio / Anima est substantia incorporea
regens corpus / Anima prius humanis
corpori iungitur vt rex regno suo quod
gubernare debet et ad iussum imperatoris
eterni movere et ex hoc sibi et corpori
mereri / Et propter hoc dicitur corpus regens
comparatur etiam corpori et vnitur vt actus
et perfectio primus et forma secundum quod diffinitur
ab aristotili in libro de anima talia est
actus primus sive perfectio corporis physici
organici potentia vitam habentis /
hec ratio generalis est anime vegetabili
sensibili et rationali in quantum est anima
corporis vnibilis / Sciendum ergo quod actus
21 primus dicitur vel perfectio / Duplex est autem
perfectio / vna secundum habitum quemadmodum
nos dicimus puerum perfectum rationabilitate
quia potest vti ratione / Similiter distinguitur
22 duplex esse et duplex actus essendi
secundum habitum et secundum vsum / Actus
sive perfectio secundum habitum est primus actus
perfectio secundum vsum est actus secundus
Cum ergo anima sit perfectio et forma
et actus corporis est actus primus et non
secundus / Cum autem sint actus deter-
minatur cum dicitur corporis / Sed quia cor-
pus est artificiale vt statua vel domus
et naturale sive physicum est anima
dicitur actus corporis physici non artificialis
Et quia physicum vel naturale corpus est
non habens vitam in potentia vt lapis et
ignis / Et est corpus physicum potentia
vitam habens vt corpus plante vel anima-
lis vel hominis / Est ergo anima actus
primus corporis physici potentia vitam
habentis quomodo est imperfectum et ideo actio-
ni anime incongruum sicut semine et
partus non formatus / Et est corpus
naturale potentia vitam habens per-
fectum et actionem congruum anime et ideo or-

ganicum est. Est igitur anima actus
primus corporis physici organici vitam
habentis / Corpus organicum vel instrumen-
tale est corpus quod anima ipsa fabri-
cavit et aptavit ita vt hec aptitudo
ex figura eiusdem appareat sicut manus
ad operationem pedes ad gressum lingua et
labia ad formandas voces / Septimo 23
et anima diffinitur quadrupliciter Uno
modo per comparationem ad creaturam generaliter
Unde Augustinus / Anima est omnium simili-
tudo quia anima ad similitudinem totius
sapientie facta in se omnium gerit similitudinem
Omnia similis est lapidibus per essentiam
arboribus per vitam animalibus per sensum
et ymaginationem hominibus per rationem an-
gelis per intellectum deo per intelligentiam
Item similis est terre per sensum aque
per ymaginationem / aeri ratione firma-
mento per intellectum celi celorum per intelligentiam
Item diffinitur per comparationem ad corpus
cuius est perfectio ab augustino sic / Anima
est quedam substantia rationis particeps regen-
do corpori accommodata / Anima quedam alia
est substantia regendo corpori accommo-
data sed non separabilis immo cum corpore
corrumpitur sicut vegetabilis et sensi-
bilis in plantis et brutis / et ideo non
est substantia quedam i. per se substans quia
non manet si separetur / Sed rationalis
anima per se substat sine corpore et ideo
est substantia quedam / Item est substantia quedam
tota et perfectum non alimentum possidens
rationem ut deus et ideo non rationis particeps
ut angelus sed corpori vivificando et
sentiendo et movendo non est accommoda-
ta / Ergo erit anima rationalis substantia quedam
rationis particeps regendo corpori accommo-
data / Et tangitur anime rationalis duplex 24
natura / spiritualitatis secundum quod spiritus
Et sic dicitur substantia quedam rationis parti-
ceps / Item vnibilitatis secundum quod dicitur
anima / et distinguitur ab angelo / et propter
hoc additur corpori regendo accommodata

Alio modo diffinitur per comparationem ad
deum / et hoc dupliciter / anima vel in re
latione ad deum ut ad principium /
vel in relatione ad deum ut ad finem
In relatione ad deum ut ad principium
sic diffinitur / Anima est deiforme spi
raculum vite / deiforme dicitur ad dram
anime rationalis · spiraculum vite ad dram
angelice nature / primum ad naturam
spus pertinet / secundum ad naturam anime
Et tanguntur tres nature anime rational
secundum quod deiforme dicitur rationalis / secundum quod
dicitur spiraculum sensibilis / secundum quod dicitur
vite vegetabilis / Sumitur autem diffini
tio ista quantum ad hoc quod dicitur spira
culum vite ex genesis ij / ubi dicitur formavit
deus hominem de limo terre et inspiravit
in eum spiraculum vite / quantum ad hoc
quod dicitur deiforme sumitur ex genesis i faciamus
hominem ad ymaginem et similitudinem
nostram Anima similis est deo quia
25 sicut deus precessit omnem creaturam /
sic anima omnem corpoream creaturam
dignitate nature / Item sicut in deo
est trinitas personarum in unitate substantie
sic in anima trinitas potentiarum in una
substantia anime / Item sicut deus
invisibilis replet et regit mundum / sic
et anima corpus / licet circumscribatur
anima corpore non tamen deus mundo /
Item sicut deus immortalis sic et anima
26 Augustinus / Anima est spiritus intellectua
lis rationalis et vivens semper in motu
bone maleque voluntatis capax secundum
benignitatem creatoris atque sui operis
effectum variis vocabulis nuncupatur notabiliter
dicitur enim anima dum vegetat / spiritus
dum contemplatur sensus dum sentit /
animus dum sapit mens dum intelligit
ratio dum discernit / mens dum recordatur
voluntas dum vult ista tamen non diffinit
in substantia licet nomina sint diversa quoniam
omnia ista una anima proprietates quidem
27 diverse sed una essentia Item spiritus tamen

et anima potest esse differentia / quia omnis
anima spiritus sed non econverso omnis spiritus
anima / Cum autem anima sit spiritualis
nature nichil habet in rerum terrenum
nichil humidum nichil aereum nichil
igneum · nullum habet colorem nullam fi
guram nec pondus nullo loco continetur
nec membris circumscribitur non spacio finitur
sed vita est cogitanda et intelligenda sicut
sapientia iustitia pax et cetere virtutes ab
omni creatura Item diffinitur in rela 28
tione ad deum ut ad finem / Et sic diffini
ta est a Seneca / Anima est spiritus intel
lectualis iustus et incorporeus ad beatitudinem
ordinatus / Et quia angelus est spiritus
intellectualis ideo addit ipse et incorporeus
Et si angelus ordinetur ad beatitudinem
non tamen incorporeus Item secundum Ysidorum
Anima est substantia incorporea intellectual
rationalis invisibilis immortalis habens
ignotam vel occultam originem nichil
habens terrenum admixtum ad se Item
Richardus / Anima est unus invisibil
simplex in essentia multiplex in officio
summus contra periculum et indissolubil 29
Item Anima est vita habens tactus sibi
ipsi oculos aures palatium nares
etc / Attende anime potentias naturales
et carum efficacias invisibiles / movet
manens immota / invisibilis apprehendit
visibilia / Vis ymaginativa facile 30
et prompte pingit mutabilia cogitat
destruit reparat et terminat / Vis rationalis 31
de singulis diffinit inquirit iudicat et
discernit / Vis memorialis infinita re
cipit profert servat / liberum arbitrium tanta
ta auctoritate imperat quidquid arbitratur
velle facit / Deitas non vult ipsum coge
aliud quam potest / intelligentia ratione
celestia et divina spectacula sublimiter
conspicit acute penetrat clare cognos
cit tam verbis quam scriptis instruit /
Affectio non tot appetit in tot delectatur 32
tam multipliciter movetur spe timore gau

trestitia in ymis · medys sumus sedim
apicem ideo similis Item Anima e
spus appetens negotiare qua natura
anime invisibilis e ideo in corpe invisib
manet et de corpe invisibilit egreditur
oculis corporis corpa videt / oculis mentis
spualium et corpalium similitudines
33 Item Ex Anima rationali / Anima e
insignita dei ymagine / decorata silite
desponsata fide dotata spu redempta
sanguine · deputata cu angelis ciparti
beatitudinis / heres bonitatis pticeps
ronis / Tante dignitatis est anima q
ad eius redempcom no potuit suffice
totus mundus / et ideo redempta e non
corruptibilibus auro et argento sed p
pcioso sanguine ihu xpi / petri j / Cn est
contra illos qui suas animas vilipen
dunt qm p nichilo sc pecco eas donant
qm anime sue carne pponunt qui carne
faciunt donari et animam ancillam qui
pciosis rebus carne impinguant et or
nant qua vermes devoraturi sunt i
sepulchro / et de anima no curant qua
tenent bonis opibus adornare ut in
celis possit deo et angelis psentari / Unde
mt xvj / Quam commutacom dabit homo
p anima sua / effudit xpus sanguinem
suu p anima / fundat et homo suu cot
tidiana afflictione corporis / et si no pt
simul et semel totu fundere ut xpus mortis
saltim minori quodam sed longiori mar
tirio sepe fundat sic latum vertens
in longu · attendens quod velit spus
no quod caro · iuxta id plus timet i
stanne confessor iste sustinere mucrone
similes res Item Ex anima rationali
34 Anima est rationalis et concupiscibil
et irascibilis / p concupiscibilitate
appetit / p irascibilitate contempnit
p rationabilitate int utraque discernit
p rationabilitatem est abilis ad conscen
cendum supra se infra se iuxta se / Cog
noscit enim deu sup se et se in se et
et angelum iuxta se et quidquid celi
ambitu continet infra se / p concupis
cibilitate et irascibilitate abilis est
afficit ad aliquid appetendum al fugiendu
amandum vel odiendum / Et ideo de
rationabilitate omnis sensus anime orit
et sic de aliis affectibus / Affectus vo qua 35
drupitus est dum de eo quod amamus
iam gaudemus al gaudere speramus et
de eo quod odimus iam dolemus al dolere
metuimus / Et ob hoc de concupiscibilitate
gaudium et spes / de irascibilitate vo
metus et dolor oriuntur / Qui quidem
quatuor affectus anime sunt omnium viciorum
et virtutum quasi quedam principia et
pmus materia / Affectus enim omni opi no
mē imponit Et qm virtus est habitus 36
mentis bene disposite / componendi in
struendi atque ordinandi sunt omnes
affectus ad id quod debent et quo debent /
ut in virtutes possint pfice aliogn
in vicia cito cadunt / Cum ergo prudenter
fortiter modeste et iuste amor ecodum
instituuntur in virtutes exsurgunt sc
prudencia fortitudine temperancia atque
iusticia / que quasi origines cardines
et ordines sunt aliarum virtutum / et cetera
omnia cu affectiose et virtuose in ala
instituuntur / p odiu mundi et sui pficit
in amorem dei et pximi p contemptu
temporalium et inferiorum crescit celestium
desiderium eternorum et supernorum / Item hēt 37
anima virtutes sacramentales sc
fidem spem caritatem · sacramentum baptismi
et pnie et cetera que consecrant Item
habet virtutes quibus coniungitur deo et 38
quibus pficit ut est humilitas puritas
caritas Item hēt vires quibus corpi
consociat sc nalem vitalem et animalem 39
Et sicut deus trinus et unus bonus et
pfectus omnia tenet omnia implet omnia
sustinet omnia excedit et complectitur sic
anima istis viribus p totum corpus diffundit

no locali distinctione sed vitali anim
90 atione / naturalis quadripartita est
sc. in appetitivam retentivam expulsi
vam et distributivam / Appetitiva que
necessaria sunt corpori appetit / Retentiva
sumpta retinet donec de illis diges
tio fiat / Expulsiva nociva et superflua
expellit / distributiva cibos membris
91 distribuit prout expedit unicuique membrorum /
Vis vitalis est in corde / Vis animalis
est in cerebro et inde vigere facit quinque
sensus corporis

Et humana carne

92 Quam ad esse homo exigitur
corpus et anima ex quorum co
niunctione verus homo subsistat ergo
de Christo dicitur: humana carne subsistens / hoc est
contra dictum / contra Valentinianos
qui dicunt Christum de virgine nichil
corporis assumpsisse sed per eam quasi
per fistulam transisse / Et contra illos
qui dicunt Christum corpus celeste assump
sisse ex beata maria et beatam mariam
in celo / ad quod inducuntur / Quia primus homo
de terra terrenus secundus de celo celestis Et
ita ut dicunt / sicut corpus ade de terra
plasmatum sic corpus Christi de celo for
matum / ad quod etiam inducuntur quod
evangeliste non texunt generationem ma
rie quia non inveniebant a quibus
genita esset. et hoc ideo quia non erat
eius generationis introductio / Evidens est
non fuit hec causa sed quia non erat
mos sacre scripture puellas per feminas
texere sed per viros / preceptum enim erat num
ultimo ut omnes viri ducant uxores
de tribu sua et cognatione et omnes
femine maritos de eadem tribu accipi
93 ant hos ante errores destruunt
hec et alia verba que sequuntur unde autem
beata virgo in natura fuit de patre
et matre ergo Christus verus homo preter
eam / cum filius est ei ex semine david

secundum carnem / Item Rom 9 ex quibus
patribus Christus secundum carnem / Si ergo
Christus descendit de semine david secundum
carnem et non descendit nisi mediante
beata virgine / ergo ipsa fuit de semine
david et sic natura sua non celestis / ad
idem luc 1 Elyzabeth cognata tua
Si cognatam habuit ergo ex parte patris
aut matris Item Joh xix / Stabat iuxta
crucem Jhesu mater eius et soror matris 94
eius Item Et humana carne contra
Appollinaristas et Eunomianos qui
dicunt Christum corpus tantum sine anima
assumpsisse Et contra illos qui dicunt
nichil fieri ex corpore et anima / Contra
quos quod Christus fuit ex corpore et anima
patet Joh x animam meam ego pono
et iterum sumam eam / de carne luc 24
palpate et videte quia spiritus carnem et ossa
non habet sicut me videtis habere / de utroque
ps / non derelinques animam meam in inferno
nec dabis sanctum tuum videre corruptionem / Et
petrus in actibus david providens loquitur
de resurrectione Christi quod neque derelicta est anima
eius in inferno nec caro eius vidit cor
ruptionem Item quod dispositiones et 95
conditiones carnis et anime humane
assumpsit scilicet passibilitatem et morta
litatem et huiusmodi sacre scripture testimonijs
plene patet / ps repleta est malis anima
mea / Et quia cepit tedere et mestus
esse / mt 26 Item fatigatus fuit ex
itinere Joh 4 Item esuriunt mt 4
Item dormivit mt 8 Item lacrimatus
est Joh xi Et heb 5 Et luc 19 Item cru
cifixus est mt 27 Item per experientiam
sensuum sacris patet / quia manducavit
et bibit luc 19 et 24 et 22 / Item Joh
4 petivit a samaritana bibere Item act 1
Et convescens precepit illis Item act x
dedit eum manifestum fieri nobis qui
manducavimus et bibimus cum ipso / Et per
Joh 1 quod vidimus et audivimus oculis

mus et manus me contrectauerunt
de verbo vite Item quod manducauit coram
eis Mt 26 / Luc 26 Emittes parate
nobis pascha ut manducemus Item
desiderio desideraui hoc pascha man
Item quod manducauit post resurrectionem
Luc 24 / obtulerunt ei partem piscis assi
et fauum mellis / et cum manducasset /
Item Joh 21 / Afferte de piscibus quos
prendidistis nunc / Et infra Cum pran
disset dicit ihesus symoni petro Item
Act 1 Et conuescens precepit illis etc
Anshel. Suscepit xpus more miseri
cordie carnem infantie vagitibus
demollitam pueritie pannis astrictam
iuuentutis sudoribus vexatam ieiuniis
maceratam vigiliis afflictam itinere
fessam assatam flagellis laceratam sup
pliciis deputatam cum mortuus ditata
gloria resurrectionis ad celorum gaudia
duxit et ad dexteram dei patris collocauit
86 Sciendum quod dei filius dicitur se veram
humanam naturam assumpsisse susce
pit defectus corporis ut famem sitim
et huiusmodi / et defectus anime / tristiciam
dolorem timorem. non tamen suscepit
omnes quia nec defectus culpe nec omnes
defectus pene sed illos quos ad opus
hominis ei assumere conueniebat et sue
dignitati non derogabat Sunt enim certi
tudinem quia et corporis vitia a quibus
sunt immunis / Veros autem defectus
87 habuit quos et nos sed non ex eadem
causa / nos ex peccato originali et condi
cione corrupcionis humane. xpus
non ex sua pietate in mundi de nostro
in se transtulit verum meam infirmitate
Ambrosius ambo / Et homo habuit tristitiam
quam meo suscepit affectu michi patitur
michi tristis est michi dolet ergo pro
me et in me doluit quia pro se nichil
habuit quod doleret / doleo igitur domine
ihesu mea vulnera et non tua quia tu
non pro te sed pro me doles / Ex predictis
ergo patet quod ihesus xpus assumpsit
animam cum ratione sua et carnem cum
dispositionibus et sensibus per quos
sensus veros impassione et ante pas
sione defectus carnis famem sitim fati
gacionem erumpnas et dolores carnis
sustinuit / Ex quo de ce. ins. quemadmodum
non tamen sic natus est de virgine
ut diuinitatis initium acciperet quasi
antequam de virgine deus nasceretur deus
non fuerit sicut archemon et perulinus
docuerunt Item humana carne / caro quoque 88
ponitur pro natura vnde Cor 15 Alia est
caro piscium alia volucrum alia iumentorum
quoque ponitur pro persona ys 40 et 42 / Vi
debit omnis caro salutare dei nostri / quoque
pro fragilitate / gen 6 non permanebit
spiritus meus in homine quia caro est
quoque dicitur carnalitas / Vnde 1 Cor 15
caro et sanguis regnum dei non possidebunt
quoque humana natura Joh 1 Verbum
caro factum est / et alibi caro factum est prout
habitabat in nobis non tamen per gratiam
sed per naturam Item humana carne i. 89
de genere primorum contra illos qui dicunt
beatam mariam fuisse angelum et celo
fuisse creatam / Si enim deus fecisset non
in homine qui non esset de genere ade non
pertinet ad genus humanum quod natum
est de adam quare non deberet satisfacere
pro eo cum non esset de illo / Sicut enim de
adam et eva propagatum in omnes homines
sic decuit quod ille vel qui nasceretur de illis
satisfaceret pro peccato / Et non quod sicut opera 90
xpi que sunt supra naturam attestantur
eius diuinitatem sic defectus et infir
mitates eius que in sacra scriptura
leguntur attestantur eius humanitatem
Et non quod xpus qui venit omnes saluare
accepit aliquid de omni statu hominis
de primo statu qui fuit ante peccatum acce
pit nature humanitatem sine peccato

Unde aug(ustinus) exponit illud Joh. 3 Qui
desursum venit super omnes est / desursum
i. de altitudine humane nature ante
peccatum / de qua altitudine filius dei assump-
sit humanam naturam sine culpa / de secundo
statu qui fuit post peccatum et ante gratiam
assumpsit penas et alios defectus / de
tertio plenitudinem gratie / de quarto non
posse peccare et dei contemplationem
41 perfectam ascendit humana carne / Si queratur
qua iusticia vel necessitate venit filius
dei incarnari / Dicendum quod ea necessitate qua
debuit medicus ad egrotum legator ad
inimicitiam vel compeditum sacerdos
ad prothiam [?] mercator ad nundinas
rex ad regionem dum hostes ab obsidione
castri sui fugat qua mediator ad dis-
cordes tal(is) ab uno vadit ad alium pro-
curans pacem Joh. 16 / Vado et venio ad
vos / Unus est enim deus mediator dei
et hominum homo Christus Jhesus / Et ob hoc
conquerebatur Job quia intercessorem humanum
non habebat / non est qui utrumque vale-
at arguere et mittere manum in ambobus
talem mediatorem requirebat Job qui
cum utroque extremorum haberet participium
dicens / non est qui utrumque scilicet deum et
hominem possit arguere / Quod solus po-
tuit Christus qui iustus est ut deus et ho(mo)
cum hominibus homines non delinquere
et arguere / et deo ne homines feriat
obstitit et iram mediator moriendo
temperavit et manum posuit in ambobus
omnia exempla hominibus que imita-
rentur tribuit et deo insuper opera quibus
hominibus placaretur ostendit ut deum
furentem retinere potuit gladium et hominem
contra quem erat [illegible] peccando ex-
42 tulerat manum suam / 1 Thim. 2 / Item
Si queratur cur a vene [?] assumpsit
carnem / Dicendum quod ea ratione qua ele-
mosinarius assumit cophinos ad
distribuendum panes pauperibus /
qua redemptor sacculum pecunie ad
redimendos captivos / qua medicus
pixidem vel alabastrum ungenti ad
sanandum infirmos / Sed mali pro-
pter contemptus eius pannibus induunt [?]
corpus eius / Furiosi captivi con-
demnant sacculum pecunie contempti precium
sue redemptionis / Frenetici infirmi
frangunt alabastrum preciosi unguenti sive
pixidem picta salutis sunt medicina 43
Item si queratur quare deus non
recreavit mundum verbo sicut verbo
creavit / quia dixit et facta sunt mandavit
et creata sunt Ps. / Dicendum / ut superbos
ad humilitatem reduceret et ad caritatem
accenderet inimicos / nichil enim potest nos
adeo ad caritatem accendere quam quod proprio
filio suo non pepercit deus sed pro nobis omnibus
tradidit illum / Item Rom. 8 / maiorem hac
caritatem nemo habet quam ut animam suam
ponat quis pro amicis suis Joh. 15 / Item
nichil magis nos ad humilitatem in-
vitat quam quod deus semetipsum exinanivit
formam servi accipiens factus pro nobis
obediens usque ad mortem / Phil. 2 a

Compositus Jhesus Christus 44
ineffabiliter simplex secundum divi-
nitatem / compositus est secundum
humanitatem / Quia persona Christi constat
et consistit ex deo et homine et ideo vo-
catur Emmanuel / hoc est nobiscum deus /
Deus enim est et verus homo quia omne
[illegible] illas duas naturas in unitate
persone continet ex quibus componitur de-
quo / dis. 2 hoc est quod dicimus / Et nota quod 45
in hac compositione nulla facta est mu-
tabilitas vel mutatio naturarum Sicut
enim ex anima et carne fit homo absque
naturarum permixtione / sic deus factus
est homo ita quod non divina natura
in humanam nec humana conversa

commixta est indiuiduum. Et ideo ihesus
xpistus dicitur deus per diuinam naturam
et homo per humanam. Sicut homo
dicitur racionalis per animam et mortalis
per corpus quod solum moritur. Non
humanitas assumpta est in deum non
consumpta. Sicut enim deus non mutatur
miseratione sic homo non consumitur dignitate
Homo deo accessit ut esset quod non erat
non tamen esse desiit quod erat. Et nota
quod maius miraculum est deum humanam car
nem assumpsisse quam si celum et terram de
strueret et omnia iterum renouaret. Si queratur
76 Quare dicitur uerbum caro factum est et non
dicitur uerbum anima factum cum homo constet
ex carne et anima, presertim cum maior
similitudo sit inter uerbum et animam quam inter
uerbum et carnem. Respondeo quod ideo dicitur uerbum
caro factum est quia factum ex semine dauid
secundum carnem Rom. i. non secundum animam quia
anima non fuit ex anima traducta sed
tantum caro. Vel per synodochen dicitur uerbum caro
77 factum i. deus factus est homo. Si queritur
quare in compositione huiusmodi non assump
sit ignoranciam sicut alias infirmitates
Respondeo quod illa hominis assumpcio a summa
sapiencia facta fieri debuit sapienter. Et ideo
non fuit assumendum quod in illo non fuit
utile sed esset ualde nociuum ad opus
quod esset facturus. Quomodo enim faceret
tot et tanta opera sine immensa sapiencia
aut quomodo crederent ei homines si scirent
ipsum ignorantem. Ad quid ergo esset ei
utilis ignorancia. Cum igitur habuit sapienciam
cum ipse esset summa sapiencia non tamen ostendit
publice omnibus sed per tempora reuelauit.
Eadem racione respondetur si queritur utrum assump
sit impotenciam uolendi uel agendi bonum
uel immundiciam siue corrupcionem peccati. Item
78 compositus in hac compositione habuit
xpistus plenitudinem sapiencie atque gracie in
quibus proficiebat luce ii. secundum animam sicut
dicit Gregorius. Ihesus iuxta hominis naturam
proficiebat sapiencia non quia ipse esset sa
pientior ex tempore qui a prima concep
tionis hora spiritu sapiencie plenus fuit sed
eam ceteris ex tempore demonstrabat. Iuxta
hominis naturam proficiebat et gracia non
accipiendo quod non habebat sed pan
dendo aliis donum gracie quod habebat
et sic patri ad laudem et hominibus ad salu
tem proficiebat sapiencia et gracia. Sicut dicitur
prelatus proficere in cura sibi tradita cum
per eius industriam alii proficiunt. Ihesus
xpistus non proficere indiguit spiritu sapiencie
et intellectus. Ysa. xi.

Vna in duabus naturis

79 contra nestorium qui beatam
uirginem mariam non dei sed homi
nis asserunt genitricem et aliam personam
carnis aliam deitatis. Nec unum xpistum
in uerbo dei et carne credunt Nestoriani
sed separatim atque seiunctim alterum filium
hominis predicant. Hii scindunt et rumpunt
corrigiam calciamenti eius. Hec heresis
est condempnata xv dis. S. i. Sancta synodus
Et 16 dis. 6 [?] / Et 24 q. 1 / Et 24 q. 1 maiores
hoc est etiam contra Euticianos qui
xpistum post humanam assumpcionem ne
gant existere in duabus naturis licet
dicant eum consistere ex duabus sed sola
in eo diuina assumitur esse natura in qua
esse consumptam naturam humanam
sicut gutta uini infusa in mare conuer
titur in mare. De isto errore habetur
xv dis. c. i et ii. Et 16 dis. 6 [?] sexta synodus
hoc est etiam contra Theodorum [?] qui dicit
alium esse deum uerbum et alium xpistum et
sanctam mariam uirginem negabat geni
tricem dei fuisse. xv dis. Sicut et 16 dis. item [?]
contra Acephalistas et Theodosianos
qui Eutichen et nestorium secuti sunt erro
res. de quibus 24 q. ultima [?] quidam
hos errores impugnat Boetius libro

de trinitate sit / omnis virtus in me-
dio rerum decore collata consistit si-
quidem enim ultra vel infra quam oportuit
sit a virtute disceditur. Cum ergo
si quatuor essent ultra non possent esse nec
infra in Christo ergo aut due nature
duarum persone sunt ut Nestorius ait
aut una persona una natura sicut
Eutiches dicit / aut una persona duarum
nature ut fides catholica credit aut
una natura et due persone quod nullus
hereticorum adhuc attigit / Restat igitur ut
ea sit vera ratio quam fides catholica
profitetur scilicet geminam substantiam sed unam
esse personam ut hic dicitur / Hoc etiam
patet exemplo / nam in candela sunt tria
62 Cera lichnus ignis / sic in Christo preter
caro pro lichno anima pro igne divinitas
Item in nuce cortex testa nucleus
Item in uno vasculo lac oleum aqua
Item quelibet persona hominis est ex
duobus et in duabus naturis una tamen
persona non plures Item similiter sunt
corona et huiusmodi est ex auro et gemmis
composita et utrumque permanet nec
natura propriam derelinquit Item sicut
aurum vel argentum cum inde fit vas aliquod
non mutatur quantum ad materiam licet
mutetur formam / Et sicut si lanam in-
tingatur in aliquo colore non mutatur
materia / Sic dei filius in virgine car-
nis trabea indutus assumpsit quod
non erat nec mutatur in eo quod ante erat
Et sicut in sole calor et splendor in
uno radio sunt inseparabiles tamen calor
recipit fervorem tamen splendor illuminacionem
ita quod insimul aliud agunt et singulariter
Sic tamen filius suscepit carnem quam
carnem impleverunt pater et spiritus sanctus
maiestate non susceptione quare sicut
in cythara ars et corda pariter operantur
sed nec pater nec spiritus sanctus suscepit
carnem sed tamen cum filio pariter operantur
Et sicut sola corda sonum emittit sic
solus filius carnem suscepit / per dicta
faciunt contra Jacobinos sive Jacobitas
qui dicunt Christum unius nature et unius
voluntatis tantum sicut et unius persone
contra quos infra ibi cum ei si dimittis
Item una in duabus naturis / non quare 63
non dicitur in Christo una natura sicut et
una persona / quia una natura composita
consubstantialis poterit esse cum illis naturis
ex quibus componitur / Item in tali compositione
ex aliis efficitur aliud sicut ex duabus
naturis fit una persona in Christo / Item
non quare due persone non possunt dici in Christo
quia non unita persona assumpsit sed assu-
mendo naturam univit quia anima et cor-
pus utrumque homo uniretur in persona
non erant iam sed unita ad personam Item
cum quatuor persone erunt in trinitate et
sic confunderetur fides et confessio unitatis Item
cum ipse talem unionem non diceretur
deus homo vel econverso Item falsum
esset quod dicitur filius ex virgine / vel homo
mediator / vel verbum caro factum est et habitavit in nobis
Est ergo in duabus naturis persona non
confusio naturis neque mixtio sed sociatis
in naturis / Quod est contra Thecidianos
et Gayanitas qui dicunt ex coniunctione
duarum naturarum una facta / sicut ex
commixtione aque et mellis fit potio
ydromel que non est aqua neque mel
et sicut ex auro et argento conflatis
fit aliud quod non est aurum vel argentum
sed electrum / Que errorem implicat
acuit ut patet infra / patet ergo
quod deus hominem assumpsit et homo
in deum transiit non nature versibilitate
ut Apollinariste dicunt sed dei dignatione

ut nec deus mutaretur in humanam
substantiam assumendo hominem nec homo
in divinam glorificatus in diem quia mu-
tacio et vibilitas nature divine minu-
cionem et abolitionem faceret. Item una
64 in duabus naturis persona. Nam filius
dei naturam divinam sic nature univit
humane ut illius ad infima inclina-
cio ista fieret ad summa provectio. Sic enim
dicit Anshel[mus]. Ad hoc valuit in Christo
diversitas naturarum et unitas persone
ut quod opus erat fieri ad hominis re-
staurationem si humana non posset hoc
faceret divina natura et si divine non
conveniret exhiberet humana. Ut per hu-
manam quod ipsa debebat et per divinam
posset quod ipsa expediebat. Et ideo quia
debitum restauracionis humane non de-
bebat nisi homo nec eam poterat facere
nisi deus necesse fuit ut deus hominem
assumeret in unitate persone et esset
idem homo qui deus quatenus quod in
natura solvere debebat et non poterat
65 in persona divina esset qui posset. Hec
autem est admirabilis et super omnes
omni novitatum novitas quod in una per-
sona idem ipse dei filius est hominis fi-
lius ut legatur homo deo coeternus
propter unitatem persone ac deinde deus homini
compassus ut sequitur statim in littera.
Scriptura enim sic connectit deum et
hominem ut nec homo a deo separe-
tur nec ab homine deus valeat
passione. Nec quod absit alius filius
dei alius filius hominis credatur 23
dis. cum quibus. Sine enim in unitate
conveniunt nec separari ab invicem possunt
quia unitas non patitur sectionem
ut 29 q. loquitur scriptura. Utraque ergo
natura in sua proprietate permanente
tanta facta est unio utriusque ubi est
deus non sit ab homine separatus et quidquid
est in homine non sit a divinitate divi-
sum. Tanta est enim unio scilicet
dei hominis in Christo Jhesu ut una persona
non duo sit Christus Jhesus. Causa qua verbum
caro factum est actum est ut in persona
que deus est esset homo. Unde propter uni-
tatem dei et hominis in Christo Jhesu et propter
unitatem et singularitatem persone deus
assumens dicitur passus. 1 Cor 2: Si enim
cognovissent numquam dominum glorie cru-
cifixissent. Et homo assumptus dicitur
filius dei. Luc 1: Quod enim ex te nascetur
vocabitur filius dei. Et filius hominis di-
citur descendisse de celo. Joh 3: Nemo ascendit
in celum nisi qui descendit de celo filius
hominis qui est in celo. Item filius hominis
dicitur habere potestatem iudicandi. Joh 5:
Sicut pater habet vitam in semetipso
sic dedit et filio vitam habere in semet-
ipso et potestatem dedit ei iudicium facere
quia filius hominis est. Item filius ho-
minis dicitur potestatem habere dimittendi pecca-
ta. Unde ait paralitico: Surge tolle grabatum
tuum. Et nota quod iste locuciones: Deus 66
est homo, homo est deus, Christus est filius
hominis, Christus est filius dei, improprie sunt
et ex parte ponitur pars pro toto vel totum pro parte.
Si enim esset propria hec locucio: deus est ho-
mo, cum esset temporale simplex compositum
creator creatura. Ista non est propria. Christus
est deus et homo, id est habens utramque
naturam. Sicut hic dicitur, Fulgencius que
propter quam et secundum quam dicuntur prudens
pius et diligens lector si attendas in-
tellige distinctionem subiectam. Filius dei
descendit, filius hominis crucifixus est
secundum unitatem persone. Filius hominis des-
cendit, filius dei crucifixus est. Tanta 67
enim est unio utriusque nature quod idem est
filius dei qui filius hominis et filius
hominis qui filius dei. Et quidquid dicitur
vel predicatur de filio dei potest dici vel predi-
cari de filio hominis vel converso nisi ubi
sit notabilis in quo aliqua repugnancia
includitur. Sicut sunt ista in quibus uni-
respectu unius persone in alio. Sic uniri
unire incarnare incarnari assumere

assumi / vel negacio alterius cuius
appositum alteri competit sicut mortem
esse creari / et hoc propter unionem duarum
naturarum utriusque nature in persona preter
illa tamen que proprie pertinent ad divinitatem
trium personarum quia autem ad humanitatem
non sunt predicanda de tribus personis
generaliter nisi de persona filii tantum / Aug.
eiusdem est dei filius per naturam qui
est filius hominis per graciam / Est ergo ihesus
christus simul utriusque nature id est deus et
homo una persona unus filius unus
deus cum patre et spiritu sancto auctor suum
atque rector qui secundum modum hominis exsi-
stit modo dum non competentem non insu-
per. ut ait hic humilitas et sublimitas
verbo negocio congruas particulariter non
supplicat non impetrat non se dicat derelictum
non latroni promittit paradysum / et secundum
quod causa exigit agit secundum utramque naturam
Et nota quociens humanitas filii ad
iuncta sibi divinitati petit aliquid secundum
eo prius utitur vocabulo nominando pote-
ciam que patri attribuitur per quam sit effici-
quod rogatur / Item una in duabus
68 naturis persona / Damascenus / Unus est
christus. deus perfectus et homo perfectus.
quem adoramus cum patre et spiritu sancto una
adoratione cum incontaminata carne illius
non inadorabilem carnem dicentes /
adoratur enim propter carnem unitam deitati
sicut tunc carbo tangi propter copulatum
ignem / Ad idem Aug. contra hereticos
Ego domini carnem / immo perfectam
in christo humanitatem / adoro que a dei-
tate suscepta et deitati unita est ut
unum eundem deum et hominem filium dei esse
confitear / si hominem separes a deo
illi numquam credam nec serviam / sicut
si quis vestem vel coronam regis sine
rege invenerit in terra non cogitur ve-
nerari / sed si ea rex sit indutus si ve-
nerari contempserit punietur / Sic qui
humanitatem christi adorare contempserit

eternaliter morietur / nam unita est
illa unio personalis inter divinam et
humanam naturam propter assumentem divinitatem
ut humanitas adoretur assumpta. po-
ni adorate scabellum pedum eius quia sanctum
est / Item una / Contra errorem nestorii 69
contra quem Boetius in libro de unitate
omnis ex duabus personis inconvenientem
fieri potest / quod omne non est unum nec esse
omnino plus esse enim atque unum convertitur
ad contrarium unum est est / Una quoque
christi sine dubitatione personam necesse est
esse / nam si due persone essent secundum nes-
torium unus esse non posset omnino enim
disiuncta sunt que aliquis personis
naturis separantur et magis unum ex
equo et homine qui nec iudicari nec sperne
nec gignere queunt / Ubi ergo salus mea
ubi fides ubi redempcio secundum hunc er-
rorem / Item / contra Eutychem corpora
nulla potuit racione permutari quia nulla
materia communi subiecto participat que suscep-
ceptis qualitatibus in alterutrum permutet
natura incorporee subest nullo materie
utitur fundamento / nullum non corpus est
cui non sit materia subiecta / Ex quibus
patet quod nullo modo fieri potuit ut hu-
manitas converteretur in deum / nullo
modo potest ut utrumque inter permutetur quia
nec incompatibilitas (?) tamen ad corpus
potest nec econverso quia nulla habet ma-
teriam communem est sola mutabilis transformabilis
quod inter potest que habent unius ma-
terie communem subiectum /

Persona / persona dicitur a 70
personando eo quod per se sonat et
personis suis per se sonat / Et ideo non debent
confundi persone hoc est commisceri nec co-
niungi sicut fecerunt heretici qui de tribus
personis fecerunt unam / non persona
aliter dicitur in gramatica aliter in retho-
rica aliter in hominibus / aliter in essencia
divina / persona in gramatica est que

loquitur ad aliquam vel ad quam loquitur
alius vel de quo loquitur aliquis quia in he
theoria persona dicitur eum eterum deum
vel filium in conclusionem adducitur quia in ho
minibus persona est substantia racionalis in
dividua essentia quia in divina essentia
persona est gignens vel genitus vel
ab utroque procedens / Sicut igitur una et
eadem res est prima et secunda et tertia
non tamen prima est secunda vel e converso
sic una et eadem est substantia pater filius
spiritus sanctus non tamen pater est filius vel
spiritus sanctus vel e converso / nec pater nec spiritus
sanctus est incarnatus vel unitus humane
nature sed filius tamen ut hic dicitur / Et
ideo distinguendum est inter nomina natura
lia et personalia / naturalia sunt ut deus
omnipotens eternus et huiusmodi personalia que
singulis personis conveniunt sigillatim
ut pater filius spiritus sanctus / Sicut etiam in aliis
rebus quedam sunt naturalia ut hoc
nomen homo naturale est / Socrates
personale / quia illud est commune nature
az hoc proprium persone / Item persona / Una
est persona dei et hominis filii dei et filii
hominis / quia inquantum est dei persona
semper et naturaliter habuit personam sed in
quantum est hominis non semper fuit illa /
ergo que semper fuit dei facta erat persona
hominis / et secundum hoc ergo futura erat per
sona hominis accepturus erat ex tempore
potentia qua naturaliter et semper habuerat
inquantum dei persona / hec distinctio e
necessaria in pluribus articulis questionum
contra perplexam ambiguitatem quorumdam

Viam vite / prov. 20 / hec est
via ambulate in ea / Baruch
ae 3 / hic admonet omne viam
discipline / Unde prov. 41 / Ego ipse qui
loquebar ecce assum / Et ioh. xiiii
Ego sum via veritas et vita / Hec / Viam
af vite scilicet eterne / Ad hanc enim tendunt
electi quam illis deus promisit Mt xix
omnis qui reliquerit patrem aut matrem

centuplum accipiet et vitam eternam
possidebit / Contra illos qui de hiis que
ad temporalem vitam pertinent nimis
sunt solliciti cum illam nesciant etiam per
diem duraturam / et de illis non curant
qui ad eternam vitam non dubitat pervenire

Manifestans / prima et ... ab
illius facie et docet / Ait / Doc
trina enim et exemplum sunt
due fenestre per quas lux veritatis ad
audientium atque spectantium corda trans
funditur et in sensu hominum tenebre diffu
gantur / Sed ante sensus humanus corrupti
...us est sunt tenebre docet apostolus / ... corr.
ii et iii / Item Manifestans / lex enim
nova preeminet veteri in revelatione
figurarum in ampliatione promissorum in
magnitudine et excellentia premiorum
perfectius enim et amabilius comprehendit perfecta
instructio credendorum larga promissio con
siliorum / et ideo lex moysaica differt
ab ewangelica quia illa figura hec veri
tas illa pene hec gratie illa litteralis
hec spiritualis illa timoris hec amoris
illa servitutis hec humilitatis illa
oneris hec honoris illa difficultatis
illa facilitatis / Item Viam vite manifes aa
tans / quia lex moysi non fuit perfecta sed per
legis / et illa initialis atque primaria
hec gratuite perfectionis introductoria
et puerorum atque incipientium elemen
taria / nichil enim ad perfectum adduxit lex
heb / Ewangelium non est lex salutaris et
integre perfectionis que sola continet
regulas et mandata perfecte honestatis
Et sicut ipsa honestas perfecta naturalis
et gratuita consistit sic lex ista salutaris
ex utrisque regulis scilicet preceptis et prohibi
cionibus continet enim naturalem honesta
tem veteris legis scilicet moralia et gra
tuita et que est ipse ewangelica superad
ditio et complementum iacobi / Qui autem
perspexit in legem perfecte libertatis / hec eciam ab

festans / demonstrant quod fecisset per
moysen et sanctos prophetas et alios fa
mulos suos / Et ideo nota quecumque
scripta sunt ad nostram doctrinam scripta
sunt / Rom 15 primus liber est scriptus
a solo patre et est filius qui est sapientia
dei patris per Cor 1 / f / Et ipsi soli plene
noticie et legibilis / sed in libro isto
omnes studeant / Secundus libri quasi glose
expositorie sunt creature que scientibus
legem ibi exponunt licet obscure dei poten
ciam sapienciam et bonitatem / per magnitu
et multitudinem patris potenciam / per or
dinem et pulcritudinem filii sapienciam / per
munificenciam et beneficenciam spiritus sancti
benignitatem / invisibilia enim dei per ea que
facta sunt intellecta conspiciuntur Rom 1 / Et
intus eius atque scripta foris i. omnium cre
aturarum sensus sunt libri erudicionis
nostre / Et iste mundus liber est quasi ex
velut ex omnibus voluminibus creaturarum
compactus nobis et expositus ad legem
domini / Etiam et quot sunt creaturarum species
motus loca operaciones sive quecumque mul
tiplicaciones tot nobis loquuntur universitas
creaturarum documenta nostre salutis / omnibus
loquuntur sed hiis solis ut audientibus
qui intelligunt ceteris non tamquam surdis
et cecis / Et ideo deus omnes creaturas
in libros nobis convertit ut intellectus
legat quod spiritualiter doceant / sicut fit
in parabolis evangeliis et sermonibus
et exposicionibus domini quasi ut vulgo
dicitur inveniemus pueros foras i. cum
dicitur quod habent intus significacionis
mystice / In hoc libro student philosophi
tamen in glosa verbi / dicit enim Augustinus
quod omnes creature signa sunt et nutus
quibus deus loquitur sapienciam et magnalia
sua / Et ideo philosophi sunt arguendi
quia in creaturis nescierunt legere cre
atorem / Sap 13 Si enim magnitudini
pulchritudini vel alii excellencie magnifi
cencie creature intendis non admirans

mea artificem. similis est homini qui
litteras decenter ornatas miratur et in eis
inherentis sentencie principatum / Tercius est
liber scripture planior et levior quia
per illum manifeste docemur de hiis que per
tinent ad salutem / liber legis exponitur
in lata arche / Deut 30 summa in passione
Christi sunt lex consummata / Luc 9 et 19 / liber
legis apertus est et revolutus quantum
ad nos clausus et ligatus quantum ad
iudeos et alios infideles / Mt 13 / Luc 8
Christus enim aperuit sensum ad intelligendum
scripturas / Luc ult 5 / Quartus liber est
gracie Ys 8 / Sume tibi librum grandem
In primo libro student angeli dei qui eque
desiderant prospicere / I Pet 1 / In secundo phy
sici et medici / in quarto Christiani / primus 89
liber est volumen volans / Zach 4 quia
mentes nostras elevat ad superna / Iste liber
est scriptus sunt stilo humanitatis
in incarnacione rubricatus sanguine
in passione / scriptus intus et foris in
resurrectione / expositus ad legendum
hominibus et angelis in ascensione / et
revelabitur omnibus et legetur in die iudicii
manifeste / Materia huius libri est vero
celicas humanum genus tu deus / doctrina
huius libri tradidit deus per moysen et
sanctos prophetas aliosque famulos suos
in tempore legis / sed tempore gracie doctrina
perfecte salutis per se ipsum legit magister noster
noster Ihesus Christus sicut hic dicitur manifes 90
tius declinit / Hic est magister cuius sco
la est mundus cathedra intellectus / Hic est
magister et dominus qui sic dixit Ioh 13 vos
vocatis me magister et domine et bene dicitis
sum etenim / per predicta patet quod messias 91
iam venit / Et hoc est contra iudeos
qui non credunt Christum venisse contra
quos Genesis 49 / non auferetur sceptrum de
iuda et dux de femore eius donec
veniat qui mittendus est et ipse erit ex
pectatio gencium / Et quo enim filii israel

egressi sunt de egypto semper habuit
de se vel iudices vel reges vel duces
vel sacerdotes usque ad adventum xpi
a yosue usque ad samuelem a quo saul
regem ab hinc usque ad transmigracionem
reges deinceps duces et sacerdotes usque
ad hircanum quem herodes proditorie
interfecit et sic regnum obtinuit iudeorum
cum fuit alienigena qui et regnabat
in nativitate xpi. et ita exunc recessit
sceptrum de iuda / ergo ex patet quod
82 messyas sive xpus iam venit / Item
idem daniel ix dicit quod ab exitu ser-
monis quo licenciam accepit neemi-
as ut reedificaret urbem usque ad passi-
onem xpi fluxerunt anni lunares quadri-
ngenti et nonaginta / Et hec summa
annorum computatur secundum annos hebreorum
qui descenderunt usque xviii tyberii cesaris
Item osee 3 f / diebus multis sedebunt filii israel scilicet
post passionem xpi sine rege sine prin-
cipe sine sacerdocio sine sacrificio ergo
83 ante messyas venit etc / Quod xpus deus
et homo sit ad convincendos incredulos
testimonium perhibent angeli et pastores
stella reges animalia et homines Mt
i et ii Item non solum celi sed pater
et spiritus sanctus / luc 3 / Maria venti
et demones obedierunt ei Mt 8 Item
gentiles Mt ii d / Et iudei Mt 21 / pat-
riarche gen 49 / apostoli et ewangeliste disci-
puli et doctores sicut multis testibus
84 ostensum est Item quod esset verus deus
testificati sunt in passione sol tenebre
velum templi terre motus petre scisse
et corpora mortuorum que surrexerunt sicut
testantur ewangeliste / Mt 27 Mr 15 / luc
23 Item miracula et opera que ipse fa-
ciebat sibi testimonium perhibent Joh v
et x / d / Item celi quia ipso nato stella
miserunt Mt ii a Et ipso baptizato
aperti sunt celi super eum Mt 3 / luc 3 Item
mare calcabile se prebuit Job ix Item

terra eo moriente contremuit saxaque
scissa Mt 27 Item infernus quos te-
nebat mortuos reddidit / Zach 9 5 Item 85
quod messyas venit ostendunt signa que
rome acciderunt illa enim nocte qua
xpus natus est corruit fortissimum
templum pacis de quo romani longe
ante a dyis suis audierunt quod regnum
eorum duraret quamdiu durasset templum
illud. cum autem quererent quamdiu duraret
responsum est eis donec virgo pareret /
unde dictum est templum pacis eternum / quod
tunc corruit cum virgo genuit salva-
torem / Secundum quia eadem nocte ab
eccia beate marie trans tyberim fluxit fons
olei usque ad tyberim / Tercio ut fertur quod
tunc omnes sodomite ubicumque sunt
interfecti sunt / Quartum est quia eadem
hora lux apparuit sanctis qui erant in
inferno iuxta illud ys 9 populus qui am-
bulabat in tenebris vidit lucem magnam
et habitantibus in regione umbre mortis
lux orta est eis / Unde quanta duricia
in cordibus iudeorum et aliorum infidelium
qui tot testibus convicti xpum esse deum
negant quem tot testimonia deum esse
predicant / Iudaicus populus designatur in
gen 27 ubi ysaac caligatis oculis
filio suo iacob benedixit cui multa
predixit in posterum prophetavit et tamen ipsum
non vidit ipsum palpavit Item non con-
iudeos quod post passionem xpi in captivi-
tate continue detenti sunt dicere ergo
ab eis pro quo peccato in tanta miseria
tam diu sunt derelicti et pro quo etiam
liberandi causa non poterunt aliud in-
venire nisi quia crucifixerunt xpum dei
filium nec umquam poterunt a captivitate
huiusmodi liberari nisi per conversionem a ma-
licia eorum resipiscant Non hec iniqui-
tas sunt demonstrata et figurata ys
29 consummabit eum iniquitas sua et
corruet et non adiciet ut resurgat

Item ysa 30 / pro eo quod reprobastis verbum
hoc et sperastis in calumpnia et in
tumultum et innixi estis super eo ideo erit
vobis iniquitas hec interruptio cadens
Et verbum hoc est dei filius quia verbum
caro factum est et habitabit in nobis Item
86 Manifestans denotavit quia quod
clausum et obscurum videbatur in veteri
testamento nunc aperte et manifeste os-
tenditur in novo testamento / Rom
ultimo / Col 1 et Galat 3 f / prius quam veniret
fides sub lege custodiebamur conclusi
in eandem fidem que revelanda erat
Et ita non contradicunt inter se cum unus
eius veritatis auctor sit unusque sed
eadem veritas sibi non repugnat / Hic
est quod duo cherubin se mutuo versis
vultibus in propiciatorio respiciunt Exo
25 d / Illa duo testamenta mutuo con-
veniunt in hiis que pertinent ad salutem
87 Et nota quod sicut non est honestas sed
pars honestatis cui deest maior pars
honestatis ita nec lex est que partem
maiorem et nobiliorem regularum
et mandatorum honestatis non continet
Unde manifestum est legem moysi
non perfectam fuisse legem sed legis partem
/ Lex autem vera perfecta et perfecte est integra
88 ac perfecta congregatio rerum honestarum
iuxta species et numerum innitentium / Et
hec lex est lex divina humano generi
imposita et omnis inscriptio quasi dei
digito inscripta et eius vis naturalis
quia naturaliter cum hominibus et in eis
nascitur et naturam humanam comitatur / Et
ideo est lex nature quia lex est sim-
pliciter et semper et ad omnes a cuius ob-
servatione non est exemptio / Ex quo
89 patet omnia precepta vel habitudines
communes fuisse vel sancta sunt preter hec
non sunt lex simpliciter sed tamen et quasi
et ideo nec vere lex nec simpliciter / Sed
lex ista eterna est et elevata eternum /
Unde nec recipit abrogationem nec de-
rogationem nec exceptionem nec dispensa-
tionem / et propter hoc regule primo sunt
bonitatis eterne et mandata eius obli-
gationes eterne ut deum esse diligendum
timendum et honorandum et huiusmodi
Quod autem dicit / Hec sancta unitas 90
est doctrina fidei salutarem
et viam vite demonstrans / est
contra hereticos qui dicunt alium deum
esse novi et alium veteris testamenti /
contra quos dictum est supra ibi / contra
manicheos qui fidem salutarem Item hoc
est contra errorem illum qui credunt
unumquemque in sua lege vel fide vel secta
salvari dummodo credit bona esse et a
deo ipsi quod placet quod facit / Et hoc di-
cunt propter paucitatem salvandorum et multi-
tudinem dampnandorum quia reputant
inconveniens regi regum et domino
dominorum si habet plures dampnatos
in carcere quam sibi salubriter famulantes
Quibus respondendum quod sicut in naturalibus
patet / vilium et ignobilium maior est
semper multitudo quam preciosorum et nobilium
ut ferri plumbi quam auri vel argenti
et lapidum ignobilium quam gemmarum silvestrium
lignorum quercuum quam cedrorum vel palmarum
et maior est acervus palee quam grani
Eodem modo stultorum hominum quam sapientum
quia stultorum infinitus est numerus
Eccl 1 et malorum quam bonorum quia multi
sunt vocati pauci vero electi / Mt 20 / non
mirantur huiusmodi cronici quod in tanta mul-
titudine hominum paucos ex illis reges et
principes etiam temporales efficit deus
Unde non est mirandum si paucis regna
celestia largiatur Item pauci ad reg-
na celestia currunt et ideo non mirandum
si non multi pervenient Item non mirandum
si pauciores ascendunt in celum quam
descendunt in infernum cum facilius sit
descendere quam ascendere Item si pauciores
intrant per angustam portam paradysi quam

f

91 p[ro]latum inferni est et ex ante pre
dictis error sit dampnabilis etiam iu
stissima causa ipsius dampnationis
patet / Sicut enim imputandus est
error ambulanti corporaliter si nolit
pericula previdere sed clausis oculis vel
aversis a via incedit per invia aut si
ignorans viam nolit cum possit habere
conductorem sive vel directivum vel si
nolit de via bona inquirere / Sic impu
tandum est in via morum illi qui proprio
sensu ingenio et ac industria discrimina
spiritualia previdere ac precavere noluerit nec
eligere bonam viam cum possit sive inspi
ratione sive ex doctrina sive ex miraculis
sive ex omnibus hiis congregatis /
talis enim ignorans ignorabitur prima Cor
14 et Noluit intelligere ut bene
ageret ps 35 et 38 dis[tinctione] si in laicis / Item
Sicut liberae voluntatis est ut se aver
tat ab omni malo volito ita est etiam
intellectus humani sive rationis ut avertat
se ab omni malo credito et hoc ei pos
sibile est vel ex propria investigatione /
vel ex humana eruditione / Sicut
igitur libera voluntas dampnatur quae
consentit in male volitum sic humanus
intellectus dampnabitur qui consentit in
male creditum / Item sicut debitum
est liberae voluntatis sive affectus sive
operationis quod est velle in bonis volendis
Sic et intellectus sive operationis debitor
est in veris credendis sive cognos
cendis / quare non licet sic affectui vel
dampnabilia velle vel salutaria non
velle ita non licet intellectui impia et
falsa credere salutaria vero non credere Nam
nec error nec ignorantia aliquem ex
cusat utrumque conditione omnis / Item
si non minus tenetur credere sive operationibus
intellectus humanus quam affectus nec enim
licet affectum amare contrarium deo vel
ea quae eius sunt / Similiter neque licet
ei non amare deum vel non amare ea quae
eius sunt / quare non licet intellectum
credere contraria ei vel eis quae eius sunt
Similiter neque non credere ipsum vel ea quae
eius sunt / Et ideo error dampnabilis est
in talibus quia non multum distat in
vitio vel decipere vel posse decipi xxiiii
q[uaestio] 1 / Item si ignorantia vel error
excusaret cum omnes peccantes errant
et ignorant et tanto amplius quanto
plus peccant / omnia peccata essent excu
sabilia et maiora magis / quia maiores
errores et tenebras ingerunt peccantibus
Apparet igitur quam ad hanc dementiam tende 92
rent quod liceat unicuique credere vel
discredere quidquid voluerit et nullam legem
tenendam esse / similiter quod quilibet potest teneri
secundum eos et contra quaslibet simul cum
error et ignorantia ubique excusaret / Ex quo
sequitur nichil esse virtute vel vitium
Similiter credenti unicuique credere secundum cre
dulitatem suam quantumcumque inepta vel
erronea Amplius quod nullus erret
vel operando vel credendo sic unicuique quod
credit credendum et operandum quod operatur
secundum credulitatem erroris sui / ita aeque
tollet deus secundum hoc vitia ut virtutes
et aeque compositi erunt mores vitiosi
ut virtuosi et iudicio dei aeque lauda
biles et aeque remunerabiles postquam
non refert quid agat unusquisque vel
qualiter sed solummodo quid credat vel
intendat aut qualiter / Et per hanc viam
aeque colenda erunt ydola ut deus altis
simus si credantur aequaliter esse colenda
et meritorie atque religiose negabitur
deus si credatur esse negandus / Apparet 93
igitur manifeste ex hiis intellectui posita
esse legem et limites in operibus suis
et limitatum esse ei quid credere vel discredere
sibi liceat et quid non credere vel ignorare
et sic per eam viam ad vitam aeternam

debeat ambulare sicut unicuique di-
visit deus mensuram fidei

Quod ipse secundum divinitatem

96 Quod sit immortalis et impassibilis
contra illos qui dicunt Christum esse
passibilem / Et contra Monothelitas / et
Macharium / cum dicebant unam tantum
operationem et voluntatem esse in Christo / de
quibus 18 dist. q. 6 Contra quos Incar-
natus est ihesus tamquam homo et re-
suscitavit Lazarum tamquam deus Ioh.
xi Item expuit in terram et fecit lutum
et linivit oculos ceci tamquam homo /
et dedit ei visum tamquam deus Ioh. ix
Item circumcisus est tamquam homo
Luc. ii / Et crucifixus est / Mt 27 / Mr
15 / Luc 23 Ioh xix / Et resurrexit ut
deus Luc ult. Item passiones humanas
97 et defectus carnis sustinuit tamquam homo
ut dictum est supra ibi Ex anima rationali et
humana carne compositus Et operatus est
miracula tamquam deus ut evangeliste
testantur / Item sicut Christus diversas
naturas ita et diversas voluntates
habuit / Unde ipse ait Mt 26 / Pater si fieri
potest transeat a me calix iste / Ecce volun-
tas hominis / Sed tamen ad divinam
conversus dirigens ait / Verumtamen non sicut
ego volo sed sicut tu / Item Non veni
facere voluntatem meam / scilicet quam quali-
ter sumpsi de virgine / sed voluntatem
eius qui misit me patris / quam scilicet eternaliter
habui cum patre / Si queratur quare Christus
98 oravit quod voluit exaudiri / Dicendum
quod ad hoc ut nobis membris suis for-
mam preberet imminente tribulatione cla-
mandi ad dominum et subiciendi volun-
tatem nostram divine voluntati / Quod
autem dixit / Si fieri potest / locutus est
ut homo non quod ipse dubitaverit sed
quia modum dubitantis gessit / Damascenus
divina Christi actio non imparticeps humane
actionis sed alteri cum altera considerata
sicut cum unam incisam combustionem
dicimus et combustam incisionem ignitam
gladii / alia actione dicimus incisionem
et alia combustionem / Ferri autem incisionem
ista una actione Christi dicentes duas acti-
ones intelligimus duarum naturarum eius
divinitatis et humanitatis Unde supra.

Item ipse secundum humanitatem 99

Factus est passibilis et mortalis
Sicut anima cum sit incorporea non
inciditur nec moritur licet corpus occi-
datur aut moriatur / Sciendum autem quod
deum passum dicimus deitate autem
carne passum vel deum per carnem / passum
nequaquam / Quemadmodum sole in ligno
licet lignum inciditur sol tamen manet
incisibilis / Sic incarnati impassibil-
is verbi divinitas unita carni tamquam per-
cussa carne permanet impassibilis / Et
sicut si ignito ferro superinfundatur
aqua quod quidem aptum est pati ab igne
et ignis extinguitur innocuum autem per-
manet ferrum quod non est aptum ab
aqua corrumpi / Multo plus carne
passa sola impassibilis deitas passionem
non suscepit impassibile aut inmanibus
simile invenire exemplum et imaginem
in divinis Ad hominem tamen est ad idem
exemplum evidens quia cum constet ex cor-
pore et anima licet corpus occidatur
anima tamen remanet immortalis / Mt x
/ Et hoc est contra Iacobitas qui dicunt
Christum unius nature et voluntatis
tantum sicut unius persone / Sed ut dicunt duas
naturas ac voluntates habuit patet
Mt 26 / Tristis est anima mea usque Et
transeat a me calix iste / Verumtamen non sicut
ego volo sed sicut tu / Et idem Mr 14 98
d / Luc 22 d / Phil 2 Item ipse
secundum humanitatem factus est passibilis
et mortalis / Contra Nicolaitas et
paganos qui dicunt Christum immortalem

et impassibilem fuisse asserentes quod cum
iudei vellent eum crucifigere posuit
alium hominem loco sui. Item est contra
hereticos qui dicunt Christum non vere passum
quia nec vere humanam naturam ita nec
pati. Contra quos ipsemet dominus testatur
99 Mt 26. Tristis est anima mea usque ad
mortem. Mr 14. Ioh 12. Ex quibus patet
quod Christus habuit animam veram et carne
vam passibilem. Preterea si nullas an
gustias passus est sed tamen affectabat pati
quid ergo a se orabat transferri. Mt 26.
Pater si possibile est transeat a me ca
lix iste. Non sicut ego volo sed sicut
tu. Et nota ordinem verborum. Cepit con
tristari et mestus esse et ait Tristis
est anima mea usque ad mortem. Et rogavit
statim dicens. Pater si possibile est trans-
Angustia igitur passionis sue qua premi
debat movebat eum ad orandum ut transiret
calix ab ipso. Item si ipse non est passus
neque mortuus sed apparuit quomodo dicit Rom
8. Si compatimur et conregnabimus
et si commorimur simul et convivemus
2 Thim 2. Iste Heb 2. Ut per mortem des
trueret eum qui habebat mortis imperium
hoc est ipsum dyabolum. Causa decebat auto
100 rem salutis nostre per passionem consummari
Heb 2 ix etc. Causa de summa pietate
summa elemosina de summa largitate
summum donum de summo amore summum be
neficium debet esse. Hoc tamen susceptio
mortis pro amicis. Causa maiorem hanc
dilectionem nemo habet quam ut animam suam
ponat quis pro amicis suis. Ioh 15. De
cebat etiam sicut et decet matrem pro libe
racione filii se dare in periculum mortis
quod apparet in avibus et bestiis et sicut
decet pastorem pro grege se dare in mor
tem grege suo contra lupos tuendo
et feras alias ac similes. Vel sicut de
cet regem pro regno et subditis se

exponere in prelio contra hostes. Augustinus
oportebat ut primo immortalis pro mor
talibus susciperet mortem ut sic mortalis
pro immortali contempneret mortem. Et ideo
dominus mortuus est pro servo ne servus
timeret mori pro domino. Contra illos qui di
cunt Christum esse incarnatum et passum
non solum propter homines sed etiam propter
demones redimendos. Contra quos
Ys 9. Puer natus est nobis et filius
datus est nobis. Rom 4. Traditus
est propter delicta nostra. 1 Pet. Christus pas
sus est pro nobis. Unde nota quod Christus
pro salute humani generis assumpsit in
persona sua propria officium medici sa
nandum. Primo per cauterium et inci
sionem. Luc 2. 2o quasi per dietam ab
stinentie ieiunando quadraginta diebus
Mt 4. 3o quasi per sudorem quod in
oratione factus est sudor eius sicut gutte
sanguinis. Quarto per minucionem ma
nuum et pedum et lateris. Quinto per
potionem amaram aceti mirre et fellis
sicut dicunt etiam historie. Pro salute
humani generis providit balneum ablu
cionis in baptismate et unctiones
crismatis sive balsamum in confirma
cione et olei in extrema unctione et
quasi adustiones in penitentia et quasi si
ropum et salutiferum electuarium in
eucharistie sacramento. Predicta non sunt
necessaria nec convenientia nature angelice
sed humane quia solam Christus ad me
dendum assumpsit et non angelicam
Heb 2

Quod etiam pro salute humana

Q[illegible] nota quod humanum genus
est quasi egrotus et deus est
quasi medicus. Vitia sunt languores
potiones vel petitiones sunt plante
dona gratiarum antidota. Virtutes
sunt sanitates. Beatitudines seu felicitates

tes et gaudia / Item pro salute humani generis
intellectus non valet penetrare quam sa-
pienter et quam mirabiliter quam inscru-
tabiliter inscrutabili opere sit salus hu-
mani generis restituta. Illud tamen nondum
quod tanto mirabilius deus hominem
restituit quam instituit quanto hoc de pec-
catore contra meritum / Bernhardus in Canticis
Super omnia te michi reddit amabilem
bone ihesu calix ille passionis quem bi-
bisti. Multum quippe laboravit meus sal-
vator nec in omni mundi fabrica tan-
tam fatigacionem auctor assumpsit / Ubi
denique dixit et facta sunt mandavit et
creata sunt / At vero in dictis suis susti-
nuit contradictiones et in factis obser-
vaciones in miraculis detractiones
in tormentis illusiones et in morte ex-
probraciones / Ad idem Augustinus / Magis
est de impio facere pium quam creare no-
vum celum et novam terram / Hic est maior
effectus misericordie sed equalis poten-
cie. Item Augustinus / Descendit Christus sus-
cepit sustinuit vicit restauravit / Des-
cendit ad mortalem suscepit mortali-
tatem sustinuit passionem vicit mortem
restauravit animam / Unde Osee 4 Ego
capiam et vadam et tollam et non erit
qui eruat. Vadens revertar ad locum
meum donec deficiatis et queratis faciem
meam / Capiam mortalitatem in incar-
nacione. Vadam ad passionem. Tollam
predam humani generis a dyabolo in re-
surrectione / Revertar in ascensione /

Humani generis Christus filius
est mediator inter deum et hominem
3 quasi inter duo extrema que
sunt deus et homo una mediatoris
naturis persona / Et ita tamquam mediator
potuit manum ponere in ambobus Job 9
Si enim esset homo longe esset a deo et si
tantum deus longe esset ab hominibus

et ita non congruens mediator / Sed
apparuit mortalis cum hominibus iu-
stus cum deo / per infirmitatem appropinquans
homini per iusticiam deo / Et ideo non per
alium quam solus filius est mediator ut dicit
apostolus / Thess 2 / Unus mediator dei
et hominis Christus ihesus cuius precioso sanguine
redempti sumus / Petrus 1 / Potuisset deus
hominem liberare sola potencie iussione
a dyaboli servitute / Et iuste quia ser-
vum suum abduxerat fraudulenter et de-
tinebat violenter / Sed licet dyabolus
iniuste teneret hominem / homo tamen
iuste tenebatur quia sponte se subiecerat
servituti / Et ideo non posset notari aliquis
iniuste racione potencie. Christus unus est
humanitate et misericordia hominem
liberando / Et non quod cum discordia esset
inter deum et hominem quod per eo quod homo
servum suum subtraxerat deo et dyaboli
servitute subiecerat / nec habebat secundum racionem
ut homo restitueret deo ablatum / Sed
nichil habebat quod digne recompensaret
deo pro dampno dato / quia si esset aliud
ab homine minus esset / si esset homo
non inveniebatur aliquis sine peccato / Et
ideo ut plena fieret restitucio deus dedit
gratis homini quod homo ex debito
redderet deo / non solum equale sed inesti-
mabiliter maius immo sufficiens pro omnibus
Et ideo verbum caro factum est Joh 1 / Et ha-
bitavit in nobis / Ideo ex certa facta
est pax inter deum et hominem iuxta illud
Et in terra hominibus bone voluntatis Luc 2 /
Et nota qualiter in hoc concordat dei
iusticia et misericordia / Michi enim
misericordius quam cum peccatori eternis tor-
mentis dampnato et unde se redimeret
non habenti / deus pater dicit / Accipe
unigenitum meum et da pro te et Filius
Tolle me et redime te / Quasi diceret
dicunt quod nos ad fidem trahunt

xariam conterim michil iniustius quam ut
illi cui datur precium maius omni debi
to si debito datur affectum omne debitum
dimittatur / Attende igitur quantus sit dei
filius qui pro salute humani generis fuit
datus / Cum itaque ihesus christus deo patri
obtulit tam donum sibi retribuere debuit
deus pater alioquin videtur iniustus si nol
let aut impotens si non posset que a
deo sunt penitus aliena / Sed qui red
dunt alium aut dat quod ille non habet
aut dat quod ab eo exigi potest postquam
tota rem facere omnia que prius erant
sua erant Job 19 / nec unquam debuit
quod possit illi dimitti / ut pro xl iii c / Si
igitur tanta et tam debita merces nec
illi nec alteri redderetur / vanam continuum
rem fecisse filius dei videretur / et nec
sunt quod aliquis redderetur / Sicut quod
sibi debebatur filius voluit alii dare
patrem nec pater illi nunc debuit prohibe
aut illi cui dabat negare / quia et fi
lio quod sumpsit dare licet et pro quod
debet non nisi illi reddere potest / nil autem
convenientius filius dare potuit retribu
tionem sue mortis quam illis ipse quos ipse
hominem fecit et quibus moriendo exemplum
prebuit moriendi / Frustra enim imi
tatores eius essent si meriti eius parti
cipes non essent / Quos facere iustius
heredes debiti quo ipse non eget quam
parentes et fratres suos quos aspicit tot
et tantis debitis obligatos egestate
tabescere in profundo miseriarum ut eis
dimittatur quod pro peccatis debent et detur
illis premium quo carent ipse propter peccata
Ex predictis patet qualiter ex morte christi
sequitur salvacio humani generis
4 In ligno michil enim nobis
nasci profuit nisi redimi profuisset
Et ideo deus pater ad mortem tradit
filium suum et ad vitam servum reduxit
o inestimabilis dilectio caritatis ut
servum redimeret filium tradidit in mortem
Iuxta illud Rom 8 / proprio filio suo non
pepercit deus sed pro nobis omnibus tra
didit illum / Vide quanta fuit caritas christi 6
quanta fuit compassio erga hominem
homo inique egit christus pena mulctatur
homo commisit facinus pro cuius ulcione
christus subiit tortur*e* / homo superbivit
christus humiliatur / homo inflatus precepto
fuit inobediens christus fuit obediens
usque ad mortem / homo presumpsit vetitum
christus subiit supplicium / concupiscentia duxit
hominem ad illicitam arborem sed perfecta
caritas christum traxit ad crucem / delectatus
est homo in cibo cruciatus est christus
in patibulo / homo fruitur deliciis christus
perfoditur clavis / homo pomi dulcedinem
christus fellis gustat amaritudinem / homo
applausit eva christo plorans compatitur
maria / Si pensetur iniquitas peccantis
hominis / librecetur (?) misericordia gratia redimentis
pietas redemptionis superat maliciam
peccatoris quanto deus superior est
homine tanto malicia hominis inferior est
dei bonitate equalitate et quantitate
Et ideo eius magnitudini cedit nostra
exiguitas eius robori nostra imbecillitas
eius pietati nostra impietas eius mode
stie nostra pravitas eius mansuetudini
nostra ferocitas / nostram curat superbiam
eius humilitas / nostram duriciam eius
benignitas / nostram avariciam eius lar
gitas / nostram inquietudinem eius tranquil
litas / nostram amaritudinem eius suavitas
nostram crudelitatem eius caritas / nostram
insipienciam eius felicitas / nostram impacienciam
eius paciencia / nostram inobedienciam eius obe
diencia / Tertium pro salute humani generis A
in ligno crucis passus et mortuus e
ut hic dicitur / contulit humano generi
ad sufficienciam sed pretiosa (?) quo ad

efficaciam / Et ideo dr ma 26 / hic est
sanguis meus novi testamenti qui
pro multis effundetur / Effusio enim sanguinis
domini iusti pro iniustis tam dives fuit
ad precium ut si universitas tota cre
deret in redemptorem nullum omnino dyaboli
vincula retinerent / Et ideo quia iniustus
iuste punitus est puniti iuste sunt
liberati / Assumpsit enim iniusti penam pro
omnibus ut daret pro se gloriam universam
vulneratus est enim propter iniquitates nostras
attritus est propter scelera nostra et livore
eius sanati sanati sumus / ysa 53 Item
8 Ihesus in ligno crucis / sicut primi parentes
furtum ymmo sacrilegium commiserunt
gen 3 ideo ipsi et eorum posteritas ad penam
suspendii tenebantur / Tunc ergo sus
cepit onus istum filius dei sus
pendi pro liberandis genere humano a sus
pendio infernali / de hoc suspendio
clamat Ps 68 / Iob 7 / Suspendium ele
9 git anima mea ps 65 Expandi manus
meas tota die / deut 28 / Dabit tibi
dominus cor pavidum et deficientes oculos
et animam consumptam merore / et erit vita
tua pendens ante te die ac nocte / dicit
crux occidunt suspendentes in ligno
1 pet 2 / peccata nostra pertulit in corpore suo
Ihesus in ligno crucis / Ineffabilis amor
ostenditur cum Christus expandit manus
in cruce quasi extendens se omnibus ad
amplexum / Cum enim amplectitur alter
ut amplexum formet brachia extendit
extendens brachia exprimit formam
crucis Amplexus corporis cordis a
morem ostendit / et cum amor amplectitur
se alterutrum alter exprimit per constrictionem
amor corpora iungit corda dilectionis nos
bis / Sic amor divinus suo amplexu
ineffabili ad sui amorem inestimabiliter
nos astringit cum in ligno crucis ex
pansis brachiis se offert omnibus ad
10 amplexum Item Ihesus in ligno crucis

Christus elegit passionem crucis propter
mysterium / de quo Ephe 3 Que sit lon
gitudo latitudo sublimitas et profundum
ostendit crux per quatuor cornua crucis signi
ficatur gentium de quatuor partibus mundi
Ioh 12 / Si exaltatus fuero a terra omnia
traham ad meipsum / Ecce Christus quadri
plicem mundum de morte redemit / Quatuor
amplexus crucis tenens climata mundi /
Item Ihesus in ligno crucis iuste deus 11
salutem humani generis constituit in lig
no ut dyabolus qui fraude sua ho
minem vicerat in ligno vinceretur in lig
no ab homine per benignitatem assumpte
humanitatis salvatoris domini nostri Ihesu
Christi / Ad tytum 11 / Et ut homo redimeretur
in ligno quia peccaverat in ligno / gen
3 / Et ut homo puniretur in ligno qui
in ligno fuerat delectatus / Et quia fructum
maledictionis et mortis gustaverat
fructum benedictionis et vite perciperet de lig
no illud lignum fuit inobediencie ad quod
homo manus extendit ut fieret sicut
deus sciens quod serpens sibi promisit gen
3 istud lignum est obediencie in quo
deus manus extendit factus obediens
usque ad mortem mortem autem crucis /
phil 2 Super hoc lignum Christus peccata nostra
pertulit 1 pet 2 / peccata id est penas peccatorum
nostrorum / et portavit iniquitates nostras
non ut haberet sed ut consumeret / deus
enim ignis consumens est / deut 9 Rom
12 / Et sic morbus mundi per contrarium
mediciva / et unde mors oriebatur
inde vita resurgeret / hoc enim fuit mag
num pietatis opus quod mors mortua
fuit est quando in ligno crucis vita mo
rtua fuit Item Ihesus in ligno crucis / 12
figura ligni crucis patet gen 22 ubi
ysaac patri suo obediens ligna
pro holocausto comportavit / Sic et
Christus baiolans sibi crucem Ioh

xix d Item in signa lignorum
crucis vidua sareptena duo colle
git ligna 3 Regum 17 / Et regina
saba ligna obtulit salomoni 3
Regum x / Et helias sub iunipero dor
mivit 3 Regum 19 Item hoc est
lignum securis helisei 4 Regum 6 /
Item lignum est sicomori in quod
ascendit pusillus zacheus / Luc 19
13 Item in ligno / hoc est lignum in
quo salus mundi pependit / hoc lignum
preciosum et admirabile signum / per quod
et dyabolus est victus et mundus
christi sanguine redemptus / per hoc lignum
beatus moyses amaritudinem aquarum
humani generis dulcoravit / Exo 15 f
/ hoc est lignum vite quod qui appre
hendit est beatus pro 3 f Et fructus
iusti lignum vite / pro xi / Item hoc e
lignum contemptibile iustum gubernans
Sap x b / hoc e lignum benedictum per quod
fit est iusticia et emenda / Sap 14
Item hoc est lignum cuius fructus est
in cibum et folia in medicinam / Eze
47 d / Et apoc ult Item hoc est lignum
cedrinum transplantatum super montem
excelse sub quo volitat pennis con
templacionum et intuitum ad celestia
volatile universum / Eze 17 / Item hoc
lignum est arbor danielis 4 in qua es
ca omnium scilicet fidelium et subter eam bes
tie i. activi et supra volucres i. con
templativi / Hec arbor dat lignum ad
calefaciendum umbraculum contra estum
et fructum contra esuriem / de hiis tribus
Cant 2 / Sicut malus inter ligna sil
varum / ecce primum / Sub umbra illius
sedi / ecce secundum / Et fructus eius dulcis
gutturi meo / ecce tertium / Hec est arbor
mali sub qua suscitata est sponsa
Cant ult / Item hec est arbor vite

in medio paradysi gen 2 / Cuius radix
fuit in patribus ante legem / Rom 1
c / non tu radicem portas sed radix
te / fructus in hiis qui fuit post le
gem / Rom xi / Insertus es tamen oliue
cultus in apostolis et martiribus qui fuit
quasi quidam super hominem cognomentum
per quam super fructus intellexi ramum in gen
tilibus Rom xi / Tu autem cum oleaster
esses insertus es in illis Item in 19
ligno crucis / hec crux benedicta que
sola fuit digna portare regem celorum
et dominum / In cruce christi quatuor fuisse lig
na leguntur scilicet truncus cypressus et
cavatus fixus in rupe et supra ce
drinus super truncum et palma lignum
transversale / et tabula de oliva cum illa
de pyno que tabulam sustentavit
ca glosam tamen creditur quod principa
le lignum dominice crucis fuit de arbore
sciencie boni et mali in qua peccaverunt
primi parentes / Ut medelam fieret inde
hostis unde leserat / Ab aliis vero
creditur fuisse ficus quia sub illa
videtur adam comprehensus quia de
primis foliis operuit pudenda gen
3 / Alii ponunt alium ordinem lignorum
sancte crucis / lu / pes cedrus corpore cypressus
cypressus oliuaque summum palmaque
transversum fuit in cruce christi lignum
Ista autem est celebris credulitas
quod integritas dominice crucis fuit ex
cedro stante et palma transversa
certum non ligna non ad tormentum
sed propter causas predictas ibi fuit /
quomodocumque autem predictorum lignorum fuit
congruit mysterio sancte crucis cum
inde veteri homini erigendum est
pene patibulum unde culpe meruit
flagicium / colat suspendium ut

suspenditur Aman in patibulo quod
preparaverat Mardocheo / Hester vii / Et truncus
Holofernis cum suo amputetur Judith
xiii Et caput Golie suo gladio abscin
datur / i Regum 17 / De his lignis Ecc
24 / Quasi cedrus exaltata sum /
palma significat victoriam que acquiritur
per passionem et longanimitatem / per sylvam
cedrus humilitatem / Cypressus conti
nentiam meritorum / Oliva pietatem sive
misericordiam cuius eliquatum est oleum
quod Samaritanus infudit vulneribus
sauciati / Luce x / Cedrus est arbor
imputribilis / et significat fidem que
servat hominem a corruptione viciorum
Act xv b / Fide purificans corda eorum /
Cypressus est arbor odorifera et significat
caritatem per quam sumus alius odor
vite in vitam alius odor mortis in
mortem ii Cor ii c / per palma significantur
apostoli et martires qui vicerunt regna
mundi / Heb xi f / per oliva prelati et pre
dicatores quorum est sanare a lesionibus
viciorum / Eze 34 / per cedrum virgines
qui cum mulieribus non sunt coinquinati
Apo 14 a / per cypressum confessores quia
odore sancte conversationis fetorem
extinguunt peccatorum facientes bona non
tantum coram deo sed etiam coram hominibus

Crucis comparatur illo qui cru
cis mysterium detestetur [illegible]
sed crux plus sonat in eius
titiam quam in leticiam plus in igno
miniam quam in gloriam plus in penam quam
in requiem plus in tormentum quam
in oblectamentum / et ideo nomine etiam
est horrenda / Attenditur autem in cruce
duo notantur scilicet pena et forma /
pena infert supplicium / forma perfert
misterium / de quo Eph 3 / Ut possitis
comprehendere cum omnibus sanctis que sit
longitudo latitudo sublimitas et
profundum / Quod figuram crucis innuere
est fides que occulte invitantis dei
vocatio est. que primo in fundo cordis
quasi fundamentum in edificio ponitur
Longitudo usque ad brachia est perse
verantia / latitudo in expassione brachiorum
est caritas sublimitas sive altitudo
a brachiis sursum est spes que ibi
posita est in celestibus / vel profundum
quod primo occurrit intelligitur timor /
quia initium sapientie timor domini / per sub
limitatem spes que ad alta nos erigit
per latitudinem caritas que debet extendi
ad dextram id est ad amicos / et ad sinistram
id est ad inimicos / per latum mandatum tuum
nimis / per longitudinem perseverantia /
quia qui perseveraverit usque in finem hic
salvus erit / vel per lignum profundum
quod totam crucem firmiter tenebat fir
miter positum / lignum erectum sursum in
quo totum corpus extendebatur significat
penitentiam et mortificationem carnis / lig
num transversale in quo manus ex
tendebantur significat latitudinem caritatis
lignum suppositum scilicet tabula in qua
scriptum erat Ihesus Nazarenus rex
Iudeorum significat titulum triumphalem sa
lutis eterne que recepit sequacibus
suis dominus noster Ihesus Christus / Bedequintum
misterium creator in cruce posuit quia sine
cruce sua opera nec primo fecit nec homo
sine cruce refecit imaginem suam quasi
in quadam cruce composuit utrumque
ut per crucis supplicium redimeret / At
tende quasi quandam crucem id est essentia
deitatis / profundum eius est sapientie
divine abyssus imperscrutabilis / sub
limitas maiestas inattingibilis
longitudo eternitas latitudo caritas
hanc crucem impressit deus anime

ut suam gereret ymaginem. Est enim
anima per essenciam simplex, per in
tellectum racionalis, per naturam immortalis,
per voluntatem libera. Dispone ista
quatuor in modum crucis, in modum
et formam crucis. Profundum est sim
plicitas essentie invisibilis, sublimi
tas excellentia racionis, longitudo
nature immortalitas, latitudo volun
tatis libertas. Creatoris invisibili
tas anime contulit essentie simpli
citatem, eternitas immortalitatem, lo
gitudo caritatem, liberalitas latitudi
nem, splendore racionis sublimitas
maiestatis. Hanc autem summus
artifex deauravit cum eam splendore
sue similitudinis illustravit, et de
formatam per peccatum iterum reformavit
et in fornace passionis pro salute
hominis conflavit, et quod fecerat re
16 paravit. Antequam Christus penderet in cruce
crux erat horroris, nunc facta est res
amoris; antea dampnationis, nunc sal
vationis. Crux Christi innumerabilium
bonorum nobis extitit causa; quia
nos de erroribus liberavit, sedentes
in tenebris illuminavit, a dyabolo
expugnatos deo reconciliavit, et
exalienatos restituit, in domesticos
de longinquis proximos fecit, de pe
regrinis cives, de inimicis amicos.
Item crucis. Crux est inimicorum
expulsio, pacis firmamentum, et om
nium bonorum thesaurus. Propter crucem iam
non timemus in solitudinibus, quia
viam veritatis tenemus, nec sumus
extra regnum, quia ianuam regni in
venimus; iam ignitas sagittas dya
boli non timemus, quia fontem vite
quo extinguantur habemus, nec lu
pum expavescimus, quia in boni
pastoris custodia sumus; tyrannum
non timemus, quia regi adheremus.
17 Item que in cruce non lignum attendimus

sed potius eius virtutem qui crucifixus
est pro nobis. Cuius quanto maior
oblatio, tanto eminentior est sanctifi
catio. Item crucis. Crux signata est
in commutatione manuum Iacob cum
benedixit duobus filiis Ioseph. Gen.
48. Item in littera thau. Ezech. 9.
Signa signum thau in fronte virorum
et infra: omnem super quem videritis
signum thau non occidatis; quia percus
sorem non senciant qui hoc signo
fuerint insigniti. Crux est signum
securitatis contra latentes hostes
spirituales. Apoc. 7: nolite nocere terre
neque mari neque arboribus quoad
usque signemus servos dei in frontibus
eorum. Exo. 17: Cum Moyses manus
tenebat extensas, Israel vincebat; si
autem paululum dimisisset, Amalech
superabat. Hoc est signum quo natura
humana, que est quasi dei moneta,
imprimitur et signatur. Sicut enim om
nibus caritatis ante hec visibile
sit necesse est signo crucis hominem
velut nummum monete dominice insig
nire, alioquin ad percussorem monete
dyabolice, nec caracter bestie exaratur.
Apoc. 13. Item signum crucis est sig 18
naculum quo preciosa celestis traditur
et mercellum quo recipitur ad celeste
convivium omnis pauper. Hinc est quod
latroni in cruce confitenti dixit:
Hodie mecum eris in paradyso. Luc. 23.
Item crux est signaculum precedens
mortem ad inveniendum salutem ean 19
ult. Item crux est signum ad osten
dendum peregrinantibus in hoc mundo
viam salutis eterne. Unde ait Christus:
Qui vult venire post me tollat cru
cem suam et sequatur me. Item crux
est signum quo distinguuntur fideles ab in
fidelibus. Apostolus: Qui Christi sunt carnem
suam crucifixerunt. Gal. 5. Item crux
est precium redemptionis nostre. Unde

ll

nſr vi | mo cum no tollit crucem
ſuam et ſequitur me no eſt me dig-
nus Item Crux eſt ſignum principa-
20 tus ys ix | Factus eſt principatus eius
ſup humerum eius | Quia xpus per
crucem ſuam principatum ecclie ſibi
meruit et nobis eternum regnum acq
ſivit phil ij | Item Crux eſt ſceptrum
21 regni xpi | Unde Eze | Subiciam nos
ſceptro meo gal ult | apoſtolus abſit
gloriari niſi in cruce | fideles debent
gloriari in cruce xpi ſicut filius in ſceptro
patris Item Crux eſt haſta cui ap-
22 penſum eſt vexillum triumphale
milicie ſane byſſino candidiſſime
carnis et purpureo rubente ſanguine
ihu xpi colore diſtinctum | Unde ys
ult | Radix yeſſe qui ſtat in ſignum
23 populorum Item Crux eſt ſignum quod ſup
cor ponendum eſt can 8 Item dicitur
faſciculus mirre | can 1 Item Crux
eſt ſcala gen 28 cuius cacumen celum
24 tangebat | Quia ſummus curie gloria eſt
nam xpus ſua morte meruit celeſ-
tis regni ingreſſum | vel ideo cacumine
celum tangens quia crucis redemptis
ſtatim in celum patet additus niſi pec-
cata retardent in purgatorio | Item
25 Crux eſt pons Unde 1 pet | xpus paſ-
ſus eſt pro nobis vobis relinquens exem-
plum Item Crux eſt clavis regni celeſtis
ys ij ponam clavem eius ſup humerum
26 Concla(vis) eſt baptiſmus et prima
Rom vi | Si complantati fuerimus ſimili-
tudini mortis eius ſimul et reſur-
rectionis erimus | Hec clavis latroni
aperuit paradyſum quod ante fere
quinque milia et CC annorum omnibus
fuit clauſum | Ideo Crux ſera cum
clavis crux ianua fortis inde | Et
no eſt mirum medicum cum medicinis
cum dificiles homini malitudines
curantem mortis pericula medendi
arte evincentem iſta apnai poſſimus

quam xpus inſanabilia vulnera in a-
nimabus et corporibus curavit ſcilicet
quam publicanum meretricem et latronem
ad tantam ſanitatem perduxit Item 27
Crux eſt clavus thabernaculi ecclie
quo Iael i. eccla ſapiencia malleo carnis
aſſumpte in cerebrum Zizare defigens
ipſum occidit Iudicum 3 Item Crux eſt 28
hamus quo vermis piſcator ipſius
xpus leviathan traxit Job 40 | An
extrahere poteris leviathan hamo | Et
quo occidit cetum in mari | ys 27 Item
Crux eſt muſcipula qua capta et de- 29
cepta et occiſa eſt aſtucia dyaboli |
Oſee 13 | Ero mors tua o mors Aug
tetendit xpus dyabolo muſcipula
ubi poſuit quaſi eſcam corporis et ſan-
guinem ſuum Item Crux eſt baculus 30
peregrinationis quem xpus portavit exi-
ens ad locum calvarie Joh 19 | Et ys
63 | Ego qui loquor iuſticiam et propug-
nator ſum ad ſalvandum | Triplex eſt
baculus defenſionis ſcilicet carnis mun-
di dyaboli | Unde primo Regum 17 | David
tulit baculum tuſſiens contra goliam 31
Item Crux eſt iugum ferreum | ps
Reges eos in virga ferrea Item Crux
eſt ſcutum Ephe vi In omnibus ſumen- 32
tes ſcutum fidei Item Crux eſt cathe-
dra neceſſe 8 | Item Crux eſt na- 33
vicula luc 4 Et nota ſicut in navem 34
ſunt lignum ferrum ſtupa cum pice
ſic in cruce xpi ligna clavi et ſpongia 35
cum vino mirrato tamquam ſtupa cum
pice | Et ſicut homo tranſit navem per 36
mare ad terram promiſſionis ſine velum
ſic cum indulgencia crucis tranſit
homo ad celeſtem urbem | Et ſic na- 37
vicula tamen precioſa portat ſic crux
licet deſpectabilis tamen portavit
precium humani generis et eius predica-
cio portat precioſiſſimam indulgenciam
peccatorum et etiam penarum pollicetur Item 38

Crux est reclinatorium Item Crux
39 est brauium 1 cor x / omnes quidem
currunt sed unus accipit brauium
40 Item Crux est funiculus in signum
liberationis spiritualis meretricis raab /
Josue ij et vj Item Crux est arbor
41 sicomori Item Crux est palma Cant
vij ascendam ad palmam et apprehendam fructus
42 eius Item / vos omnes qui transitis
per viam Item Crux est thesaurus
43 Mt xiij / simile est regnum celorum thesauro
abscondito in agro Item Crux est
44 ratis Sap xiiij / Exiguo ligno cre
dunt homines animas suas et transe
untes mare per ratem liberati sunt Item
45 Crux est domus in qua iusti et electi
iusti victimas coquunt Eze 43
46 Item Crux est altare holocaustorum
3 Reg viij Item Crux est ara in
47 qua immolatus est xpus 1 cor v
et Heb ix Item Crux est statera
48 Job vj Item Crux est palus num
22 / Et Job 33 Item Crux est virga
49 Jonathe cuius summitas intincta
in favum mellis i. in dulcedine divi
50 nitatis et humanitatis in lingua xpi
per quam oculos illuminat degustantes
51 1 Reg 14 Item Crux est virga cle
mencie assueri i. xpi summi regis.
quemcumque transgressorem sue legis cle
52 menter tetigit salvus erit Hest 1 et v
f Item Crux est virga vigilans
53 Jer primo Item Crux
est baculus peregrinationis hunc
54 baculum portat qui ut peregrinum agit
Item Crux est patibulum Gal 5
qui xpi sunt carnem suam crucifixerunt
55 Item Crux est sartago in qua ob
lata est deo patri caro xpi oleo in co
frixa igne passionis et perfecte caritatis
56 superposita / Levit ij d Item Crux est tor
cular quo xpus vinum sacramentorum

de botro suo corpus expressit / ys 63
Item Crux est calix Mt 20 calicem 57
meum bibetis / ps calicem salutaris
accipiam Item Crux est cithara qua
david cantans malignos spiritus re
frenavit 1 Reg 16 Item Crux 58
est lectus qua portabatur botrus
corporis xpi a quo expressum est vinum
quod sanctorum animas inebriat / num
xiij Item Crux est plaustrum novum 59
portans archam federis i. filium dei
1 paralip xiij c Item Crux est baculus
senectutis zach viij / baculus viri 60
in manu eius / per hunc baculum suc
currit humano casui et ruine / 61
Item Crux est candelabrum lucernam
corporis xpi sustentans ut videant
omnes homines qui in domo sunt / luc
xj Item Crux est thronus salomonis 62
3 Reg 10 / Crux est salus nostra
spes et redempcio nostra / Crux est me
dicina mali Crux est antidotum
morientis crux est precium seculi
Crux est restauracio mundi Crux e
xitium crux est execratio mortis
Crux baratrum baratri expoliacio
crux est averni / fantasie fuga
sathane crux est cruciatus / Crux
lignum vite crux inpreciabilis arbor
Crux veterum limes crux consummata
legis / Crux limes celi crux introitus
paradysi Crux in iudicio iudicis gla
diator iniquis / Crux in utroque domus
cumulata limite cunctis / demonis
insidias eliminat effugat arcet
Crux sanitate restituit benediccionem 63
impendit / destruit aspidis liberat
aspiciens hostes expellit victores con
stituit / Crux est mysterium fidei fir 64
mamentum spei clavis sciencie for
ma iusticie magnificencia regni
gloria sacerdotum inopum sustentacio
pauperum consolatio Crux celorum locum
claudit spes desperatorum resurrectio mortuorum

Item innocentius in libro de sa
cramento altaris dicit quod signum
crucis tribus fit digitis ad exprimen
dum quia sub invocatione exprimitur sancte
trinitatis ysa. xl. Qui appendit tribus
digitis molem terre quia per tres di
gitos trinitas designatur. Signum
crucis a superiori descendit in inferius et
secundum quosdam a dextra transit ad sini
stram. Quia xpistus de celo descendit in
terram et a iudeis transivit ad gentes
quidam tamen signum crucis a sinistra
producunt in dextram quia debemus
de miseria transire in gloriam sicut xpistus
de morte ad vitam et de inferno tran
sivit ad paradysum. Eo quemadmodum
crucis currunt naves. volat aves
natant homines sunt ergo et am
bitus vel habitus religiosorum. Hec omnia
sunt contra illos qui crucis mysterium
detestantur. Contra quos prima cor. i. et
Gal. vi. c. ephe. ii. et iii. c. phil. ii. b.
col. i. et ii. c. Item crux dicitur a
cruciatu. Crux est pena sine mace
ratio carnis in qua debemus cru
cifigi cum viciis et concupiscenciis desi
deriorum. Quia qui xpisti sunt carnem
suam crucifixerunt Gal. v. c. Et nota
quod qui crucifigitur debet elevari a terra
id est ab amore terrenorum iudicat enim
Job vii. Suspendium elegit anima mea
In hac cruce debet totam vitam
suam extendere manus et configi
clavis preceptis et iusticie a timore
dei ne cadat per illicita pedes. Confige
timori tuo carnes meas id est carna
litates. Si suggesserit dyabolus vel
quicumque minister eius delectationem
hoc est movere membrum vel sensum
vel cogitationem ad aliquid illicitum
tunc dic quia non possis quia omnia
tua confixa sunt cruci xpisti. Et non
quod qui vult esse cum xpisto debet cruci
figi cum xpisto Gal. ii. xpisto confixus
sum cruci. phil. 3. Configuratus
morti xpisti. Item Rom. vi. Si compla
tati sumus similitudini mortis
xpisti simul et resurrectionis erimus
ii cor. i. Si socii fuistis passionum
eritis et consolacionum ii thim. ii.
Si commortui sumus xpisto et convivemus
si compatimur et conregnabimus. Item
prima Joh. ii. Qui dicit se manere in xpisto
debet sicut ille ambulavit et ipse
ambulare. prima petri ii. xpistus est passus
nobis relinquens exemplum. Item Joh.
xiii. Exemplum dedi vobis ut que
admodum ego feci sic et vos faciatis
Item mt. xvi. Si quis vult venire
post me tollat id est sursum elevet
honorifice non ad terram deprimat vel
distrahat per sententias literarum

Passus · scilicet illusiones 64
flagella crucifixionem. vel
mt. 20 et luc. 18 Illusio
patet in quatuor scilicet in veste purpurea
in sceptro in corona spinea in falsa
adoratione et illusiva salutatione 65
flagellacio patet in quatuor. Quia
percussus alapis sputis arundine
et flagellis. Crucifixio patet in 67
quatuor scilicet in angariatione portande
crucis in medio latronum confixione in aceti
potatione et in lancee transfixione
hec sunt duodecim divisiones 68
maris rubri per quas a servitute
egypciaca populus israel liberatur Exo.
14. Item passus scilicet innocens quia
iustus per iniustis cum iniustis ex iniusta
causa et sub iudicibus iniustis quod
omnia aggravant passionem. Et
nota quod traditus fuit tamquam infidelis
illusus tamquam stultus. flagellatus
tamquam reus. consputus tamquam vilis

ociosus tamen inutilis sine incorri
9 gibilis luc 18 f / Item passus sc3
in pedibus per quos mittebat affectus
ut liberaret nos a peccato mentali Item
in latere ut liberaret nos a peccato origi
nali quia de costa ade facta fuit mulier
ex qua nascuntur filii ire propter originale
peccatum propter quod clausa fuit nobis porta
paradysi Sed xpo mortuo et latere eius
aperto nobis fuit aperta quia per sanguinem
qui fluxit de latere sumus redempti
et per aquam abluti Item in manibus
ut liberaret nos a peccato actuali Item
10 flagellatus fuit ut nos a flagellis
infernalibus liberaret Item passus
sc3 vilitatem et contemptibilitatem
omni vili precio appreciatus quia a dis
cipulo traditus contumeliis et tormentis
lacessitus tamen latro cum gladiis et
fustibus comprehensus / vilissime ten
tus et tractus ligatus alapis cesus
a falsis testibus accusatus a suis dis
cipulis derelictus a familiaribus negatus
ab herode contemptus sicut latro a pilato
impetitus clamide coccinea in misterie
indutus spinis coronatus arundine
pro sceptro insignitus illusorie salutatus
sputis illinitus veste spoliatus arun
dine percussus a vilibus blasphematus
cum sceleratis reputatus patibulo cru
cis manibus et pedibus clavis affixus
aceto et felle potatus post mortem
lancea perforatus alieno sepulchro se
pultus secundum quod hec omnia evangeliste
11 in passionibus testantur / Item passus
sc3 dolorem precio unde invitatus vel
vocatus in firmus destitutus a suis
mendicus et spoliatus clamat dicens
O vos omnes qui transitis per viam atten
dite si est dolor similis sicut dolor
meus / propter patientis nobilitatem et
vilitatem / propter illusionem et illudentium
multiplicitatem sine culpa sua pacie
batur et asinus et publice et imperialiter
et quia sibi redebantur mala pro bo
nis et quia qui eum consolaretur non
inuenit et quia videbat matrem suam
pre doloris angustia lacrimantem Item
passus sc3 nudus ut ostenderet quod illud 12
misericordie sue commercium quo mundum
precio sui corporis mercabatur noluit pre
cio vestium estimari · et quia solus suffi
ciebat appendere precium mundi instanta
neus / et quia reconciliatio humani
generis nichil requirebat nisi solius
corporis eius sacrificium / nudum ergo
se obtulit deo patri affectibus ut gra
tissimum spectaculum quia solus per se ipsum
deo erat acceptabilissimus heb a / Item
denudatus pro semetipso / Mystice non nudus
pependit quia veste priore id est iudeo
populo pro infidelitate nudus erat et necesse
sibi nova vestis id est eccia de gentibus
erat texta / nota quod xpus exutus veste 13
propria et indutus purpurea et postea
veste alba et iterum corona spinea
coronatus et postea data est ei arundo
in manum / Ad designandum quod nos de
bemus deducere veterem hominem
cum actibus suis Col 3 Exuite
vos veterem hominem cum actibus suis
sc3 per confessionem et tunc induere debemus
corpus id est verecundia hec / ps Tota die
verecundia mea contra me est purpura
propter ruborem significat verecundiam hec / Est
confusio adducens gloriam / postea debemus
induere veste alba · que significat mundiciam
spinea corona est cogitatio et contritio
in corde / Nec enim debet esse coronata
spinis non solum ex parte continuata quia
debemus de peccatis omnibus generaliter conteri
Item debemus tenere arundinem in
manu / arundo que fragilis est licet
videatur fortis designat divicias tales
que exterius videntur permittere firmitatem
sed intus perforant et vulnerant super se

mitontes ps 36 b / debemus ergo
tene. armidine r. dulcias in manu
ut eas pauperibus erogemus non ut eo
fidamus in eis et inuluemur et detine
amur ab eis. Item passus totaliter
licet minima gutta sanguinis sufficeret
ad tollenda mundi peccata totus tamen
fodi voluit ager ille plenus cui benedixit
dominus. Gen. 27 et ps 21 absconditum in fos
sa thesauri / Et ps foderunt manus meas
et pedes meos / Totus inquam fodi vo
luit ut totus nobis fructificaret / totum
assari voluit agnus ille ut nichil cru
dum de illo comederetur Exo 12 / totus fo
rari voluit ut totum corpus ecclesie eius
passione ditaret et doceret 1 Petri 2 Christus
passus est pro nobis vobis relinquens exemplum ut
totum calicem passionis bibere voluit
ut nichil mederetur de morbo ecclesie
remaneret / Totus etiam pati voluit ut
totum veterem hominem crucifigeret et
nichil de illo viveret et nichil de eo vacaret
a culpa ostenderetur sicut medicus sic nichil
vacavit a pena / Omnia a planta pedis
usque ad verticem non est in eo sanitas
ps 1. Et ideo posuit faciem suam ut
petram durissimam / ps 50 / durum ad
verba durorem ad verbera durissima
ad clavos et vulnera unde effudit
sanguinem per que peccata nostra deleret et la
vit nos a peccatis nostris in sanguine suo
Apoc 1. / Et ita completum est in Christo
quod dicitur sicut in lege dentem pro dente
pro dente oculum pro oculo manum pro manu
pedem pro pede / Omnia omnia membra Christi
passa sunt in cruce pro membris Ade per
ditis redimendis / Quod signatum fuit
4 Reg 4 c / quando posuit Helyseus
os suum super os defuncti et oculos eius
super oculos illius etc ut ostenderet quod dei
et virginis filius membra sua extenderet
in cruce pro humano genere suscitando

a morte eterna / Item passus est pro A1
peccata nostra delenda ps 41 c ipse vulne
ratus est propter iniquitates nostras etc
Et non contra iudeos et alios infide
les qui fuerunt in illo tempore / Item Heb
9 c / Sanguis Christi emundavit conscien
tiam ab operibus mortuis / Item Heb
10 / Christus semel oblatus est ad multorum
exhaurienda peccata / Item 1 Pet 2 Christus
passus est pro nobis. Et non mirabilis j
misterii dispositionem passus Christus / peccat
servus iniquus et punitur iustus delin
quit reus vapulat innocens offendit
impius dampnatur pius / quod meretur
malus patitur bonus quod perpetrat ser
vus exsolvit dominus quod committit homo
sustinet deus / Concupiscentia duxit hominem
ad illicitam arborem / perfecta caritas Christum
duxit ad crucem / homo presumpsit ve
titum Christus subiit aculeum / homo
gustavit pomi dulcedinem Christus fellis
amaritudinem / Si libretur iniquitas
peccatoris cum misericordia redemptoris
ineffabiliter superatur peccantis malicia
per miram redimentis / Et non circumstan
tias passionis Christi per hos versus / Meror
sudor fletus comitum fuga captio vin
cula mendax / lingua minis sputum
velatio multis / Cedes nisi facie cola
phi census clamor / verbera post tortus
spine calamus crux salutatus barona
latro conitus incidatio flectio partes
potus blasphemias mors lancea
tube concitetes / Non quod Christus ante pas AG
sionem suam cepit pavere et tedere et mestus
esse et cum lacrimis orare et sudorem
sanguinis emittere / Ad signum quod nos
debemus pavere ne puniamur in eternum
cum timeri dei ut Job Johannes bap
tista et ipse Christus sunt puniti in tanti /
Item debemus tedere de vilitate vite
presentis Job x / Tedet animam meam vite

nec Item debemus esse tristes pro peccatis
tis delictis / pro cor(inthios) vii Item orare
vigilantius Vernia (?) gratiam et gloriam
Thob xi / Quando orabas cum lacrimis
Item debemus sudorem sanguineum e
mitte ut totum corpus operiat / Hic
sudor est angustia vehementis deprecationis
que omnia membra debet occupare / Et
sicut sudor sanat corpus sic debet anima
a spiritualibus viciorum infirmitatibus sa
77 nari Item passus secundum multitudine
ciuitatis / non in templo non sub tegmine
edificii sed extra ciuitatem et extra muros
iuxta illud Et inter iniquos deputatus
est / Preterea non in altari nec tecto sub
posito sed sub celo in aere ut aeris
naturam mundaret / Aer enim purga
batur cum agnus ille in cruce immolabatur
infectatus enim erat aer fumo aerium
et fetore sacrilegorum sacrificiorum / Terra
etiam purgata fuit quando stillauit san
guis domini super eam / Propter hoc etiam non
fuit passus in templo iudeorum ne iu
dei estimarent pro gente illa tantummodo
esse passum / Et ideo extra ciuitatem
et extra muros ut intelligatur quod communis
78 est hostia pro humano genere oblata
Nota xvi effectus et modos inter praeterea
primus ianue celi apercio / Heb ix per proprium
sanguinem introiuit / Secundus delinquentium
ho (?) eductio Zach ix / Tu autem in san
guine testamenti eduxisti / Tercius
precium salucio / i Pet i / non corruptibili
auro vel argento redempti estis sed
precioso sanguine agni / Quartus peccatorum
ablucio / Qui dilexit nos et lauit
nos in sanguine suo a peccatis nostris /
Apoc i / Et Heb ix / Sine sanguine non
fit remissio / Quintus hostium confusio
Exo xii / Erit sanguis in signum in e
dibus nec erit in vobis plaga quando
percussero terram egipti / Sextus ad a
morem prouocatio / i Mach vi / Et osten
derunt elephantibus sanguinem. Et Ioh

xiiii / nemo maiorem hanc caritatem
habet ut animam suam ponat Septimus peticionis
postulacio / Heb iii / Octauus ad deum
consecracio / Col i / Pacificans per san
guinem suum / Unde et moyses aspersit
librum et omnem populum sanguine / Heb ix
et Ioh vi / Qui bibit meum sanguinem
in me manet Item passus contra
Basilidianos qui Christum passum negant
sed quendam Simonem (?) / Contra quos dicendum est
ibi / Christus est passibilis et mortalis /
79 Et ideo quod Christus dicitur esse traditus ad
passionem a patre quia voluntate patris
in quo totius trinitatis passus est / Etiam
a se traditus quia seipsum obtulit / Et
a iuda qui ipsum prodidit / Et a iudeis qui
ad hoc alios instigauerunt / diuersa sunt
ibi facta licet tamen passio vna / Unde inte
80 rim et habebis diuersitatem / Pater enim
tradidit ex caritate / filius ex pietate
iudas ex precii cupiditate iudei ex pro
curata malignitate / Unde patet quod
intencio diuersificat actus licet idem sit

Et mortuus / Una

81 Contra iudeos qui dicunt quod
si Christus fuit mori non potuit
neque pati / Contra quos daniel x / Occi
dunt infideles sine iusticia fuit homicium
iniustissimum morti tradere pro peccatore innocentem
centem dampnare ut nocentem liberaret
Item si deus aliter peccatores liberare non
potuit quam iustum dampnando quo ergo
est omnipotens Si non potuit et nesciuit
quo ergo sapiens Si autem potuit et
sciuit sed noluit quo ergo iustus est
Dicendum quod Christus non ex necessitate cogente
sed libera voluntate mortuus est / Ob
latus est quia ipse voluit / Heb iii Et
ys liii / Unde ipse dicit Ego pono
animam meam et iterum sumam eam Ioh x
Ex quibus patet quod Christus sponte mor
tuus est / Quod ante mors illa vera et 82

sonalis fuit sic patet / quia genus
humanum datum fuit xpo in hereditate
ys 49 / dedi te in fedus populi ut suscita-
res gentes et possideres hereditates dis-
sipatas / hebr. 1 Quem constituit heredi-
tem universorum per quem fecit et secula
Sed res transit cum onere suo [?]
ut ff. Et extra de pignoribus ex litteris et tamen
tamen non sit / Genus autem humanum one-
ratum et obligatum erat debito mortis
gen 3 quacumque hora comederitis mor-
te moriemini / Sed nulla pura creatura
potuit esse sufficiens totius generis humani
redemptor quia quilibet pro seipso tenetur ad pas-
sionem mortis. Et sicut verus Ioseph
venundatus a fratribus dimittet pallium
carnis synagoge in cruce gen 39 Et
sic homo qui per peccatum deum offenderat
per iusticiam satisfaceret. Et dyabolus qui
hominem vicit per hominem vinceretur / Ille
sponte sua moriens mortem moriendo
peremit / Et sic precio iustior a morte
redemit / Quantum autem mors xpi penalis
gh fuerit et unde et magnitudine dampni peccatorum
probat Anshel / in libro Cur deus homo
Si diceretur alicui separato nisi occidis
hunc hominem demonstrato ihesum xpm
quem scis esse deum et hominem perhibit iste
mundus totus / non faceret / etiam si innu-
merorum infinitus esset numerus / Et iterum si
diceretur aut eum occidas aut omnia peccata
que fuerunt et facta sunt venient super te
non faceret hoc sensibus / quia peccatum quod
in persona ihesu xpi fit incomparabiliter
esset super omnia illa que extra personam
illius possunt cogitari / Et sic patet
quod mors xpi premiat omnes homines
peccatis Item mortuus maiore tristi-
gi tante ... fuit ut non solum in
presentes sed etiam in absentes vel loco
vel tempore eius pretendatur effectus in
omnes scilicet qui ad superne civitatis
constructionem pertinent ut dicit Anshel

Item mortuus / per mortem xpi licet gl
nobis redire in patriam sicut olim in
morte summi pontificis hii qui ad ci-
vitatem refugii confugerant licet
fuerit ad propria remeare. Nu 35 / Bonus
ihesus non tantum pro amicis sed etiam pro
inimicis mortuus est eligens expu-
lari celis ut nos ad celos reportaret
amicus dulcis consiliarius prudens
adiutor fortis ut ostenderet quantum nos
diligat non nisi moriendo a morte nos
liberavit quia non solum veritatis in-
pendit officium et beneficium sed caritatis
demonstravit affectum / nulla dilectio maior
nullus amor sanctior nullus affectus
ardentior nulla caritas maior quam quod
pro nobis mortuus est mortuus cum non
inveniret in nobis dignum aliquid quod gb
amaret Item mortuus / per mortem
xpi illusum est dyabolo tamquam anime
pisci leviatan illi de quo Job 40 numquid
capies leviathan hamo / quia deum
dyabolus carne humanitatis inper-
tus que latebat quasi hamo divi-
nitatis captus est qui latebat Est
enim in xpo quasi hamus divinitas
esca caro linea genealogia que in
evangelio retexitur est / ubi ponuntur
ad modum linee xlii generationes / De
novis hanc lineam texuit Matheus
linea generationis inchoabat ab Abra-
ham et terminat in ihesum xpm /
Lucas ab imis inchoat scilicet a Ioseph
et consummat in deo quomodo xpus in in- ga
fernum descendit ut hamum aptet vel in-
tendi ad celum et post se trahet per
dicta linea tamquam fune / Mortuus
scilicet in corpore ut in nobis mortificaret
mortem anime id est peccatum / osee / o mors
ero mors tua / Augustinus innocens
moritur ut peccatum crucifigatur. Hec
mors mortua tunc est quando in lig-
no mortua vita fuit / Augustinus mors

quo timent homines separatio est ani
me a carne / mors qua non timent se
paratio est anime a deo / Item mortuus
88 nota quod hec fuit compensatio iusta
per adequationem contrariorum complexorum
ut mors eterna eius qui temporalis erat
morti temporali eius qui eternus erat
redimeretur / mors enim eterna mortem
eternam redemptionem hec non potuit quia
si esset parvum esset inutilis cum par
dampni afferret domino si minor esset
insufficiens si maior esset dampno
sior unum ergo potuit ut mors eterna
esset redemptio mortis eterne peccatorum
puniuntur / restat ergo eam esse tamen
temporalem / eterne si esset persone talis
esset in infinitum minor morte peccatorum
puniunt / non esset igitur unum pretium
necesse est igitur ut sit eterne persone mors
temporalis ut eternitate dignitateque per
sone mortis compensaret eternitatem et
finis temporalis eternum sustinendum redi
meret morientis eterno sustinendo temporali
89 Item mortuus enim christus est mortuus
patet math xx a et xxvii c / et marci
f et xv / luce xxiii ioh xix / act xiii
primo petri i / ys ii iii iiii et v / Rom vi
a primo cor xv a / heb v c / apoc xii
g / et v d / Item mortuus / nota
90 diversitatem evangelistarum de morte
christi matheus dicit emisit spiritum marcus
et lucas expiravit / iohannes tradidit
spiritum in emissione notatur reconcilia
tio / nam tunc emissa est columba
de archa corporis christi que detulit quasi
ramum olive viventibus falsis / secun
dum in expiratione notatur inimici
annichilatio / nam ipso expirante
dyabolum superavit et expoliavit / in
traditione notatur pretii solutio unde
pater commendamus tuas commendo spiritum
meum / quasi pretium omnium que tibi
91 debet homo Item mortuus per mor
tem christus enim qui habebat mortis im
perium id est dyabolum expugnavit et li
beravit eos qui erant mortis servitu
te / heb ii g / Item per morte christi recon
ciliati sumus deo / coll i / Illius effec
et modus mortis christus de passione et mor
te christi notavimus supra ibi / passus
Item mortuus scilicet non / contra nicolaitas 92
qui dixerunt christum esse immortalem et im
passibilem contra quos dictum est supra
ibi / passus / Et nota quod mors et resur
rectio christi fuit vera ymago et similitudo
et sacramentum et exemplum / unde Rom
iiii / christus traditus est propter delicta nostra et
resurrexit propter iustificationem nostram / ut
petrus mortui iustitie viviamus / primo petri
ii christus passus est pro nobis relinquens exem/

Descendit ad inferos

D Infernus dicitur carcer quo 93
impiorum anime cruciantur / et
dicitur quasi infernus id est inferius eo quod
infra sit positus velut abyssus /
vel dicitur infernus id est valde ferus vel
ferox / infernus dicitur quia ibi anime
inferuntur / Item aliter ille dicitur or 94
cus id est locus insatiabilis quasi dicitur
orcus / Item dicitur tartharus a thor
taro grece quod sonat latine tremor fri
goris / quia ibi est nimia frigoris as
peritas et stridor dentium / math 25 Item 95
dicitur baratrum quasi voratrum id est vo
rax tre hiatus / de quo tamen cum
surgit christus tumulo victor redit de ba
rathro Item dicitur averunus id est sine 96
vero vel sine veritate vel sine verno /
quia nulla est ibi amenitas Item
dicitur acheron ab a quod est sine et chere
gaudium / est autem acheron fluvius in 97
fernalis et interpretatur mestitia / de his
duobus iob x ubi nullus ordo sed sempiternus
horror Item dicitur puteus quia putet 98
id est fetet et est profundus / ps neque urgeat

super me puteus os suum | Item dicitur
Abyssus quia non reperitur ibi fun
99 dum | ps dilatavit infernus os suum
Item dicitur fornax | de quo dicitur
100 Apoc ix | data est clavis putei abyssi
et aperuit puteum abyssi et ascendit
fumus putei sicut fumus fornacis
magne Item dicitur carcer quia ibi
101 detruduntur captivi cathenis igneis
colligati fame et siti et frigore afflicti
Item descendit ad inferos | Secundum
102 carnem in sepulchro quievit Secundum vero
animam descendit ad inferos ut fortior
superveniens fortem spoliaret armatum
Luc xi | Et quia mors paradysum intra
vit et colonos eiecit vita infernum
ingressa est et captivos eduxit | Mor
tem sibi de nostra morte suscepit et vitam
nobis de sua vita restituit | Descendit
ergo ad inferos ut ineffabili pote
ncia morte superata spoliaret infernum
et iuste ac misericorditer inde iustos qui
ibi tenebantur educeret ibidem relinquens
iniquos et sic non absorbuit infernum
sed momordit | Osee 13 Item descendit
ad inferos contra Averroistas qui
negant Christum ad inferos descendisse
et inde animas hominum liberasse | contra
quos apostolus quod autem descendit ad inferio
res partes terre qui descendit ipse est
qui et ascendit Item Act ij quem deus
suscitavit solutis doloribus inferni iuxta
quod impossibile erat teneri illum a morte
ps | non derelinques animam meam in inferno
Item | Eduxit eos de tenebris et umbra
mortis Item contrivit portas ereas
Item domine eduxisti ab inferis animam meam
Item quia misericordia tua magna est super me
eruisti animam meam ex inferno inferiori
Zach ix | Tu autem in sanguine testa
menti tui eduxisti vinctos de lacu in
quo non erat aqua scilicet refrigerium |

Infernus dicitur lacus quasi latus 103
quia nullo termino clauditur lacus
proprie est aqua lutosa et putrida que
non movetur et est infernus quasi
sentina navis | ps Eduxisti me de
lacu inferiori et de luto fecis Infernus
dicitur quasi informis id est niger vel quasi
inferius quia inferius iacet ut glosa
dicit Infernus quia sit niger atque pro
fundus Item quod dicitur mortuus des 104
cendit ad inferos sed descendit in anima
est contra illos qui dicunt mundum
istum esse infernum locum scilicet dampnatorum
et non alium contra quos est Luc 16 de
divite et Lazaro Item Act ij etc etc 104
Item descendit ad inferos contra
illos qui non credunt esse infernum |
Quod autem sit infernus probatur quia cum
duobus contrariis inventum sit alterum |
necesse est et reliquum inveniri Hac ra
dice nititur philosophus generaliter ad
stabiliendum unumquodque contrarium
Cum igitur invenitur pura felicitas
invenitur etiam status medius inter
puram felicitatem et inter puram miseriam
Sed status huius vite qui nec pure
miserie est propter admixtas consolaciones
nec pure felicitatis propter admixtas
miserias necesse est igitur inveniri tercium
statum scilicet pure miserie | et hic est infernus
ubi nullus ordo sed sempiternus horror
inhabitat Job x | Iuxta hanc viam si
invenitur subiecta alterius contrarii id est
pure felicitatis et status medii id est
vite istius necesse est inveniri subiectum
tercium status scilicet homines pure miserie
destinatos | Et ad hoc sequitur locorum con
gruencia | ut sicut primus locus est
nobilissimus et situ spirituali vel cor
porali supremus | et medius sub illo est
tam nobilitate quam situ | necessario erit
tercius ignobilissimus et utrolibet

modo et situ infimus / Evidenter
autem facit ad hoc ipse status et lo
cus medius eius quam habitatores
Similiter enim sicut se habet primum ad
medium ita medium oportet se habere
ad tercium / Sicut ergo nos et status
et locus noster ad eos qui prime felicita
ti donati sunt et ad locum et statum
eorum similiter nos igitur sunt et statu
et loco sicut nos sub primus / Item
patet Apoc. 4 / nemo poterat neque in
celo neque in terra neque sub terra aperire
librum / Ad idem Gregorius in dyalogo
Idcirco infernum dicimus quia inferius
iacet / Quod terra ad celum hoc esse
infernus debet ad terram / Ps / li
berasti animam meam ex inferno inferiori
Augustinus in libro xii super Genesim / Est presus
inferiorum sub terra sed eum spiritualem
non corporalem arbitror et sub terris
credendum infernum ex greco enim vo
cabulo eo quod nichil sub se habere sonat
Et ex hiis patet quod sit infernus et ubi
Item de inferno facit fidem iudicium
et iusticia dei / Cum enim peccata que ma
xime simpliciter et eternus sunt puni
enda punita non fuerint in hac vi
ta necesse in futuro sunt punienda
et ita necesse est esse locum deputatum omnibus
eternae que merentur peccatores absque
penitencia decedentes in mortali peccato /
Unde dicit Gregorius in dyalogis
dignum est ut puniantur in eterno
qui peccare non cessaverunt in suo eterno
et sicut homo in suo proprio finem
peccandi non posuit cessando a peccato
sic deus in suo proprio non desistet a
108 puniendo / Locus autem huius damp
nacionis est infernus ubi infligitur
nonem pene illis qui per bona vita
noluerunt nove ordinibus angelorum
sociari / Ignis inextinguibilis Job 20

Flamma ignis devorantis affliget
in turbacione Joelis 2 / Ante eum
ignis vorans et post eum urens
flamma / Item frigus intollerabile
Job 24 / Ad calorem nimium transibunt
ab aquis nivium / Mt xiii / Item erit
fletus et stridor dencium scilicet propter fri
gus / Item fetor sulfuris Ys 3 / Erit
pro suavi odore fetor / Apoc xix / Qui
adoraverunt ymaginem eius missi sunt
in stagnum ignis et sulfuris / Ps Ig
nis sulfur et spiritus procellarum / Item
vermes / Ys 14 / Subter te sternetur
tinea et operimentum tuum erunt vermes
Et Ys ult / Vermis eorum non morietur
Et Ecc 7 / Vindicta carnis impii
vermis / Item tenebre palpabiles
Mt 22 / Ligatis manibus et pedibus
mittite in tenebras exteriores / Et hoc
iustissimum est quia hic amant te
nebras peccatorum Job 10 oculus ad
ulti / Item flagella / Prov xix / Parata
sunt derisoribus iudicia et mallei
percucientes stultorum corporibus / Item
Terror in visu demonum quorum deformitate
sunt facies eorum sicut carbones / Item
laquei / Ps / Pluet super peccatores laqueos
ignis / Item turbacio mentis sive
desperacio / Ys 24 Byme robustorum quasi
turbo impellens parietem / Versus / Flamma
fetor gelu vermes caligo flagellum
larvarum terror laquei mentis desperacio
cella / Hec tibi pro pena signat sive
sive gehenna / Item in inferno 109
est pene acerbitas continuitas perpe
tuitas et universalitas / Et ab eadem
pena alii puniuntur plus alii minus
sicut ab eodem igne aliter comburitur
palea aliter lignum / Item mansiones
plurales / propter diversas mansiones
suppliciorum / Unde Gregorius in moralibus

Sunt in domo patris mansiones
multe sunt per diuersitate meritorum
et iniuriarum / Sic dampnatos punit
diuersis suppliciis pena gehenne quibus
subiacet disparitas criminis ne remaneret /
ac decretis peccati sine decore iusticie
commissa Grauiora tormenta et
mansiones culpis grauioribus reseruantur
quia mansiones iste sic sunt diuina
iusticia disposite ut quisque in pena
pena mutat alteri ut unius tamen sit
afflixio

Et resurrexit tercia die

108 Sicut predixerat math 20 / luc
18 / Et quia sermo xarius
debet sequi xpm tamquam caput suum
sicut membra caput sequuntur Attende
109 quod tres sunt dies siue illuminationes
quibus homo interior illuminatur / primus
timor secundus ueritas / tercius caritas
primus dies est solem suum potencia
secundus sapiam / tercius benignitate
potencia pertinet ad patrem / sapia ad filium
benignitas ad spiritum sanctum / dies patris
admiratio est omnipotencie dei per quam
mentis timor / dies filii est illuminatio
sapie dei / per quam congnoscitur ueritas
/ dies spiritus sancti est benignitas / per
quam in nobis caritas inflammatur
In die omnipotencie morimur per timore
In die sapiencie sepelimur quasi mundi
uanitatibus per ueritatis contemplationem /
In die benignitatis resurgimus per eter-
norum amorem / Secundo xpus sexta die mor-
tuus est / septimo iacuit in sepulchro
octauo resurrexit / Et simili modo po-
tencia in die suo per timorem nos a car-
nalibus desideriis foris occidat / deinde
sapiencia in die suo intus in abscon-
dito contemplationis sepeliat / postmo
benignitas in die diuino amore uiui-
ficatos resurgere faciat / Quinto sex

dies ad laborem / septimus ad requiem
octauus pertinet ad resurrectionem iste
Et resurrexit / per dies quadraginta 110
apparens discipulis loquens de regno dei
act. 1 / Et nota quod infra illos quadra-
ginta dies apparuit decies discipulis
suis / ipsa die resurrectionis quinquies
primo marie magdalene / math ult / Et
Joh 20 / Et quidam dicunt quod matri primo
apparuit iuxta illud mandatum honora
patrem et matrem / Secundo mulieribus
exeuntibus de monumento / math ult / t
Tercio petro / luc ult / Quarto duobus
discipulis euntibus in emaus / math et
luc ultimo / Quinto decem aplis ab-
sente thoma / Joh 20 / Sexto / post
dies octo eisdem presente eo / Joh xx
math et luc ult / Septimo septem dis-
cipulis in piscatione / octauo unde-
cim discipulis in monte thabor /
nono undecim discipulis recumbentibus
in die ascensionis / decimo eodem die
in monte oliueti act 1 / et luc ult /
preter has apparitiones plusquam quin-
gentis fratribus simul / deinde Jacobo /
Et nouissime ipsi paulo / sicut dicitur
1 cor 15 / Et nota / gloriam resurrectionis
sue paulatim per incrementa temporis
xpus suis ostendit discipulis / quia
tanta erat nimius miraculi quod respecte
hanc non possit humana fragilitas in-
tueri / primo ergo ostendit feminis lapidem
reuolutum et lintheamina quibus cor-
pus fuerat inuolutum / deinde curiosius
inquirentibus ostendit uisionem angelorum
resurrectionem manifestantem / Et tandem
deus ipse manifestius se ostendit / Si 112
queritur quare primo apparuit feminis
quam uiris / Et quare inter feminas primo
magdalene / Et quare inter uiros primo
petro / Responderi potest quod quia primo peccauit
femina quam uir / et ideo sicut precessit
mors culpe per feminam / ita precedere debuit

ſſ

Bitti gratie per feminam / primo autem
apparuit peccatoribus ne de venia de
113 sperarent / Si queratur ubi Christus fuit
post resurrectionem per dies quadraginta
quando cum discipulis non manebat /
Respondetur potest quod erat in paradyso terrestri
ubi sunt enoch et helias cum ille
sit locus dignior et amenior et quie
tior mera / Et ibi cum eo sancte anime
quas eduxit de inferno usque dum as
cenderet in altum captivam duxit capti
vitatem scilicet sanctos qui in inferni te
nebris tenebantur iuxta illud ps / E
duxit eos de tenebris / Et ad hoc con
cordat quod dixit latroni / hodie mecum
eris in paradyso / luc 23 / dignum enim
fuit ut per quam resurrectionem homo re
duceretur in paradysum quia per prevaricationis
114 culpam electus fuerat de illo / quis ins
Si Christus mortuus sua virtute re
surrexit verisimile est quod ipse vivos
suscitare mortuos possit / Et tali e
dus seruiendum qui potest suscitare ho
mines si in eius servicio moriantur
non libertur multos sequuntur dum ille
qui non potest restituere sibi equum suum
si in eius servicio eum amiserit
Et est contra saduceos qui non credunt
resurrectionem / act 22 / Sed de hoc plenius
infra ubi dicitur omnes cum suis resurgent

Et ascendit in celum

contra istos qui dicunt Christum
primum creaturam et caput
inferos remansisse / impugnant
autem hunc articulum heretici per illud ad
prima cor 15 / caro et sanguis regnum
dei non possidebunt / Respondetur quod caro
et sanguis non sumuntur ibi pro substantia car
nis et sanguinis sed pro carnalibus operibus
item obiciunt cum ascendere et descendere
dicit motum localem sicut et deus in
mobilis et incommutabilis existit
hec non possunt dici de deo / Respondetur quod hec

de Christo dicuntur secundum quod homo et secundum
quod deus non dicit motum localem sed
incarnationem et unionem verbi ad carnem
Unde dicitur in symbolo / descendit de
celis et incarnatus est / Iste ascendit 116
in celum / quia Christus ascendit in
celum corporaliter in natura et forma
humana / patet in vii ult joh ult et
act i / quia enim ascendit ipse est
qui descendit / ephes 4 / Et joh 3 nemo
ascendit in celum nisi qui descendit
de celo / contra incredulos nota exempla
quia rota molendini quantum ad
ymam aspiciens descendit tantum de infi
mis ad sublimia ascendit / avis
volans mare / quantum descendit tantum
ascendit / Sol ab oriente heri surrexit
sed ad occidentem occubuit et hodie
similiter in eodem loco surrexit / non
ergo est dubitandum si filius dei
unde venit illuc et redit

Sed descendit in anima

Descensio ad inferos pertinet 117
ad solam animam que fuerat
persone filii dei / quia ex quo filius dei
assumpsit corpus et animam non de
posuit ea / Unde augustinus / ubi
ex quo suscepit hominem i. carnem
et animam integram deposuit ut esset
anima separata a verbo sed caro ponit
animam quando exspiravit qua redeunte
surrexit / mors ergo ad quam carnem
et animam separavit quia non posset
mori corpus nisi anima separata esset
ab eo sed neutrum a verbo / caro igitur
ponit et assumit animam non potestate
sua sed potestate deitatis inhabitantis
Sicut autem dicitur mortuus homo 118
quando dicitur mortua caro ita dicitur
deus mortuus quando dicitur mortuus
est homo / quia ut dicit augustinus quamquam
passus est ho dicitur pati deus ratione uni 119

l

oms quia deus erat homo / sicut dicitur
quis contrarium pati sinistris eius
in eo scindatur iniuriose sicut ipse
non sit vestis. Si queratur utrum fuit
homo in illo triduo / Tunc dicendum quod sic /
quia deus homo erat carni et aie
dic et propter separationem a carne erat mortuus
et propter unionem utriusque nature cum deo
fuit homo / non autem ita in aliis
hominibus / Et non quod uno eodemque
tempore xpistus totus fuit in sepulchro
totus in inferno vere mortuus et
vere vivus. Morte mortalitas accepit
et vita divinitas non perdidit. Et
sicut dicitur fuisse in sepulchro gratia
corporis ita dicitur descendisse ad inferos
gratia anime / Et est hoc contra
120 illos qui dicunt quod anime non descendunt
in infernum usque ad diem iudicii
in hoc errore sunt nationes ultramarine /
contra quos luce 16 de divite et lazaro / Ephesios 4 Actus 2 / Sed de
hoc plenius infra ibi venturus
in fine seculi / Item est hoc contra
Arabicos qui dicunt animam cum corpore
mori qui error destruit fundamentum
honestatis et totius religionis.
cum auferat spem vite alterius et
fiduciam vere utilitatis et felicitatis
Ex quo sequitur rerum humanarum
perturbatio viciorum prostitutio vite
omnimoda confusio et creatoris exhonoratio /
Et ideo merito hunc errorem
occurrit sensus per experientiam assumpta
a resurgentibus qui post mortem
redierunt ad hanc vitam / secundo
pena contaminatibus inflicta per
leste tio divinitus per prophetiam et revelationem
divinam auctoritate venerandis /
quarto propositio plationis ad probandum
igitur immortalitatem anime humane
et iudicium futurum / Una si anima post
121 vitam istam non timet frustra hic
serviret deo cum in vita ista dei cultus
et religio plenum sint tormentum habeat
et post vitam istam nulla
sit ei remuneratio secundum hunc errorem
cum non sit vita anime post istam /
melius enim esset aie hunc negare deum
et omni voluptati se prostituere secundum
hoc quod sanctum vivere / Item si non
curat deus cultores et venatores
suos ubi eius potentia cum nec in
vita ista propter hoc sit eis melius cum
secundum illos alia vita non sit futura
post istam / si autem non curat ubi est
eius sapientia aut bonitas aut omnis
ignorat aut non amare indebite
amatores suos et venatores quorum
alterum destruit sapientiam eius alterum
non bonitate eius / Alia radix probationis
est dei iustitia qua posita necesse
esse vitam futuram / quia nec mali
recipiunt hic quod merentur nec
boni / quia et malis hic bene est
et bonis male / ubi ergo iustitia dei
cum retributio contraria meritis suis
recipiunt in hac vita si post istam
non est iudicium quod utique non est si
non est vita post istam / Tertia radix
est / omnis iustitia exigitur in iudicio
qua nec ignorantia meritorum prohibet
nec difficultas aliqua aut impossibilitas
retribuendi / iustitia vero dei
aliquo istorum prohiberi non potest cum iudicium
igitur illam exire necesse est ut quid et
qualiter voluit omnibus debita reddat
remunerando vel puniendo / Sed
non exit in hac vita ut patet per predicta
exempla / Exhibit igitur post hanc vitam
et ita erit vita post illam / Quarta
radix est hec quia sapientissimus
ac benignissimus et omnipotentissimus
creator aliquid melius providit electis
suis quam vita ista habeat cum ipse
creat quod hic est vita ista contemptu
et etiam vita ipsam iuxta illud capitulum
xix f / vade et vende omnia que habes

ies / Et infra / omnis qui reliquit
domum aut fratres aut sorores aut patrem
aut matrem propter me centuplum accipiet
et vitam eternam possidebit / Item si quis
vult venire post me abneget semet
ipsum ies quamquam essent decepti elec-
ti dei cum totum sit delectabile in hac
vita propter deum relinquunt / Soli ergo
mali hic sapientes videntur cum soli
bonum sibi hic querunt delicijs inheren-
do / Restat igitur ut aliquid aliud quam
habent iusti ista erit in alia vita / Et
ita patet quod est vita alia post istam
saltem animabus bonorum quare et animabus
malorum / Quia si nichil deus puniret
deus animabus malorum quam habebant
vita ista tunc impune mali sunt sed
ex malitia sua melius est eis / quod
esset inconveniens divine bonitati /
Item ad stabiliendum immortalitatem
animarum humanarum est radix illa
fortissima que dicit creatorem op-
timum ac sapientissimum non creasse
nam hominem propter corpus vel operationes
quas in illo vel per illud facit producit
etiam propter bona communia temporalia scilicet
vite et cum tempore finientia / Et ex hac
radice manifeste apparet quia
res nobiliores non sunt create propter
res viliores licet res viliores sint
adminicula vite ac conservationis
rerum nobilium sicut alimenta quibus
vita hominis sustentatur / Item omnis
virtus omnino separata et omnino non
pendens ex corpore immortalis et incor-
ruptibilis est morte ac corruptione
corporis / Et econverso / omnis virtus omnino
ex corpore pendens existens necessario mortalis
et corporalis est morte ac corruptione
corporis / Quod autem est medie dispo-
sitionis inter illas / Exempla horum sunt
angeli omnino separati et omnino non
pendentes ex corporibus / Item anima

sensibilis et vegetabilis omnino im-
pressa corporibus et ideo omnino pendens
ex eis / Anima vero humana exemplum
est medium que partim impressa est corpori
et partim pendens ex illo scilicet quantum ad
vires quas communicat cum anima sensibili
et vegetabili / partim vero separata et ab-
stracta et non pendens ex corpore hoc est
quantum ad vires suas sublimes et no-
biliores quas communicat cum angelis / Et
ita patet quod alique vires sunt mortales
et alie immortales / Quod enim est in anima
principali anima in quantum humana ac nobilissimum
omnium est immortale / Visus vero vel auditus
vel alius sensus corporis est et mortalis
secundum hoc quod habet a corpore sive secundum quod
pendet ex corpore / Item si providit divi-
na bonitas irrationabilibus animalibus
bona sibi congruentia scilicet corporalia et
corrupta quanto fortius providit animabus
humanis bona tanto congruentia
quanto anime rationales animabus irra-
tionabilibus antecellunt et quanto bo-
nitatis eius largitas ceteris largita-
tibus antecellit / necesse igitur est secundum
ditissimam largitatem suam dare animabus
sibi servientibus felicitatem perhennem
cum temporalis felicitas non esset congruens
electis dei nec decens omnipotentie
sue illam dare / non esset autem perhennis
si morte tolleretur / Et ideo necesse est ut
eas creavit immortales non enim aliter
decuisset clementissima ditissima ac
omnipotentissima bonitate sua et lar-
gitatem / Et attendi diligenter compara- 122
ciones et proportiones quas inter reges
temporales et eorum inter largitorem
illorum et istius inter divitias illorum et
istius et inter potentias familias ac
dilationes utrorumque / et ex hiis erit
radix valida et fundamentum firmissimum
ac stabilissimum perlandi immortalitate
ac perhennitate animarum humanarum

Cum enim reges et potentes quanto
ditiores et potentiores sunt tanto
maiora suis servitoribus tribuunt.
necesse est ditissimum ac omnipotentissi
creatorem dare vite perhennitatem et fe
licitatem suis servitoribus. nam si daret
solummodo temporalem non esset vite felici
tas que sciretur ad tempus tamen quia tanto
dolore amitteretur quanto gaudio possi
deretur. et ideo tamen afficeret miserie quantum
conferret felicitatis cum dolor amissionis mi
seria sit. Preterea quia felicitas esset
brevis vite temporalis amissio non eius
esset perpetua. Item si divina bonitas
tamen auferret quantum conferret perinde
est ac nichil conferret et quasi simul
efficeret miserum et felicem cum ea velo
citate qua daretur et auferretur. Cum
igitur non sit felicitas animarum humanarum
in bonis non permanentibus vel ex illis est
necesse quod dei bonitas providerit animabus
felicitatem permanentem in qua sit eis
quies et pax ab omni genere inquietudinum
et molestiarum. et per consequens a morte
Et ita erit anima inmortalis Item
cum divina bonitas possit felicitatem
istam dare absque omni difficultate et
absque omni incommodo necesse est ut ipsam
illam dederit suis servitoribus illam pe
tentibus largiatur. cum etiam hoc faceret
homo bonus nec negaret amicis
ydoneis digne petentibus quod posset
absque omni incommodo eis dare. quanto
fortius igitur creator largissimus et
potentissimus hoc non potuit suis
servitoribus denegare. Preterea cum
ad eius gloriam istud cedat et ipsemet
suis suggerat servitoribus ut hoc pe
tant nisi eis concederet quod ipse sug
gerit ad petendum petentes seduceret et eos
illuderet. Item cum in novo quam
in veteri testamento creator servitoribus
suis ad remunerandum se obligat et

debitorem se constituit promissionibus
pactis et iuramentis absque determina
tione. Sed non remunerat in hac vi
ta ergo necesse est remunerare malo
ergo erit animabus humanis alia vita
post istam ergo non moritur anima cum
corpore sicut erronei dicunt. Item non
est possibile aliquid destrui nisi divisi
one forme a materia aut divisione partium
integralium aut destructione deficientis
aut sustentantis cause efficientis sicut
destruitur dies subtractione solis et cor
pus subtractione anime. hec autem in
anima humana contingere impossibile
est. et ideo est impossibile eam destrui
per mortem. Et ita patet quod anima huma
na est inmortalis. Qui autem negant in
mortalitatem animarum per consequens ne
gant futuram glorificationem earum. nec
minus dehonorant creatorem quam si nega
rent gloriam angelorum cum anime glorificande
equalis glorie sint future cum angelis
Ignorantia vero et incredulitas de inmor
talitate animarum radix est totius in
ordinationis vite humane. per qua
creator offenditur et blasphematur et
religio funditus tollitur et omnis
honestas virtus et vitas evacuatur
ac future glorie felicitas amittitur.
Et negare bona anima scilicet esse inmor
talem est magis detrahere glorie creato
ris quam negare de omnibus animabus
malorum ipsas esse. Cum bona sit
melior est et maius opus creato
ris quam omnes anime impiorum gratia
gratia creatoris qua gratam sibi
facit anima humana maius bo
num est et magnificentius creatoris
donum quam natura anime humane ad
magnificentius bonum est quamque opus
sine dono creatoris tanto magis de
trahitur glorie eius a quo etiam ne
gatur. Sicut siquis diceret deum non

creasset mundum istum uel non dedisset
ei esse plus detraheret largitati eius et
magnificentie quam ille qui dicit deum
non creasse solem uel lunam / quia talis
enim tanto magis detrahitur glorie
creatoris quanto maius est quod de-
disse negatur. Item per testes et testi-
2 monia fit immortalitas stabilior sic
patet in historiis gentilium et iudeorum
et christianorum ubi patet quod anime resti-
tute sunt corporibus suis que nisi
vixissent post mortem corporum non
dicerentur veraciter restitute / Ipse etiam
anime senciebant et fatebantur se re-
diisse ad corpora et recordabantur que
ante mortem corporum suorum gesserant
in illis ut patet de lazaro et multis
aliis / et etiam de capite nostro domino ihesu
christo / Et nota quod sicut creditur testi-
moniis illorum qui referunt ea que
viderunt in longinquis regionibus
sic et resuscitatis hominibus credendum
est de hiis que in altero seculo se vi-
disse testantur / et precipue de scriptis
cum non possit esse et se verum ignorare
Istum ergo errorem euacuant omnium
historiarum et rerum antiquarum fides
et credulitas / Si enim non est credendum
hominibus qui res huiusmodi scripserunt
et certissime cognouerunt nec erit cre-
dendum aliis qui non cognouerunt ista
in libris historiarum leguntur miranda
de altera vita et seculo altero de sup-
pliciis dampnatorum animarum de pur-
gationibus et liberationibus earum / de
gaudiis et gloria sanctorum animarum
ad angelorum consortium assumptarum quibus
tanto certius est credendum quanto
a vite huius tenebris ad lucem eterne
beatitudinis sunt assumpte nec pos-
sunt in aliquo mentiri / Et quia in
visu et sciencia intuitiue attestantur
contra patet per testimonia a sensu

separatarum animarum quibus datum est sen-
tire vitam suam post mortem corporum
suorum et intelligo sensum non visum
uel auditum uel alium corporalem. sed
sensum interiorem spiritualem scilicet quo sen-
ciunt se anime esse et viuere graui-
ter uel cruciari / Senciunt etiam anime humane
post mortem corporum suorum semetipsas
sentit tam clarum est. Ad idem sunt in-
duci testes omni acceptione maiores
tam vite sanctitate quam rerum separatarum cer-
titudine / hii autem sunt quos irradiat
splendor propheticus. quos excessus men-
tis qui dicitur extasis eleuat. quos
ad se prouocat rerum sublimium occultarum
siue spiritualium quibus quis dicitur
esse in spiritu. Splendor propheticus est 3
visio longe sublimior atque nobilior
cognitionibus atque scienciis philoso-
phicis / et est diuine irradiationis
luminis siue illuminatio et reuelatio
rerum absconditarum quas lumine intellectus 4
aut sensus cognoscere non possunt / Unde
reuelatio dicitur quasi uelatorum detectio
siue deuolutio / visio autem per antho-
nomasiam siue per excellentiam videndi 5
dicitur / propter quod qui nunc propheta dicitur
antiquitus videns dicebatur / quia quantum
ad res spirituales de solo splendore prophetico
videbantur soli prophete videntes erant /
Sicut igitur hominibus prestantio visus
de rebus solis que illis visibiles sunt
credendum est / sic solis prophetis de rebus
spiritualibus cum illi soli euidenter viden-
tes sint in rebus huiusmodi ceteri autem homi-
nes ceci. Res spirituales sunt vita altera 6
et seculum alterius scilicet infernus quod
est infernus res quod huiusmodi seculorum et
vita contentus rerum futurarum
que ad gubernationem hominum pertinent
prophete namque visu prophetico illustrati
preuident dicatum ceteris hominibus tamquam
cecis in via morum / propter quod rex absque

offendiculo ambulantium et quidem
induratam huiusmodi persistunt recedentes
non adiutam huiusmodi propriis tenebris se
committentes in offendicula ceciderunt
et mentem demum erraverunt / Quia igitur
ipse testificatur sive de vita animarum
post mortem corporum et de futuro iudicio
universali indubitanter tantorum testium
assertionibus est credendum. Exthasis
A est excessus mentis sive elevatio men-
tis supra se in altitudine unde se et spe-
cialiter aliorum sub se videat iuxta illud Ego
dixi in excessu mentis proiectus sum
a facie oculorum tuorum / Excessus mentis
proprie dicitur ultra mensuram humane possi-
bilitatis iuxta illud ii cor. v / Sive
mente excedimus deo sive sobrii sumus
nobis / Ac si dicat / Si limites aut
mensuram humane possibilitatis vel
videndo vel loquendo excedimus hoc deo hoc
facimus / Si non sobrii sumus id est si
sensum nostrum ac sermones ad men-
suram humane possibilitatis atque ca-
pacitatis restringimus hoc facimus
nobis condescendentes parvitati capacitatis
vestre sicut nutrices balbuciunt parvu-
lis quos nutriunt quia non capiunt sermo-
nes perfectos. Raptus est illuminatio
B et elevatio mentis nobilissima per quam
res nobiles atque sublimes rapiunt
res humanas a seipsis et ab aliis
tota cor sollicitudine in se tenentes
ita ut illa hora animas humanas
totaliter occupent et in se suspensas
detineant / et sicut adamas rapit et
attrahit ad se ferrum sic iste nobiles
et sublimes naturali quodam amore
in se rapiunt animas humanas /
cum eis apparuerint et appropinquaverint
ita ut eis prope adsistant inseparabiliter
Similiter amor creatoris totaliter in se
rapit et omnino ad se attrahit animam
humanam si diu existit in corpore possit
divina suavitate et pulchritudinem
intueri / Unde patet quod anime non sunt
alligate corporibus ut morte ipsorum
mors illas sequatur vel etiam lesione
quantum ad esse cum vita illarum melio-
retur ex huiusmodi colligatione sive separati-
one a corporibus et melius vivant instan-
ti raptus et ceterius sit ei quantum ad
vivendi modum cum ab huiusmodi statu re-
versa fuerit ad corpora / Et non existunt
preter motum localem mens humana
revertitur a raptu huiusmodi ad sensus
corporis et ad videnda sensibilia et hoc
subito / et ab huiusmodi statu per sublimem
raptum ascendit ad videnda ea que
sibi per raptum huiusmodi revelantur / C
Esse in spiritu quantum ad infusionem
splendoris sive revelationis unum est
cum raptu et esse in spiritu idem est quod esse
in luce sive in lumine spirituali tamquam
in quodam die / Esse vero in carne proprio
dicitur contrarium est esse in nocte spirituali
in qua sumus videri et apparere oculis
ea huiusmodi irradiationes ante iste
sunt secundum contemplativum creatoris quantum
quo et qualiter contingere voluit / Per
predictas irradiationes cognoscitur
immortalitas animarum humanarum.
quia per has sentiunt anime alium statum
et aliam habitationem aliamque vitam eis
esse quam habeant in corporibus et quasi
per gustationem permodicam innotescit illis
vita perfecte felicitatis / Sicut ex degus-
tatione parva vel odore tonnus cibi
vel aromatice speciei saporositas et
suavitas innotescit iuxta illud ps /
Gustate et videte quoniam suavis est dominus
Item si humane anime morirentur
et corpora sicut viventi vita earum quemad-
modum si lux solis extinguetur
necesse esset obtenebrari omnia illa que
luce illius lucent seu illuminantur

Sed corpora humana non sunt causas
mortis nisi illas que mediate sunt
nove mors autem animarum non est no
ta mediate unde patet quod mors ani
marum non est causa mortis corporum
humanarum. Esset autem causa eius si
humane anime morirentur. Quare cum
est quod anime humane non moriuntur
de hac materia dicitur infra ubi tractatur
10 singulis secundum ipsa corpora. De predictis
erroribus habetur 39 q 3 [illegible].
Sed contra illos incarnationem passionem
resurrectionem et ascensionem Christi breviter
astruit et explicat apostolus Rom viii.
Christus Jhesus. Ecce incarnatio. Qui
mortuus est. Ecce passio. Ecce resurrexit
ecce resurrectio. Qui est ad dexteram dei
ecce ascensio. Philip ii Hoc sentite in
vobis. Et ad Cor i Tradidi vobis
in primis quod et accepi a domino quoniam
Jhesus Christus mortuus est pro peccatis nostris
secundum scripturas et quia sepultus et
quia resurrexit. Item 23 dist. Capitulo
De quo dist 2. Omnia in fine. Tam in
symbolis quam in singulis evangeliis
hec plenius comprobantur. Item in psalmo
inclinavit celos scilicet in incarnatione
et descendit scilicet in passione morte
sepultura et descensu. Et caligo sub pe
dibus eius scilicet in resurrectione. Et as
cendit super cherubim scilicet in ascensione.
Et idem Osee v. Vadam scilicet ad passio
nem. Vallam scilicet predam humani generis
a dyabolo per descensum in infernum. Va
dens scilicet per resurrectionem et ascensionem
11 Revertar scilicet ad diem iudicii. Et nota
quod illi qui contradicunt incarnationi
passioni resurrectioni filii dei et ascen
sioni admittentes ut animas inde li
berent contra dei bonitatem blasphe
mant dum de fonte largitatis divine
tantum donum negant prebere potuisse

de immensa misericordie tantam elemo
sinam de fonte abyssalis bonitatis tan
tam undam effluere. De immensa forna
ce et camino caritatis divine tantam
flammam emicare. Est enim incarnatio 12
et passio Christi filii dei sicut flamma
de camino divine dilectionis emicans
et velut elemosina de immensitate di
vine misericordie miserie humani generis ir
rogata et velut donum de divitiis
divine largitatis humane paupertati
donatum et velut unda de fonte divi
ne bonitatis super sterilem generis humani
emanans. Non advertunt ceci et mi 13
seri quia omnis fons iuxta modum
sue capacitatis et copiositatis ema
nat et omnis largitas iuxta modum
sue possibilitatis et divitiarum dignis
et indigentibus elargitur. Et omnis mi
sericordia iuxta possibilitatem facul
tatum in pauperes et miseros se diffun
dit. Et omnis ignis luminositate sua
et flammas in receptibilia pro modo
suo virtute diffunditur. Et qualiter
ubique posset illud conspicere. Similiter
quelibet natura iuxta modum suum
et sue virtutis operatur et larga est vir
tutis et operationis in omne recepta
bile ipsius quantum potest quantumque permittitur
sicut patet in sole qui totam suam
luminositatem atque calorem quantumque
largitate circumquaque diffundit. Ad
hanc quoque dementiam devenerunt ut
in fonte largitatis negarent esse lar
gitatem et ponerent avaritiam et in fonte
fecunditatis ponerent sterilitatem. Hos
igitur mendaces facit universitas crea
turarum largitate quia largitas cre
aturarum non est nisi indicium et testimonium
largitatis ipsius fontis de quo omnes
creature habent quod large sunt et quod
largiuntur. Cum igitur magnitudo doni

honorem tantus et largitudo sive
magnitudo elemosine est honor e
rogantis et magnitudo flamme honor
est camini vel fornacis et magnitudo
aque redundantis honor est fontis ergo
14 ergo heretici negant de deo contumeliam
te eius blasphemant / Beneficium
enim incarnationis filii dei dona est di
vine largitatis quo maius in the
sauris dei inveniri non potuit et flam
ma divine caritatis qua calefaciendo
et humiliando genus humanum de camino
dilectionis ardentior emittere non potuit
et redundans de fonte aquarum viventium
lavando genus humanum et extinguendo
eius incendia efficatior emanare non
potuit de fonte universali honorem

Sed descendit in ...

15 Anima scilicet / descendit in infer
num anima deificata ut que
admodum hiis qui in terra sunt ortus est
sol iusticie ita et hiis qui sub terris
in tenebris et umbra mortis sedent
superluceat lumen / et sicut hiis qui
in terra sunt evangelizavit preceptum cap
tivis remissionem et cecis visum et hiis
qui crediderunt factus est causa salutis
eterne hiis autem qui non crediderunt re
dargucio incredulitatis / ita et hiis
qui in inferno ut ante eum flectatur
celestium terrestrium et infernorum / phil. 2 b /
ut eciam suos absolveret compeditos /
zach ix c Emisisti vinctos de lacu in
quo non erat aqua / Augustinus in libro xii
super genesim / Christi quidem animam venisse
usque ad illa loca in quibus peccatores cru
ciantur ut solveret a tormentis quos
solvendos esse iudicabat non inmerito cre
ditur Item descendit in anima /
16 contra saduceos et alios qui dicunt
animas non esse / contra quos mathei
x anima plus est quam esca item math
x / nolite timere eos qui occidunt
corpus animam autem occidere non possunt
Item eccl xii convertetur spiritus
animalis vris(?) Item mt xvi / 2a et
joh x / potestatem habeo ponendi animam
meam Item Jacob v / Qui autem se. pec
ab. et salvet animam eius a morte /
Item capitulo vi / vidi subtus altare animas
interfectorum propter verbum dei / Error iste
odibilis est deo et hominibus / deo quia
ymaginem et similitudinem suam aufert
et plurimum dehonestat cum ponit demo
nem in homine pro anima Item est odi
bilis demoni cum dicunt hec enim de
mone meque christus se inhonoratum
dicit joh 8 / de anima dein est supra
ibi / Ex anima racionali / 17

Et resurrexit in carne.

Quod christus resurrexit in carne
patet mt ult / mr 8 et 16 /
luc 24 joh 20 / et 21 / rom 6 et 8 et 1 c
cor 15 a phil 3 col 1 / a et 3 d / et
xiii c thess 1 et v. d / pe petri 1 / a / iste 18
resurreccio christi potest per exempla os
tendi / nam si die tercia leo catulos
suos mortuos anhelitu suo vivifi
cat quanto magis si deus pater filium
suum die tercia a mortuis resuscitavit
nec stupendum si dei filius ad vitam
redisset. si helyas iii regum xvii c
et helyseus ad vitam redire fecit
multi mortui ante eius resurreccionem
iiii regum iiii c / facile defunctos susci
taverit. facilius deus pater filium
potuit suscitare / Et ipse qui plures
mortuos ante suam passionem suscitavit
facile a mortuis resurrexit et amor
te inviolatum tenere potuit ante eius
transitum mors ipsa fugit et ad eius
vocem plures mortui surrexerunt Credo
est contra illos qui non credunt re
surreccionem carnis sicut de hoc dicitur infra

ibi / Cum omnes eum sunt / Item Christus
19 surrexit in carne ac probauit sepissime
hominibus in multis argumentis Act 1 / Ar-
gumenta resurrectionis sunt frequentia
apparicionum / de quibus dictum est supra et tes-
timonium angelorum / primo quando angelus
reuoluit lapidem et dixit mulieribus surrex-
it non est hic / Mt et Mr ult / Secundo
quando mulieres viderunt duos angelos qui
dixerunt illis Mt ult / Tercio in ascensione
quando angeli dixerunt / Hic ihesus qui as-
sumptus est a nobis in celum sic ve-
niet Act 1 Item ostensio vulnerum / de
quibus Joh 20 Item esus ciborum Joh
ult Item exposicio scripturarum / Luc
ult Item operacio miraculorum / primo
quia eo resurgente multa corpora sanctorum
surrexerunt / Mt 28 / Secundo quia terre
motus factus est magnus / Mt 28 sicut
secundum morte ita visibiliter sunt mota Mt
28 / Tercio quia clauso hostio intrauit
ad discipulos Joh 20 / Sicut clauso vir-
ginis aluo venit in mundum / Quarto
quia miraculose ceperunt pisces Joh
21 quia miraculose fuit cum hominibus
piscatum / Luc v / Quinto quia mirabiliter
ascendit in celum sicut mirabiliter descen-
derat in vterum virginis et mirabilius
est in die iudicii descensurus / Christus
fecit miracula nascendo predicando mo-
riendo resurgendo et ascendendo in ce-
lum patet per omnes clausulas credenda
sunt ei omnis potestas in celo et in terra Mt
ult / Et omnia quecumque voluit fecit in
celo et in terra in mari et in omnibus abyssis
20 Item resurrexit in carne / Sicut quadra-
ginta dies sunt postquam in carne resurrexit
a mortuis usque dum ascendit in celum
ita quadraginta hore sunt ex quo mor-
tuus est in carne usque dum resuscitatus
est de sepulchro / nam sexta feria hora
nona expirauit / et dominica die hora
prima resurrexit / die sabbati et due noc-
tes vna precedens et alia subsequens
habuit xxxvi horas et restabant
quatuor hore de sexta feria / et ita omnes
simul sunt quadraginta hore.

Et ascendit / Ascendit de 21
mundo quasi de campo certaminis
post completum cursum post victo-
riam passionis victis hostibus in celum
vt in ciuitate coronandus / Et sic per
ascensionem Christi sumus in possessionem
celestis hereditatis introducti dum na-
tura nostra i. corpus Christi et anima ibi
ascendit et illa quasi arram et securi- 22
tate regni celi cum caput nostrum scilicet
Christus in celum intrauit quia caput
membra sequuntur / Aliter enim membra a
capite remanerent vel caput a membris
quod dictu est nephandum / et membra
per foramen potest intrare per quod caput /
Et ita ascendit palma victorie et ap-
prehendit summus eius scilicet reconciliacionem
generis humani / Sap x / Sicut igitur Christus
verum corpus cum suis membris scilicet
ecclesiam gloriosam deo patri cum ascendit
in celum ductus / Hoc nunc os ex ossibus
meis et caro de carne mea / Credendus
est enim ipsa in ipsa conuenisse persona
Erunt inquit duo in carne vna Eph
v / Sacramentum hoc magnum est ego autem
dico in Christo et ecclesia / Cum ecclesia sit spon-
sa Christi satis est verisimile quod ad spon-
si thalamum admittatur Item non est curi-
ale regem sine veste sua ad nupcias
intrare i. sine ecclesia Item capud eunde
inditem similia merita similem re-
muneracionem merentur / non dico equale
quia non equalia sunt merita capitis
et membrorum / Item vbi rex hospitatur
ciuitatem ianua est apta donec eius
intrauit familia Michee ij / Ascendit
pandens iter ante eos / Item Ascen- 23
dit visibiliter ascendit Christus in celum / vt
per nocionem et post se traheret desiderium nostrum
quod sequamur caput dominum nostrum et asce-

damus post xpm spiritualiter et mentali-
ter intellectualiter impuri et corporaliter in
futuro / Preterea humiliatus est deus
in homine ut homo exaltaretur in deo /
nam sicut dicit augustinus deus descendendo
extendit hominem extenuendo facit capa-
cem / hec est enim vita nostra ab amore
seculi amputata / Item ascendit
24 per miracula / Contra theosianos
et Gaianitas qui ex duabus naturis
unam mixto compositam dicunt / Item
christi utraque / Contra Eutichianos et dicte
25 phalistas et contra dyoscorum qui
unam tantum in christo naturam dicunt sed
de hijs dictum est supra ibi In duabus
naturis / Item contra cherinthas et
26 paulinianos et quoscunque alios qui
xpm deum esse negant contra tunc non
diceretur ascendisse sed translatus fuisse
sicut dicitur de enoch Eccli xliiij / vel
sublatus sicut helyas 4 Regum 2 /
Et contra illos qui dixerunt xpm primam
creaturam et apud inferos remansisse / Et contra manicheos qui dicunt
xpm non fuisse verum hominem sed fanta-
27 sticum / Contra quos ait in fine /
Et dominus quidem ihesus postquam locutus
est eis assumptus est in celum /
Luc ult / Joh ult / Ephes 4 Qui descen-
dit ipse est qui ascendit / Rom 8
8 / dicit de xpo Qui est in dextera dei /
Eccli xx / et ca / De hac ascensione ad-
mirate sunt celestes virtutes ps 23
Quis est iste qui venit de edom ps
Attollite portas principes vestras / Et
occurrunt xpo regi eius sicut occurritur
regi temporali post triumphum cum laudi-
bus / Unde ps / Ascendens in altum /
captivam duxit captivitatem / Item ascendit deus
in iubilatione et dominus in voce tube /
Item Exaltare super celos deus / Et
queritur ubi et quo sit in celo / Unde
28 cum augustino curiosissimum et

supervacuum est hoc querere non est enim
fragilitatis nostre celorum secreta discutere
sed credere sublimia de dominici corporis
dignitate / Item dicit 1 etiam / Ecce
video celos apertos et filium hominis
stantem a dextris virtutis dei Act 7 /
de quo dicitur in fine / Cum autem 29
dicitur sedere ad dexteram dei patris non lo-
calem circumscriptionem intelligamus ut
deum patrem arbitremur dexterum aut
sinistrum latus habere aut sedere quasi
flexis poplitibus ne in illud sacrilegium
incidamus de quo Rom 1 arguit eos
qui commutaverunt gloriam dei in similitudinem
corruptibilis hominis / Sed per patris dex-
teram intelligimus gloriam et honorem
deitatis in qua dei filius ante secula
deo patri consubstantialis in novissimo incar-
natus sedet in summa beatitudine cor-
poraliter cum glorificata et carne et adoratur 30
ab omni creatura / Caro enim licet sit
inadorabilis creatura tamen cum deo
unita propter ipsum et in ipso adoratur / sicut
rex indutus adoratur et indutus et
purpura per se conculcatur et preteritur
sed facta in regale indumentum honoratur
et glorificatur et si quis eam perforaverit
morte condempnatur / Item sicut lignum
per se est tangibile sed coniunctum
igni et carbo factum non propter se sed propter
ignem fit intangibile / Ita caro secundum
suam propriam naturam non est adorabilis
sed incarnato deo unita adoratur non
propter se sed propter unitum dei verbum /
Sedere etiam non membrorum positionem
signat sed iudiciariam potestatem qua red-
det singulis secundum opera sua ut dicetur
infra / Et nota quod licet unigenitus 31
dei nusquam desit tamen descendere dicitur
et ascendere in assumptione / Nam sicut ille
qui descendit intendit a sursum in
deorsum / Sic cum deus factus est homo
semetipsum exinanivit et sic ascendit

diuinitatis apparuit in infimo humanitatis / phil ij / Sicut si rex contrahet matrimonium cum ancilla sua diceretur multum descendisse i. se humiliasse

32 **Venientis** / corporaliter in natura humana in qua descendit / act j / Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum / Et non magna fiducia est fidelibus quod frater eorum iudicabit iohannis v pater non iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio / Venientis igitur /

33 **In fine seculi** / seculum quandoque dicitur mundus ipse / quandoque status mutabilitatis in quo sunt omnes temporalia per durationem sive illa sit perpetuitas sive eternitas / Distinctius autem seculum dicitur spacium quod est inter duas magnas mutaciones vel regnorum vel sectarum vel legum renovaciones sive universaliter sive particulariter fiunt dummodo sint magne / sicut sunt in diluvio noe vel si fame vel peste vel tempestatibus aut terremotibus fiunt magne destructiones hominum vel animalium initia dicuntur seu termini seculorum et ipsum tempus seculum a sequendo i. succedendo propter fluxum continue successionis vel a secando vel a sectando / propter sectiones continuas quibus secatur ab esse participatione continua / Quidam dividunt secula per spacia centum annorum secundum statum vite hominis nisi corrupcio complexionis aut alia inmoderantia abreviet / Et quamquam extenditur in plures quam in centum annos et sepe contingit in pauciores / Alij dividunt per spacia mille annorum ubi illi qui dividunt tempus durationis mundi inferioris in septem chiliarchas i. septem millenarios secundum quasdam magnas mutationes que facte sunt vel future sunt / Alij per spacia sexcentorum annorum secundum magnas mutationes regnorum vel legum aut sectarum secundum quod in cronicis et hystorijs invenitur Secundum has intenciones secula seculorum sunt / Ante seculum est eternitas que non recipit divisionem in se nec aggregacionem alicuius / Et ideo propterea dicitur seculum quia non est in ea seculum et seculum / Et autem dicitur Exo xv / dominus regnabit in seculum et ultra / Et ps / dominus regnabit in seculum seculi / Et dan xij / fulgebunt iusti in perpetuas eternitates / Et certe huiusmodi locutiones dicuntur per figuram yperbole / que est species locutionis excessiva sicut dicitur civitate usque ad celum munita / deut j et ix a / Et per has locutiones designatur indiffinitas eternitatis / Et quamquam seculum ponitur pro preterito et futuro pro tempore vel tantum durativo Item in fine seculi contra illos qui temporali remuneracioni semper intendunt nichil post finem seculi expectantes / contra quos ps 34 / Sicut tinea semper tinea super capita eorum / Et quod oculus non vidit nec auris audivit etc 34

Item contra illos qui dicunt quod boni statim percipiunt remunerari / contra quos Sophon 3 / Expecta me dicit dominus in die resurrectionis etc / Item Venientis 35 in fine seculi / Significatur tunc differetur resurrectio mortuorum et maxime illorum qui purgatione alicuius vite non indigent / Et quare sicut totum genus humanum particulariter moritur particulariter non resuscitatur / et quare universalis resurrectio tam diu expectatur / causa est ut sponsa tota simul reformetur decoretur exornetur glorificetur et recipiat pulcritudinem que congruat glorie capitis sponse et ut simul tota introducatur in thalamum sponsi et in solium glorie sue quam si introduceretur singulariter per partes / sicut proximi sepe se expectant

tium voluit gloriam ingredi ciuitate
nam propter dilectionis unionem que erit
nec tot erunt unicuique ubique gaudia
quot erunt simul resurrectiones in gloria
/ Et ideo sic merito expectant pro corpore ma-
ior est semper pulchritudo toto in tota
litate sua constituto quam partibus in
particularitate sua consistentibus / Et quia
aggregata est ex universis partibus
suis iusticia dei formis seu ex omnibus
electionibus et vocationibus in unum dicto
faciendis in tanto magnificentius
splendeat ad gloriam creatoris in totali-
tate pulchritudinis sue quanto maior est
universitas omnium retribuendorum electorum
quam esset particularis unaqueque / Sicut
magnates ad magna ciuitatem multos
congregant remunerandos pro seruicijs
aut pro maleficijs puniendos / ut ex eo
congregatis partibus luminibus resplendeat
maior fulgur / Si queratur utrum electi
36 delectentur de dilatione huiusmodi / Eiusdem in
hoc et similibus equalis / Cum tanta est
eis recta voluntas quod in nullo discor-
dant a rectitudine voluntatis ipsius cre-
atoris / Et hec est pars potissima glorie
eorum / Licet igitur desiderent dei gloriam
non tamen desiderant eam habere nisi
quando beneplacitum fuerit creatori

Iudicaturus / Ex quo certa
37 lege scripturis nomen erroris re-
tamen dicunt heretici quod usque ad
diem iudicii nullus vadit in paradysum
nec descendit in infernum / Huius erroris
sunt omnes Armeni Macedonie Iacobite
et alie naciones transmarine / Ad quod
inducunt Ysaias iij / dominus ad iudicium ve-
niet cum senioribus populi sui / Item Danielis xi
Veniet tempus quale non fuit ex quo gentes
esse ceperunt usque ad tempus illud et in
illo tempore saluabitur populus / Item Ioel
3 / In diebus illis cum conuertero capti-
uitatem iude et ierusalem congregabo omnes

gentes in valle Iosaphat et disceptabo
ibi cum eis / Et infra consurget
omnes quia ibi sedebo ut iudicem omnes
/ Item Matthei 3 / Congregabit triticum suum
in horrea / paleas et zizanias com-
buret igne inextinguibili / Ergo ut di-
cunt heretici nec triticum id est boni adhuc
sunt in paradyso nec palee id est mali in
igne inferni / Item Matthei xiij / Mittet
angelos suos et colligent de regno
suo omnia scandala et eos qui faciunt
iniquitatem et mittent eos in caminum
ignis / Ergo ut dicunt / nondum sunt missi
ergo nondum puniuntur / Item Matthei xx / Cum
sero factum esset dixit dominus vinee procura-
tori suo / Voca operarios et redde illis mer-
cedem / Sed per sero intelligitur finis mun-
di ergo ut dicunt tunc in fine mundi
datur merces ergo non ante / et per quod
nec malis pena / Item Iude ij / Ve-
niet dominus facere iudicium contra omnes
Ex quibus omnibus concludunt heretici
quod usque ad diem iudicii nec boni re-
munerabuntur nec mali puniuntur / 38
Respondeo / Cum duplex est iudicium / scilicet
universale quod in die nouissimo fa-
ciendum est de toto homine id est secundum ani-
mam et corpus / Aliud / particulare / scilicet
homine interiore tantum id est de anima / De
iudicio universali intelliguntur pre-
dicte auctoritates nec negamus quin habeant
modo suam remuneracionem / de quo
Apocalypsis vi / Et infra plenius ibi / Et isti
cum Christo / Item Iudicaturus contra illos 39
qui dicunt iam factum esse universale
iudicium / Contra quos Romanos 2 / ubi di-
citur reddet dominus unicuique secundum opera sua
/ Item ij Thessalonicenses j / Item Matthei xvj in fine
et 19 / Item Thessalonicenses 4 et 4 / Item Matthei 24
et 24 / In quibus omnibus nondum quod
verba futuri temporis que ponuntur
innuunt quod universale iudicium sit fu-
turum / Item illud nondum quod heretica

90 Cum heretici non habent audienciam ad
probandum quod universale iudicium sit
futurum. Secundo autem deus iudicium suum
in fine distulit ut eius iusticia nos
prius iudicet ad correctionem ne ipse
in posterum nos iudicet ad dampnacionem
i Cor xi.
91 Si queratur quando illud iudicium fiet. Respondet deus ipse Act i
non est vestrum nosse tempora vel momenta
et Matth 24 et Marc xiii. De illo autem die
nemo scit. Si queratur ubi fiet iudicium
dicitur quod in valle Josaphat Joel
iii in spacio scilicet aeris iuxta montem
oliveti ex quo ascendit deus iuxta
illud Act i: Sic veniet quemadmodum.
Josaphat interpretatur iudicium domini. Et
ideo in valle Josaphat in iudicio domini
congregabuntur omnes impii. Justi
autem non descendent in vallem iudi
cii vel dampnacionis sed elevabuntur
in nubibus obviam Christo in aera. Confess
quod ipse venturus in fine seculi iudi
caturus vivos et mortuos. 2 q 2 dist
92 de cons dist 2 omnia. Et est hoc contra
hereticos qui non credunt iudicium
futurum. Contra quos Matth 22: Amodo
videbitis filium hominis sedentem a dextris
virtutis dei et venientem in nubibus
celi. Rom 14: Omnes stabimus ante
tribunal Christi. Et ii Cor 5: Omnes nos
manifestari oportet ante tribunal Christi
ut recipiat unusquisque prout gessit
in corpore sive bonum sive malum. Ps: Qui
reddit unicuique secundum opera sua. Rom
ii: Secundum autem duriciam tuam et cor im
penitens thesaurizas tibi iram in
die ire et revelacionis iusti iudicii
93 dei. Item iudicaturus. Filio attribuitur
iudicium eciam in humana natura
iudicabit non solum auctoritate sed eciam
promulgacione sententie dicens Ve
nite benedicti patris mei Matth 25. Dignum
enim est ut in fine seculi iudicet omnes
homines qui pro salvandis hominibus in
seculo voluit iudicari. Matth 26, Marc 14,
Luc 23, Joh 19. Item pater non iudicat
quemquam sed omne iudicium dedit filio
Joh v. Si opponatur quod dicit filius hominis
Joh 8: Ego non iudico quemquam, intellige
solus. Eciam tota trinitas iudicat auc
toritate sed solus filius sententie pro
mulgacione in forma humana iu
dicet homines a quibus iniuste extitit iu
dicatus. Ps. ret. ii. Et videbunt in quem
compunxerunt scilicet reprobi et timebunt. Sap
v. Impii autem non videbunt divinitatis
gloriam ne gaudeant quia divinitatis
gloria sine gaudio videri non potest. Ys 26:
Tollatur impius ne videat gloriam
dei. Sed beati mundo corde quoniam ipsi deum
videbunt. Matth 5. Illud autem notandum 94
quod mali videbunt aspectum tremendi
iudicis quod eis erit magna pars pene quia
tanto tremore contremiscent tanta
erubescentia confundentur ut requiret
tunc magnitudo scelerum et feditas
viciorum et maiestas terrifica iudicantis.
Et hoc est quod requirit illud iudicium
scilicet ut iudex sua virtute pro malis et
dampnatis exhibeat visibilem et au
dibilem velut hoc operatur in visu
et auditu corporum unde ipsum tunc et videre
valeant et audire. Credendum est 95
eciam secundum Gregorium quod ante retribu
cionem extremi iudicii iusti quosdam
iniustorum in requie conspiciunt ut eos
videntes in gaudio non solum de suo
supplicio sed eciam de illorum bono cruci
entur. Justi non semper intuentur malos
ut hic eorum gaudium crescat quia malum
eorum conspiciunt quod misericorditer e
vaserunt. Et ergo peccatores plenius
puniantur et amplius eorum videntes
gloriam quos contempserunt et illorum

penis torquent^r quos hic mala
cruciauit / Exemplu patet de diuite
et lazaro / luc 16 Item iudicatiuus
96 criminalit^r ad iudiciu ueniet xpus
dr mt 24 / Sicut exit fulgur ab
oriente et apparet usqz ad occidentem
ita erit aduentus filii hominis scz sub
ito atqz terribilis / Et sicut cu fulgur
coruscat no est inquirendu si sit fra
thoniscatio q ita tunc reuelatio presencie
xpi effulserit no erit inquirendu an
ueniet xpus Item ibi 24 / Cu uenit
filius hominis scz in forma humana
glorificata tunc apparebit signum filii
hominis / mt 24 d / crucis angeli de
ferent tunc signum crucis / Sicut em in
grediente rege in ciuitate exercitus
ante eum pfert signa regalia et a
nunciat regis aduentu ita ueniente
ad iudiciu dno nro ihu xpo precedet ex
ercitus angelorum cu signo imperiali
sancte crucis aduentu regis celestis
omnibus nunciando Item ps Ignis
ante ipm precedet / Item Ignis in co
spectu eius exardescet / Et iob 26 / Co
lumpne celi pauent ad eius aduentu
Item zach xiii / Que sunt plage iste
in medio manuu tuarum / Et rndet
his plagatus sum in domo eorum qui
97 diligunt me / Veniente ad iudiciu
dno sol et luna dicunt^r obscurari /
no sui luminis priuatione sed prueni
ente maioris luminis claritate / Tanta
em erit eminencia splendoris xpi
ut etia clarissima luminaria celi
p fulgore diuini luminis abscondant^r
Virtutes quoqz celorum i angeli mo
uebunt^r / no motu dampnacionis
sed aliqua pturbatione pauoris et
quadam admiratione que uiderunt /
Sicut principe iudicante no solum
rei sed et officiarii qui melius consi

sunt timore comprehendunt^r post iudiciu
ac iudicatiuus terrorem / nouendum est 98
in hoc iudicio iudicabit tota trinitas
auctoritate solus filius manifeste /
mt 24 / Sancti no qui p xpo reliquerint
omnia assedentes erunt / mt 19 Sede
bitis et uos sup sedes duodecim / Sed
iusti approbatione cum fulgebunt iusti
sicut splendor / Et infra Iudicabunt
nationes // Sap 3 mali etiam iudicabunt
alios comparatione / mt xii f de niniui
tis et regina austri et cetera

Viuos et mortuos 99

Contra / dicit^r mt xxii / no est
deus mortuorum sed uiuorum
Vnde / Cu xpus disputabat tunc
contra saduceos qui negabant resur
rectionem Act 22 / conuicit quos inducit id
Exo / Ego sum deus abraham deus
ysaac deus iacob / Et addit / no est
deus mortuorum sed uiuentium / quasi
dicat / no est deus eorum qui no sunt
sed eorum qui sunt / Ergo cu sit deus
abraham ysaac et iacob illi erunt sed
scdm corpus ergo scdm spm / uel
exponi / uiuos i qui repient^r uiui
in die iudicii / et mortuos i qui tunc
erunt mortui / uel uiuos scz spuali
uita i saluandos / et mortuos i perpetua
bili morte i dampnandos / Rom viii
Corpus quidem propter peccatum mortuum est / Item
Ephes ii / Et nos cu essetis mortui / 100
Mors est priuatio uite nomine huius
no tunc essentia sicut tenebre ab
sencia lucis / Et mors corporum est
utilis quia separat homines a diuiciis
et delitiis corporalibus et honoribus
et potenciis et uanis laudibus quibus
anime humane obtenebrant^r mens
aut^r et detrudant^r atqz ipi creatori
odibiles efficiunt^r / Mors no timore

sim velut medicamento et amore
huiusmodi quasi limus pestifer morti
ferorum quod incendium extinguit in ipsis

41 Et inditurus contra
illos qui non credunt resur
rectionem et contra illos qui di
cunt animam cum corpore mori / Ad quod
inducunt .i. thimotheum vi / deus solus habet
immortalitatem / Ex quo inferunt / ergo
anima non est immortalis / immortali
tas dicitur modo immutabilitas quam
non habet creatura per naturam cum sit
ex nichilo facta et possit mutari /
Anima non est immortalitate sed secundum
notatur privatio sunt temporalis / Item
videtur huiusmodi erroneis / anima sicut
spiritus rationalis forma est et perfectio
in corpore humano / et ideo videtur eis
quod sicut spiritus irrationalis perit in
brutis cum corpore sic et spiritus rationalis
cum dependeat a corpore in homine / Secundo
quod spiritus rationalis non dependet a corpore
in homine sicut spiritus irrationalis in bru
tis Item errorem suum confirmant per
auctoritatem Salomonis Ecclesiastes 3 / Unus est in
teritus hominis et iumentorum et equa utri
usque conditio / Sicut moritur homo sic
et illa moriuntur similiter spirant omnia
et nichil habet homo iumento amplius
cuncta subiacent vanitati et omnia
pergunt ad unum locum de terra facta sunt
et in terram pariter revertuntur / Respondet beatus
Gregorius in quarto dyalogorum dicens
quod liber ecclesiastes contionator dicitur
quia Salomon in eo quasi tumultuantis
turbe suscipit sensum ut ea per inqui
sitionem dicat que fortasse per tempta
tionem imperita mens apud se sentiat
nam quot sententias quasi per inqui
sitionem movet quasi tot in se personas
suscipit / et ideo ut contionator quasi
ex temptatione mentis humane dicit

Unus est interitus hominis et iumentorum
Ecclesiastes vi et ix Ex diffinitione rationis
per sinam profert quod habet sapiens plus
iumento et homine stulto sed ut pergat
illuc ubi est vita / quasi dicat quod hic
vita hominis non est qua esse alibi testatur / huius errorem sibi confinxerunt
qui ad instar suum sibi vivere voluerunt
quorum errorem describit liber sapientie capitulo ii
Quod autem anima humana non mori 42
atur cum corpore potest probari testimoniis
sacre scripture Matthei x / nolite timere eos
qui occidunt corpus animam autem occi
dere non possunt / Et Matthei 22 / Ego sum
deus abraham / non est deus mortuorum
sed vivorum / Ergo illi vivebant / et non
secundum corpus ergo secundum animam Item
falsitas huius erroris patet per experientiam
quia multi revixerunt post mortem
sicut lazarus et alii / Unde hebreorum xi
Acceperunt de resurrectione mulieres mortuos
suos / hoc etiam ostendunt virtutes que
mortuis operantur / Unde gregorius in
quarto dyalogorum / pensa qualiter anime
vivunt illic ubi vivunt quorum hic et
mortua corpora in tot miraculis vivunt
Sicut vitam anime manentis in cor
pore deprehendis ex motu membrorum tunc
non prehendis vitam anime post corpus
et post ossa mortua in virtute miraculorum
Item ostenditur per ordinem quem habet
homo inter creaturas / Est enim homo
creatura media inter iumenta et angelos
communem habens immortalitatem cum angelo
mortalitatem cum iumento sicut dicit
gregorius in quarto dyalogorum Et nota quod
sicut non est necesse rectorem navis mori
cum navis dissipatur nec militem
occidi cum equus cui insidet occiditur
nec artificem deficere licet instrumenta
quibus utitur deficiant / Sic non est necesse
quod spiritus rationalis pereat licet corpus quod

est eius instrumentum seu organum
13 peccat / Et nota radices perditionum de
inmortalitate anime humane et de
mercede et resurrectione / primo dei iusti
cia cum posita necesse est futurum esse iu
dicium / quia in hac vita nec boni
nec mali recipiunt quod merentur quia
et bonis hic male est et malis bene
Ubi ergo est divina iusticia cum utrique
contraria meritis recipiunt in hac
vita si non esset iudicium post istam /
Secundo dei potentia / Cum aut cu
rat deus cultores et amatores su
os aut non / si curat ubi est eius po
tentia cum in hac vita non sit eius
propter hoc nisi detinus nec malus sit
eis melius si non sit alia futura post
istam / Tercio dei sapientiam et bonitate
Si enim deus non curat amicos suos
ubi sapientia eius aut bonitas aut
enim ignorat aut non amare videbitur
amatores suos et venerator(es) quorum
alterum destruit sapientiam eius alterum boni tatem

14 Singulis contra illos
qui dicunt quod una anima
multis corporibus infunditur
successive et vivificat multa corpo
ra de quo errore dictum est supra ubi scilicet
de corpore et spiritu

15 Secundum opera sua
Rom. ij et xij / Col. iij / Unus
quisque propriam mercedem acci
piet secundum suum laborem / Et quod hec pro
ficio secundum notat quantitatem / patet
ij Cor. 8 / Cum parce seminat parce et
metet / Et j Cor. xv / Stella a stella
differt in claritate sic et resurrectio
mortuorum / Item Secundum opera sua est
contra illos qui dicunt quod omnia de
necessitate eveniunt / de qua materia
habetur 23 q 3 Est enim alia et comp

sequentibus / Sed ad destructionem huius
erroris nunc istud sufficiat quia si omnia
eveniunt de necessitate tunc non esset
virtus nec vicium nec esse aliqua
operacio remunerabilis ad bonum nec
ad malum et per nichilo esset ars et ar
tificialis scientia · consilium medicine
et medicamenta invenciones arma
ture et sollicitudines metus et labores
ad quod non exemplum Scolaris quidam cum
circa hanc materiam studuisset re
quirit cum instancia patrem ut nec eum
ad magistros theologie et volebat
probare quod omnia evenirent de necessitate
ille non cum non posset aliter eius ingra
titudinem refrenare tundit eum / Si verum
est quod dicis quare me inquietas
pulsibus / quia si necesse est ut te tu va
pules velis nolis te tu ibo / si necesse
est quod remaneam per nichilo me rogas
cum sit impossibile quod te tu eam si ex
necessitate cuncta eveniant ut tu di
cis / Qui ad hanc confusionem agnovit
errorem suum et confessus intrat religionem

16 Operatur contra illos
qui credunt quod quidam homines
sic creati sunt quod ex necessitate
salvabuntur / et sic aliqui quod ex necessitate
dampnabuntur / Unde non credunt quia
ex dei intencione vita eterna quibus
sit omnibus neque omnes salvare propo
suit intelligunt ante predestinacionem
esse dei ordinacionem quorundam ad
supplicium quorundam ad premium quod
patet non esse Eze 18 Si impius egerit
penitenciam etc. Item Jeremie 18 / Si penitenciam
egerit gens ista Item Rom. ij et xj
Item ij / Memor esto unde excideris
et age penitenciam et prima opera fac sin
autem / etc. / Ex quibus patet quod in operibus
liberi arbitrii consistit salus et dampnatio
natio animarum / Frustra enim esset

liberum arbitrium si de necessitate homo
salvaretur vel dampnaretur nec quibus
esset omnibus vita eterna secundum quod di
cit apostolus Rom x / et i Thym ii /
omnes vult salvos fieri / Item Act
x In veritate comperi quia non est per
sonarum acceptor deus sed in omni gen
te qui timet deum et operatur iusticiam
acceptus est illi / ii Petri iii / deus non
vult aliquos perire sed ad penitenciam
57 reverti / Unde nota quod predestinatio
est preparatio gratie in tempore et collatio
vite eterne in futuro / vel predestinatio
est exhibitio gratie in tempore et in fu
turo vite eterne / prima descriptio est
cause secunda effectus / Est autem duplex
58 effectus predestinationis / primus est
exhibitio gratie in tempore / finalis
et supremus est exhibitio vite eterne
Item secundum Augustinum in summa / predesti
natio est preparatio gratie vel divina e
lectio qua elegit quos voluit ante
mundi constitutionem / Item predestina
tio est preparatio gratie in presenti et glorie
in futuro / Item in nomine predes
59 tinationis sunt duo scilicet antecessio
et predestinatio / et in destinatione tamen
oportet enim quod sit aliquem et de aliquo
et ad aliquid / Et ideo in predestinatione
sunt tria unum ut principium separa
tio a quo est quod dicitur gloria in futuro
dicitur ut terminus ad quem est quod dicitur
gratie in presenti autem dicitur ut medium
per quod est predestinatio / Cum autem dicitur
predestinatio / hec prepositio pre notat
antecessionem eternitatis ad tempus
60 Item predestinatio est ab eterno
vocatio iustificatio et magnificatio
ex tempore / Et nota qualiter differunt
vocatio iustificatio magnificatio
quia magnificatio respectu glorie
vocatio et iustificatio respectu gratie
Sed gratia duos habet effectus / Unum

revocare a malo quod dicitur vocatio /
alium ordinare ad bonum quod dicitur
iustificatio / Diffinitur autem predesti
natio sic / predestinatio est presciencia
beneficiorum dei / Item predestinatio est
preordinatio alicuius ad gloriam / Item
predestinatio est propositum miserendi
Et nota quatuor actus differentes
secundum rationem intelligentie quam intelli
guntur in fonte predestinationis licet
non differunt secundum actum / primus est
congnoscere sine inditione / secundus eli
gere sine dispositione / hoc est cogitare ad
faciendum / tercius est velle sine positio
ne facti / quartus est voluntatem
firmam in fine dirigere / Secundum primum
actum data est hec diffinitio / predesti
natio est presciencia / secundum actum / quam
ista predestinatio est preordinatio / predes
tinatio enim secundum rationem intelligentie
precedit voluntatem ut signatur scientia
et attenditur in dispositione quia scientia
Secundum actum tertium datur illa / predesti
natio est propositum miserendi / propositum
enim in nobis voluntas firmata de
liberatione / Sed quia in deo non est de
liberatio quia nec ignorancia ideo pro
positum in deo est firma eius volun
tas / Secundum actum quartum datur ista
diffinitio / predestinatio est preparatio gratie
Et nota quod predestinatio ponit presciam
quod iste bene sit usurus dono dei per
liberum arbitrium aliter enim voluntas
vel presciencia non esset iusta si cogeret
nos salvari / Dota enim causa effici
ens nostre salutis principaliter est
apud deum sed susceptiva causa est
apud nos / Et sic prima causa equa
liter se habet apud omnes / non tamen
omnes equaliter se habent ad illam /
nam ut dicit Augustinus / Sicut lux presens
est ceco tamen cecus est absens
luci / sic gratia dei presens est omnibus
non tamen mali presentes sunt ei / Et

deus facit solem suum oriri super bo-
nos et malos / Ad v[erum] q[uod] non tamen equa-
liter omnes vident solem neque omnes
equaliter illuminantur a sole / Reprobatio
eternis est prescientia iniquitatis
et criminis et preparatio dampnationis
eorundem / Sicut enim predestinationis
effectus est illa gratia qua impii
iustificantur atque ad bene vivendum
et in bono perseverandum adiuvantur
et qua in futuro beatificantur ista re-
probatio dei est quod ab eterno non eligendo
quosdam reprobavit / que scilicet duo consi-
derantur quorum alterum prescit et non preparat
iniquitate alterum prescit et preparat scilicet
penam eternam / Item secundum opera sua
61 contra illos qui dicunt si deus vellet
ipsi essent boni unde non eis imputandum
quod mali / Quibus respondet Augustinus
quod deus melius voluit ut quod homines
vellent esse si boni non infructuose
similes non impunite / Ecc 15 / deus
ab initio constituit hominem et reli-
quit eum in manu consilii sui / Et
iuxta apposuit tibi ignem et aquam
ad quod volueris porrige manum
tuam / Ante hominem vita et mors
bonum et malum quod placuerit dabitur
ei / Ad idem deut 30 / liberum enim ar-
bitrium non adducit deus nec ad virtutes
nec ad vitia trahit in aliquem / ubi est
necessitas non est corona / de pena dis-
tinctione q item si hac similem / Et 23 q 9
obtinei nabuc Item secundum opera
sua / contra errorem illorum qui dicunt
quod scientie animarum delentur morte
corporis in illis et ab illis / Contra quos
attende quod secundum hoc necesse esset idem
fieri de virtutibus et moribus eorundem
et per quos incomparabiliter esset peius
sua separatio animarum a suis corporibus
cum per eam amitterent quidquid habuerunt
pulchritudinis et perfectionis Item secundum

hoc insanum esset desiderium sanctorum
virorum qui desiderant dissolvi a corporibus
ad vitam alteram sequentes cum secundum
hoc vita illa esset vita sine sensu
et intellectu et voluntate et virtute
Item secundum hoc sancte anime nichil
amplius a scelestis et impiis post
mortem corporum essent habiturum cum
pariter deformitate pariter cecitate cum
pariter sensu et cognitione essent pri-
vate / Et ita exirent de corporibus omni
omni virtutum pulchritudine spoliate
Item secundum hoc melior esset conditio
malarum animarum quam bonarum / nam
bone per mortem corporum scientiis et vir-
tutibus privarentur / male vero a suppli-
ciis interiorum suorum animo mundarentur
per mortem corporum quare malis esset
desiderabilis exitus de corporibus suis
bonis vero perniciosissimus Item nec
pulchriores nec mundiores apparerent
ante conspectum creatoris anime sancte
quam scelerate cum secundum errorem
in sceleratis nulla relinquatur macu-
lam mors corporis nec in bonis
ullum vestigium pulchritudinis vel
decoris / Ex predictis patet quod error iste
dei iustitia evacuat et futuro dei
iudicio contradicit et etiam omni legi
Et ideo manifestum est quod scientia de
sublimibus morte corporum vel amissione
non amittitur nec dona gratiarum quibus
anime humane perficiuntur in presenti vita
his dumtaxat exceptis que contra-
rietatem aut repugnantiam habent
cum virtutibus glorie future / quia fi-
des et spes evacuabuntur / rebus
apparentibus de quibus erant / fides enim
est non visorum et non apparentium
scientia non econtrario sed sic per omnia
quam ipsa visorum apparentium atque
presentium est / Est enim visio eorum
que in hac vita creduntur et appa-

ratio corporis que in hac vita abscon
dita sunt et preciosa absconditum quan
tum ad vitam presentem / propter quod dicitur
videmus nunc per speculum in enigmate
tunc autem facie ad faciem · absque
velamento / Similiter est de spe et
de re sive de gloria que speratur /
Spes enim ex veritate evacuatur cu
ius adest res qua speratur / Continue
tas enim quedam est inter spem et rem
sicut inter futuritatem et presentialita
tem / propter quod dicitur Rom viii quod enim
videt quis sperat / patet ergo quod nec vir
tutes nec sciencie perimuntur in anima
morte corporis sed eis sublimiores
succedunt Sicut si cere mollius ap
tate ad recipiendas sigillationes
sigillum fortius imprimitur ubi prior sigil
latio debilior fuerat / Sic anime post
mortem corporis reformabuntur et sigil
labuntur similitudine divine pulchri
tudinis fortius quam sunt in hac vita
Cum enim anima liberata fuerit et penitus
depurata ab omni impotentia et in
firmitate statim quia fuit sigillum expres
sissime declarationis est ymago et
similitudo summi regis et dei patris
per huiusmodi potentiam / Cum autem purgata
fuit ab omni errorum labe et ab omni
tenebrositate ignorantiarum dubitationum
et opinionum et effecta fuit luminosi
tate sapientie fulgentissima / est yma
go primogenite sapientie per participium huius
plene luminositatis / Cum vero gratia
benignitatis intantum fuit illustrata
ut omni bono congaudeat gaudio
glorie congruenti et ab omni malicia
et malignitate ita longe fuerit ut neque
cogitatione malus ei appropinquet est
per huiusmodi benignitatis dilectionem
ymago et similitudo spiritus sancti
63 Illud autem sciendum quod actus humane

sciam fuit aereatore tamen ad eam
obtinendam multis iuvenibus admi
nistratur scilicet doctoribus libris ordinibus
munditia vite et sanctitate / Sicut
illuminatio domus aptione et ampli
ficatione fenestre ut ad recipiendum
lumen sit aptior / lux autem solaris
sola causa est huiusmodi illuminationis domus

Nam reprobis / Repro 69
batio subtractio aliquando vero oppo
sitio gracie in presenti et vite
eterne in futuro / hic inter primum et secundum
effectum non distinguitur ut in predestina
tione Cum subtractio gratie non est effectus
nec sit aliquid ponitur in subiecto
sed potius removetur / Si enim subtraheret
gratiam aliquid poneret in deo scilicet primum
ergo preveniret deus aliquem antequam
peccaret quod esset indignum / Et nota quod 64
in nomine predestinationis et reproba
tionis intelliguntur plura in predestinatione
prescientia gracia et gloria / Respectu
horum est predestinatio / Similiter in repro 66
batione tria scilicet prescientia et presens ini
quitas et pena futura eterna / Cum
reprobis / Si queratur quare deus homines
fecit cum sciret eos esse reprobandos /
Dicendum quod sicut paterfamilias habens bonum vi
num ex certa sciencia transfundit illud
in vase in quo scit quod mutabitur in
acetum / et ad hoc transfundit ut ibi
commutetur sciens quod valebit ei ad
condienda salsamenta / Sic deus licet
sciat aliquos malos esse futuros
vult tamen eos vivere ad exercendos
suos et ad bonorum merita promovenda
ut patet in martiribus et confessoribus persecu
toribus / Item Sicut aliquis mittit
canes feros et aves quas scit
futuras esse rapaces et ad hoc mittit
ut rapiant teneant et occidant

Et sicut rex tenet lictores et alios
ut mutilent vel suspendant vel
aliter puniant / Item sicut pater fa-
milias aliud vas in contumeliam
et aliud in honorem Rom ix Item
sicut deus fecit et servavit natio-
nes in quibus erudiret israel Judic 3
Sic deus facit et servat homines
cum sciat eos malos esse futuros
ut per eos exerceat electos Item
Sicut bestie non propter se sed propter homi-
nem create sunt ita mali homines
non propter se sed propter bonos creati sunt
et vivunt / et mala que inferunt
bonis prosunt ad emendanda et delen-
da peccata et ad extendam misericordiam
vel ad humanae vite miseriam demon-
strandam ut patet in Job j ij iij et
in aliis Act viij et ix et in multis

Contra cetus contra illos

Ba Qui negant elemosinas
et alia bona opera prodesse ma-
lis / contra quos Dan 3 / peccata tua
elemosinis redime et iniquitates
tuas misericordiis pauperum / Item
Act x / de Cornelio non Christiano / orationes
tue et elemosine tue ascenderunt
in conspectu dei Item sunt heretici
qui dicunt quod non est meritorium dare
elemosinas illis qui sunt mali
contra quos Luc vj / Gal vj / Dum
quis habemus operemur bonum ad omnes
Et Rom xij / Si esurierit inimicus
tuus ciba illum / Et ita patet quod uti-
lis est elemosina facta malis ut
est facienda / Quod autem elemosine
a bonis facte bonis valeant patet
ij Cor viij et ix / Act ix et xxiij

Contra omnes resurgent

68 Quod contra Saduceos qui re-
surrectionem non recipiunt / Et
contra Saduceos et eorum complices
qui dixerunt animam cum corpore mori
Et contra eos qui dicunt resurrectionem
generalem iam esse factam / de quibus ij Thim
ij / Alii heretici qui negant resurrectionem
diversas causas assignant / quidam
resurrectionem corporum quia ea a dyabolo
facta esse dicunt / contra quos dictum est
supra ibi / Contra Manicheos principium
Alii dicunt quod ista corpora non sint nisi
organa sive instrumenta animarum
per que anime operantur bonum vel ma-
lum / Unde dicunt quod sicut artifex tan-
tum remuneratur et non instrumentum quo
utitur ita sole anime remunerabuntur
non corpora / Isti peccant anime tamen attri-
buunt et similiter bonum opus et nullo
modo corpori / Primo quod illud patet
esse falsum quia secundum hoc ex corpore
et anima non fieret unus homo sicut
nichil fit ex artifice et instrumento
Item anima coniuncta corpori complexi-
one corporis conmutatur unde percusso vel
leso corpore condolet / quod non fieret si
scilicet corpus tantum instrumentum esset anime
Sicut nec artifex dolet leso instru-
mento Item remuneratio anime
sine corpore non esset remuneratio hominis
cum anima sine corpore non sit homo
Item cum homo servierit deo in cor-
pore et anima / et deus non sit minus
liberalis in remunerando quam homo
in serviendo / utroque ergo modo scilicet in
corpore et anima debet homo remu-
nerari / Justum enim est ut caro que fuit
socia in certamine socia sit in gloria /
Alii negant resurrectionem corporum / quia
videant ea in pulverem redigi vel a
vermibus vel a bestiis aut igne con-
sumari et diversis terrarum spaciis
dispergi / Ad quod dicendum i Cor vj
deus suscitabit nos per virtutem suam

Virtus ergo divina corpora humana
ubicumque dispersa potest adunare
et adunata resuscitare ad vitam
nam sicut dicit gregorius non longe
minus potest deus reparare quod
fuit quam creasse quod non fuit et mira
bilius est celum et terram nullis
existentibus condidisse quam ipsum hominem
ex terra reparare. Attendant ergo hec
increduli multorum qui animalia
de putredine et pulvere generari et avem
clarissimam de cinere. Et ideo non de
sperent corpora sua de cineribus refor
mari perfectum cum hoc requirant non
solum bonitas et largitas creatoris
sed et iusticia et gloria ipsius ac vir
tuositas et imperiositas verbi dei
qui creavit celos ex nichilo quia dixit
et facta sunt mandavit et creata sunt
universa. qui vocavit ea que non
sunt tamquam ea que sunt. Vocabit
mortuorum corpora ad iudicium ut resur
gant et vivant et ita audient
vocem filii dei et procedent Joh. v.
non enim quibuslibet instrumentis aut
quocumque humano artificio refor
manda sunt corpora hominum sed solo
iussu imperiosissimo creatoris et glo
rificabuntur totaliter. ita quod nulla pars
corporum remaneat in miseria et omnes
vires animarum et corporum glorificabuntur
ita quod nullus in eis remaneat defectus.
Alii negant resurrectionem propter defor
mitatem corporum quia videtur videtur
quod in tali forma resurgerent. Ad quod
respondetur per primam Cor. xv. mortui resur
gent incorrupti. Item seminatur cor
pus corruptibile resurget corpus
incorruptibile. seminatur in ignobilitate
surget in gloria seminatur in infirmitate
surget in virtute. Unde corporis defor
me redactum in pulverem dei potentia
cui nichil est impossibile reintegrabitur
absque omni deformitate. propter quod
Phil. 3. Salvatorem expectamus dominum
nostrum ihesum christum qui reformabit corpus
humilitatis nostre configuratum corpori
claritatis sue secundum potentiam qua
potest sibi subicere omnia. Quarta causa
erroris est prava intelligentia scrip
turarum quas inducunt ad probandum
corpora non esse resurrectura. Ad quod
inducunt Mt. 22. In resurrectione neque
nubent neque nubentur sed erunt sicut
angeli dei. Sed angeli non habent
corpora. ergo corpora non resurgent.
Secundo quod illud apostoli dicitur. non
notat similitudinem in toto secundum inperfecte
scilicet quo ad esse sine nuptiis et sine
opere nuptiarum. Item obiciunt per Cor. xv
Quod seminas corpus non quod futurum est se
minat ergo aliud corpus seminatur et
aliud futurum est. Secundo non quod ad rem sed non
quale. Cuius expositio patet ibidem
Ideo dicit quod idem in substantia et aliud in
qualitate. Similiter idem corpus in
substantia moritur et idem resurget sed
inqualitate diversum. Generatio enim
et corruptio unius et eiusdem est.
modo enim exuitur una forma et in
duitur alia. Unde et materia grani
morte prius induit quam formam
grani novi. Hec autem forma eiusdem
speciei est cum forma veteris grani nec
differt nisi numero et accidentibus
Quum sancti perpetuo resur 69
gent corporibus ingenitis
pertinet ad veritatem humane
nature que exigitur ad perfectum hominis
statum. non enim est de veritate nature
humane quidquid est in corpore. quia fo
mentis corporalibus cibi et potus
crescunt quedam adulterina que non
sunt de veritate humane nature
ita tamen sunt vere nature adiuncte

q̄ nō est differētie int̄ hanc carnem
et istam / Illud ergo quod in capill
et in aliis mēbris est de veritate hu
mane nature resurget quod nō de
incrementis sive superfluis non /
10 Si querat̄ in qua etate vel mensura
corporis fiet resurrectio / Respondet Aug̅
unusquisq̄ suā recipiet mensuram
corporis quā vel qualem habuit in
iuventute etiā si senex obiit vel fuerat
habiturus si ante est mortuus / Etas
nō erit illa ad quā pervenit xp̄us scz
triginta et duorum annorum / Unde aplus
Ephe 4 / donec occurramus omnes in
virum pfcm̄ in mensura etatis plenitu
dinis xpi / Virum autem posuit nō ut
distinguat sexū sed ut signet pfcōm
virilis etatis illius / nec dicit mensura
corporis aut stature sed etatis nō eī
accipiet magnitudinē corporis quā nō
habuit vel nō fuit habiturus / Opponit
hereticus Apoc 21 / Ecce nova facio oīa
11 ergo vetus homo nō resurget /
Respondet q̄ sicut homo qui vetustate
pcti renovatus est tam p baptismum
vel p pniam nō est alius in substā q̄
prius ita caro que prius erat vetus
scz corruptibilis et mortalis p resurrectōm
fit nova nec est alia in substā q̄m
prius / Ppt hoc dicit̄ in ps / renovabit̄
ut aquile iuventus tua / Item Job
14 / Cunctis diebus quibus nunc mi
lito expecto donec veniat immutatio
mea i. in melius mutatio / Sicut enim
si statua cuiuslibet metalli solubil
igne liquefiet vel verteretur in pul
verem vel conflaret̄ in massam et eā
vellet artifex ex illius materia i. eadē
quantitate iterum reparare / nichil interest
ad eius integritatē que particula in
membro statue reddetur dū tamen
totum ex quo constituta fuerat resumeret
restituta ita deus ineffabil artifex
nature humane ineffabili celeritate
totam humanā naturā restituet
in resurrectione generali / et quicumque
particule corporis defecerunt sive recre
scebant̄ ita q̄ nichil qd̄ est de substā
vel essentia depibit iuxta illud luc
xxi / Capillus de capite vro nō peribit
Item cum omes cū suis corpibus / ut
dicit̄ p cor xv / 5 / omes quidē re
surgemus / Cont̄ hoc opponit hereti
cus ps / nō resurgent impii in iu
dicio / Sed hoc dicit / quia nō ad hoc
ut iudicent sicut sancti de quibus di
citur Mt 19 Cum sederit filius hominis in
sede maiestatis sue sedebitis et vos
iudicantes duodecim tribus israhel / Et
hoc innuit ps / Spiritus pertransit in illo
et nō subsistet et nō congnoscet 12
amplius locū suum / Respondet q̄ non
congnoscet corporalem sic ut prius
corruptibile / quia post resurrectōm
erit incorruptibilis et inmortalis
Item Job vii / Qui descendit ad in
feros nō ascendet nec revertet̄ ultra
in domū suam / ergo nō resurgent
dicit hereticus / Respondet q̄ loquit̄ in
psonā contra phariseos et alios qui cre
diderunt q̄ resurrectōm redibunt ad do
mos uxores et ad familias suas
Unde cont̄ illū errorē dicit Job 7
Et nō revertet̄ oculus meus ut vi
deat bona scz ista temporalia. nec
aspiciet me visus hominis scz in isto
statu corruptibili / Q̄ autem Job cre
dit resurrectōm patet Job 19 / Scio q̄
redemptor meus vivit et in novis
simo de terra surrecturus sum et rursū
circumdabor pelle mea et in carne mea
videbo dnm salvatore meū / Idem 14
homo cū dormierit nō resurget /
Respondet q̄ nō negat simpliciter re
surrectōm sed addit / donec atterat̄
celū vel ut notet̄ q̄ utriusq̄ simul fiet

ꝯtem obtinuit / cum incarne sint
eo placere non possunt / Rom 8. Vnde
cum in carne .i. facientes opera carnis
ꝯtem obtinuit p^o cor^or 15 / Caro et
sanguis regnum dei non possidebunt
Vnde Caro et sanguis .i. carnalis
sensus sine corruptio / Et hoc innuit
apostolus cum subiungit neque corruptio
in incorruptionem / vel caro et sanguis
.i. carnales et eos sequentes / Vnde
Rom 8 / prudentia carnis mors est
Sanguinem autem appellat tunc vita
hominis cum predictis intendunt operibus

Proprijs corporibus

Ad ostendendum quod omnes cum
suis proprijs corporibus resur-
gent / Attende quod quia in totum
hominem tam interius quam exterius se
merita extendunt scilicet gratia creatori
obsequia necesse est ut in totum se gratia
remuneracionis extendat / et hoc
exigunt diuine iusticie et equitati
ut proporcionabilia sint merita gratiarum
et premia gloriarum / Item anima corpora
partes sunt hominis / si sole anime glorifica-
rentur dimidius remuneraretur / hoc autem
esset indignum deum suum seruitorem
dimidium remunerare / Sicut corpora
domus naturales sunt anime quemadmodum
est bonitati largitatique creatoris
ut suo tempore reparentur restituentur
decorentur et ornentur pro congruentia
illius que adepte sunt / Item cum
corpora vestes naturales sunt animarum
denudatio earum pars esset miserie
propter quod necesse est ut reddantur eis ves-
tes huiusmodi non in vetustate et ser-
uilis in quibus habuerunt eas in vita
sua sed in gloria et decore congruenti
felicitati future / Item ad satisfa-
ciendum indigentibus attende quod indi-
cens esset ut aliquis diuini domi-

nium recipiat hospitem quem dili-
git nudum vel dimidium / Ex compara-
cionibus ergo que sunt domus vel
regalis pallacium ad amplitudinem et li-
beralissimum hospitem impossibile est
ut habundantissima largitas creatoris
excludat a domo vel a pallacio suo
corpora hominum cum sint parietes naturales
sine vestes animarum hoc enim non per-
mittit fieri apud homines liberales
ad modum quod est apud eos liberalitatis
et largitatis / Multo pocius non patietur
hoc amplissima largitas liberalissimi
creatoris / Item / Cum tota congregacio
electorum sit ciuitas domus templum
sponsa dei creatoris et huiusmodi / harum
autem nominacio sequitur renouacio
et reparacio gloriosa quia inmortalem
sponsum decet sponsa inmortalis et
sponsum glorie sponsa gloriosa / et sic
de ciuitate templo et domo et huiusmodi
Ex hijs comparacionibus patet quod repara-
cio electorum est reparanda renouanda
et glorificanda / Item anima apud
eundem iustissimum iudicem equalium
meritorum equalia sunt premia et si-
milium similia / cum autem christianorum
fidelium merita similia sunt meritis christi
secundum quod fuit homo quia omnes sunt
imitatores illius / ergo cum talium
merita apud deum precium iustissimum
iudicem meritorum et datorem largissimum
premiorum simile premium obtinebunt /
non dico equale / similitudo enim est
in meritis christi et suorum non equalitas
similem igitur .i. gloriosam resurrectionem
quia christus obtinuit necesse est obtinere
omnes fideles christianos et similiter esse glo-
rificandos non dico equaliter / Signis
opponit de paruulis quod non habent propria
merita / Vnde quod ex quo glorificati sunt
per baptismum similes ei facti sunt in gratia
et ideo similes futuri sunt in gloria

Malos non oportet resurgere in corporibus
suis ut fiat divine iusticie retributio
quia sicut se male habuerunt in vita
sua tam intus quam extus sic eisdem
retribuatur secundum utrumque per iusticiam eterna

R Resurgent contra hereticos
qui resurrectionem carnis impugnant | nondum quod resurrectio
est anime et corporis morte separatorum
iterata coniunctio | probatur autem carnis
resurrectio autem exemplo et racione |
Auctoritate Ioh v / nolite mirari quia venit
hora in qua omnes qui in monumentis
sunt audient vocem filii dei rel. Mt xxii / et
xix et xxii et xxv et xxvii item Mr
ro et ult. | Luc xiii xvi xvii xx Ioh
xi item Act x xiii xix xxiii Rom viii
qui suscitavit Ihesum Christum a mortuis
vivificabit et mortalia corpora vestra | Et
infra | expectantes redempcionem corporis
nostri / prima Cor xv | oportet corruptibile hoc
induere incorrupcionem et mortale hoc
induere immortalitatem | hoc dicit de corpore
non de anima nec de spiritu | non enim vi-
detur | hoc spiritus aut hec anima / sed
hoc corpus / ii Tim ii / memor esto
dominum surrexisse a mortuis / quasi dicat
si caput surrexit et membra / que sunt
corpora nostra | prima Cor vi / An nescitis quia
corpora nostra membra sunt Christi / prima Cor
xv / Phil iii / prima Tess iiii / Apo ii / et xii
et xx / veritas resurrectionis et causa
et ordo resurgencium ostenditur i Tess iiii
hoc nobis dicimus in verbo domini quia
nos qui vivimus qui residui sumus
non preveniemus eos qui dormierunt pre-
ciso item Ys 26 c / vivent mortui
tui / Et Ys ult | veniet omnis caro
et adorabit coram facie mea et egredientur
et videbunt cadavera virorum Daniel
xii / multi de hiis qui dormierunt
in pulvere terre evigilabunt / Iohel 3

Sublevabitur de corrupcione vita
tua / ii Malach. xii item Ezech. Iob
xix Osee quia redemptor meus vivit
et in novissimo die de terra surrecturus sum
Exemplo primus capitis scilicet Christi patet
resurrectio et probatur per instrumenta pu-
blica iiii ewangelistarum et apostolorum
ut dictum est supra qui sunt velut pu-
blici notarii nupcialis aule scilicet curie
celestis qui ita fidedigni sunt quod ubique
eorum creditur instrumentis et in nullo
iudicio catholico itur contra / probatur
etiam per experienciam sensuum apostolorum re-
surrectio capitis nostri Ihesu Christi Ioh xx et
Act i | per visum cum ostendit eis manus
et latus | per auditum cum dicit eis pax
vobis | per tactum ibi / mitte manum tuam
in latus meum Ioh xx | per gustum / pis-
cis assi Ioh xxi item per operacionem mi-
raculorum in nomine crucifixi impletam
in Act apostolorum cap i usque ad septimum
/ probatur etiam exemplo membrorum
quia multa corpora sanctorum qui dor-
mierant surrexerunt et exierunt de mo-
numentis post resurrectionem et apparuerunt
multis Mt 27 item exemplo seminum
prima Cor xv / Insipiens tu quod seminas
non vivificatur nisi prius moriatur
Ioh xii / nisi granum frumenti cadens
in terram mortuum fuerit rel. Et sicut dicit
Gregorius qui in uno grano brevissimo
nascitura est arboris moles considera-
tur ubi in illo parvo grano seminis
latet fortitudo arboris seu ligni / asperi-
tas corticis saporis odorisque magni-
tudo ubertas fructuum viriditas foliorum
in uno semine latet in semine licet non
videatur / huiusmodi exemplis quasi gradibus
quidam gradibus ad fidem resurrectionis
increduli sunt ducendi utique videt
arbores et arbusta virescere et revirescere

respondisse et resuscitasse Contingit
sed posse resuscitari renovari et refor
mari exemplo arborum et herbarum
ac arbustorum cum maior causa sit de
de renovacione hominum quam herbarum
Item probatur ratione / Anima quia animi
conceptio est quod deus est summe iustus
sed eius retribuere secundum opera sua singulis
ergo bonis bona et malis mala /
non fit hoc in hac vita quia mali sunt
felicitate gaudent et boni miseriis
affliguntur ut patet ad oculum / ergo re
tribuitur in alia vita cum non retribuatur
in hac Luc xvi / Sed tam corpus quam
anima in hac vita vel bene vel male
merendo laborat / ergo tam corpori
quam anime debet deus in futuro vel
in pena vel in premio vindicare / oportet
igitur ut corporis et anime morte separa
torum fiat iterata coniunctio et ita resur
rectio / Anima sicut dicit Jaco i Beatus vir
qui suffert temptacionem quia cum probatus
fuerit accipiet coronam vite / Sed patet
quod sancti sufferunt temptacionem in mar
tirio corporis / ergo necesse est ut resur
gant in corpore ut inde remunerentur
Item non quod inconveniencia sequerentur
si vera non esset resurrectio quia deus
videtur auctor erroris qui predicacionem
apostolorum tantorum miraculorum testimoniis
confirmavit Act i et in multis capitulis /
Item apostolorum testimonium falsum esset
qui de visu auditu tactu testimonium
perhibent prima Joh i / Item inanis esset
predicatio apostolorum et vana eorum fides
et miserabilior eorum conversatio secundum
quod adhuc et huiusmodi inconveniencia
deducit apostolus eos qui resurrectionem non
credunt prima Cor xv / Item si non esset
resurrectio destructum esset fundamentum
religionis christiane et sequeretur rerum hu
manarum intollerabilis perturbatio et
vite omnimoda confusio et creatoris ex

honoratio ac omnium prostitucio viciorum
Et non quod resurrectio mortuorum erit co
munis sed retributio sive gloria re
surrectionis erit dissimilis / i Cor xv
omnes quidem resurgemus sed non omnes
immutabimur i. melius immutabimur
Stella enim a stella differt in claritate
sic et resurrectio mortuorum differt
in claritate secundum quod magis vel minus
meruerint in caritate vita ista / Quod
ostendit apostolus tripliciter primo per comparationem
terrestrium corporum inter se / unde ait / non
omnis caro eadem caro i. eiusdem dignitatis
Et subdit Sed alia hominum alia volucrum
alia pecorum alia piscium / Secundo ostendit per
comparationem celestium et terrestrium ad invicem
cum subdit Sunt et corpora celestia et
corpora terrestria scilicet differentiam habentia in
gloria / dicit ergo / Alia quidem celestium
gloria i. dignitas alia terrestrium / Tertio
ostendit per comparationem celestium ad invicem
dicens / Alia claritas solis alia clari
tas lune / prima Cor xv / Qualiter autem
corporum fiet resurrectio subiungit / oportet
autem corruptibile hoc induere incorrup
tionem et mortale hoc induere immortali
tatem / Fiet enim in eorum corporibus quod
idem apostolus ait ibidem / Seminatur in
corruptione surgit in incorruptione
seminatur in ignobilitate surget in gloria
rursum Quod seminatur corpus animale
surgit corpus spirituale / Quod propterea spirituale
dicit / non quod ipsum corpus spiritus erit sed
quia beneficio spiritus immortale atque
incorruptibile permanebit / Sic autem
nunc dicitur animale corpus cum non sit
anima sed permanet corpus sicut dicitur
animale sicut cum tamen intelligatur non anima
esse sed corpus / Corpora glorificatorum
dicuntur spiritualia propter subtilitatem subte
illorum Item propter velocitatem et agilitatem
qua spiritui facilitate se subiciunt quasi
spirituales substancie a cogitatu meo

gitatem; item ppt subtilitatem subti
litatem suam sine qua non possunt
consumi fame vel siti et ideo non in
digent nutrimento. Item omnia inpas
sibilia et insensibilia sunt. Iste enim
apparent quando volunt et quibus vo
lunt et quo volunt. Et non quorum
76 ernimus corporum penales esse per in[sec]tis
subtilitate omnia scienus et per corporis
levitate ubique esse potimus. Volabimus
mente per contemplationem volabimus
corpore per incorruptionem discurremus mente
et corpore cum sensus in corporei ver
tentur in rationem ratio in intellectum in
tellectus in intelligentia intelligentia
mutabitur in deum. Tunc humana substantia
ad conditoris sui similitudinem subli
mabitur et omnia que per peccatum corrup
ta fuerant reparabuntur. Intellectus scilicet sine
errore. memoria sine ob
livione. cogitatio sine evagatione
sensus sine offensione incolumitas
sine debilitate et dolore vita sine mor
te facultas sine impedimento securitas
sine fastidio et tota sanitas sine mor
bo atque equalitas sine simulatione. Illud
autem nondum. Sed resurrectio non seminaria
libus nec materialibus causis sed primor
dialibus fiet secundum cursum mirabilem
et supernaturalem et secundum divinum im
77 perium. Item cum omnes cum suis propriis
resurrectio corporibus. Quia sicut dicit Joh. v
venit hora in qua omnes qui in mo
numentis sunt audient vocem filii
dei. De hac voce dicit apostolus. I Tess. 4
In voce archangeli et in tuba Cristi
qui princeps est omnium angelorum vel
erit vox alicuius vel plurium angelorum
Eadem que vox dicitur tuba quia erit
78 manifesta. Et novissima quia post
eam non erit alia ad suscitandum
mortuos. Hec tuba ut ait Augustinus
est clamor de quo dicitur in Mt. xxv
Media nocte clamor factus est. Unde
nomine aliquo cuidens et per clarius signum
intelligitur quod vox archangeli et tu
ba dei ab apostolo dicitur. Et melius vox
filii dei et clamor appellatur quam mor
tui audient et resurgent. Unde ps.
Dabit voci sue vocem virtutis id est effi
79 cacem suscitantem mortuos. Media autem
nocte dicitur venturus ut ait Augustinus
non pro hora temporis sed quia tunc ve
niet cum non speratur. Media enim nocte
id est cum valde obscurum erit et occultum.
Dies enim domini sicut fur ita in nocte
veniet. I Tess. v. Sed autem adventus 80
domini dicitur dies non qualitate temporis
sed rerum dicitur. Quia tunc patebunt
cogitationes et consciencie singulorum. Dan.
vii. Libri aperti sunt coram eo. Omnia
consciencie omnium omnibus tunc patebunt
Et implebitur illud Mt. x. Nichil oc
cultum quod non sciatur. Virtute enim di
vina tunc fiet ut cuique opera sua in
memoriam revocentur ut quisque dampnetur vel
salvetur consciencia sua teste.

Quare erunt gestaturi.

Quia si non peccasset homo 81
cum eo quod gerebat corpore
in incorruptibilitate transmutandus
erat. Et ideo oportet ut cum restaurabitur
in suo regno vestit [sic] vita corpore
restituetur. Et hoc est contra illos qui
dicunt animam transire de corpore in cor
pus vel etiam in quecunque animalia.
Et contra origenianos qui dicunt
animas diversa corpora quasi vincula
meruisse per diversitatem peccatorum ce. q. ult.
contra ... Et q. ult. Contra quos 27
dis. cum ipsius. Et Mt. 20. Ubi sin
guli singulos denarios accipiunt
Et Apoc. vi. Date sunt illis singule
stole. Item erunt gestaturi. 82

contra illos qui dicunt quod alia corpora
assumuntur in resurrectione / contra
quos nota quod si alia caro vel anima
assumeretur secundum quod dicunt hii heretici
resurrectio vera non esset nisi eadem
caro que cecidit per mortem resurgat
Item si nova caro assumeretur nichil
vel ad dampnacionem vel ad gloriam pertinet
Si ad dampnacionem contra illam ageretur
iniuste quia penam quam non meruit
sustineret / Si ad gloriam contra eam que
cecidit resurrectio ageretur iniuste quia
gloriam sibi debitam caro nova que non
meruit obtineret / Item esset inconveniens
si nova anima assumeretur Re
stat ergo ut eadem caro et idem spiritus
assumatur ut illi qui meruit digna re
tribucio compensetur

83 Et recipiant singuli prout gessit sua
contra illos qui dicunt quod
premia bonorum post iudicia
erunt equalia et pena malorum similiter
ad quod inducunt Matthei xiii ubi comminatur
penas quinque malorum / Et ex quo
quinque inducuntur equales / Unde quod non sequitur
cumlibet quamvis sint in igne ferrum
lapides lignum fenum et stipula non
tamen equaliter conburuntur / et hec omnes
partes terre sub uno quam sole sunt
non tamen equaliter calefiunt vel equaliter
illuminantur ab eo / Item ibidem dicitur
colligite zizania et ligate ea fasci
culos / non dicit in fasciculum / ut scilicet
notaret diversitatem penarum / Ad idem
inducunt Jacobi ii quicumque totam legem
servaverit offendit autem in uno factus
est omnium reus / Ex quo eis videtur
quod tanta sit futura eis pena quanta
si fecisset omnia mala / Unde quod hoc
patet esse falsum Matthei xi Tyro et
Sydoni remissius erit / Ergo non erit
equalis pena / Item Exponitur factus
est omnium reus id est sibi non proderunt ad

salutem / Item ad idem inducunt
Matthei xxv / discedite a me maledicti in
ignem eternum / Ecce quod equali sententia
et equali pena puniuntur mali / Unde
quod licet equali in perpetuitate non tamen
in acerbitate penarum / Etiam equali
tate iniuste probare per illud Matthei xiii
scilicet equalitatem premiorum iusti fulgebunt
sicut sol / Unde / Unde quod hoc ad
verbum sicut est ad verbum similitudinis
non quantitatis / nec sequitur / fulgebunt
similiter ergo equaliter / Eodem modo
unde ad illud quod obiciunt per Corinthios xiii
Tunc cognoscam sicut cognitus
sum / Similitudo in hoc notatur quod omnes
cognoscemus manifeste tamen unus
manifestius alio / Ad idem inducunt
Matthei xx de operariis qui omnes acceperunt
singulos denarios / Unde quia equati
sunt in premio videtur quod premia erunt
equalia in fine / Unde quod illud intelligitur
de tempore gratie ubi denarius id est dei gratia
data est ita ultimis sicut illis qui
fuerunt ab initio ubi qualitas premii
non attenditur ex diuturnitate temporis
sed ex devotione mentis / Similiter
mulier que duo minuta posuit
plus omnibus misisse dicitur quia
ex maiori devotione et fide / Matthei xii
quod autem non sunt paria premia bo
norum vel supplicia reproborum per hoc
patet quod quantum ad supplicia pena non
sunt paria ut patet Matthei xi / de penis
in fine seculi / Et Iohannis xix / Qui tradidit
me tibi maius peccatum habet / Et Matthei
xii Erunt novissima hominis illius
peiora prioribus / Ergo dei iusticia gra
vius punit illum qui magis peccavit
ergo non erunt paria supplicia / Ad
idem Matthei xi / Luce xii / Iohannis xii / ubi ex
presse dicitur / quod dedit homines secundum
operam inmitetur / Et quod secundum / notat
quantitatem operum / patet et per hoc / Ro

n hab xx petri n ysaie iii / contra
predictum errorem nota quod divina boni
tas omnibus intellectibus semper uniformiter
inter simpliciter omnibus radios sue
lucis exponit / sed qui mentis oculos
sponte claudit vel avertit privatur
lumine sibi superirradiante / qui vero
inmoderate se ingerit in lumine per superhabun
dantiam privatur eo quod sine capacitatem non
conjungebat / qui non in illud moderate
extenditur hauriet lumen / Sic est in
remuneratione meritorum quia sicut
se habuit in operatione sic retribuetur
eis in remuneratione et ideo bene dicitur
ut recipiant secundum opera sua

1 **Secundum opera sua** / nota
quod proportionabilia sunt meri
ta et premia / et quicumque modo
se habent merita ad invicem ita et pre
mia se habebunt / Cum igitur non omnes
anime eque male et bone sunt hic
neque gloria vel pena omnibus equalis
in futuro erit / Item non intendentia
que sequuntur ex hoc errore quia secundum
illos tantum proveniet qui simpliciter meritum
fecerat quantum si interfecisset multa
milia hominum et omnia alia peccata enor
mia commisisset / quod patet cuilibet
2 esse falsum / quod autem premia bonorum
sunt inequalia patet tripliciter primo
per inequalitatem bonitatis in uno et in
alio / secundo testimonio scripturarum
tercio per inconvenientia que sequuntur
Item ut recipiant secundum opera sua scilicet
in iudicio in fine seculi / contra hereticos
qui dicunt quod mille annos post re
surrectionem in voluptate carnis fruentur
qui perdiderunt / contra quos dicitur vii c / Reddet
odientibus se statim / ita ut disperdat
eos et ultra non differat primus red
dens eis quod merentur / Item ysaie 29
confestim a domino exercituum visitabitur
et a tonitruo et a commotione terre
et voce magna tempestatis et flam
me ignis devorantis / Item 33 / non
advertas ultra ut glorias calumpnia
sustinens / Et 33 / dies ultionis
annus retributionis iudicii syon et
convertentur torrentes eius in picem
et humus eius in sulfur et erit in
picem ardentem nocte et die non ex
tinguetur in perpetuum / proverbiorum vi / quia zelus
et furor viri non parcet in die vindicte

Sine dolore fiunt sine 3
mala quia in resurrectione universali
recipient corpora bonorum in
dotes de quibus sap 3 et matth xiii / ful
gebunt iusti / claritas / ecce claritas / et
tamquam scintille / scilicet subtiles / ecce sub
tilitas cui non obstat soliditas aliorum
corporum quia armamento discurrunt /
ecce agilitas iudicabunt nationes
et dominabuntur populis et regnabit dominus
illorum in perpetuum / i ad cor xv impassi
biles / quia absterget deus omnem
lacrimam ab oculis sanctorum / apoc xxi
ad idem luc vi / mensuram bonam et co
fertam etc / Et sic patet quod deponent
omnem vetustatem suam scilicet obscurita
tem grossitiem ponderositatem sine
tarditatem et passibilitatem / Et
christus ut eius glorificationis nos c
ingeret et spem astruet et accenderet
caritatem navitam glorificati corporis
in se ostendit / ante resurrectionem subtili
tatem cum nasceretur ex virgine in
partu et luc ii / Claritatem cum transfiguratus
est in monte / matth xvii / agilitatem
cum incederet super mare ioh vi / impassi
bilitate cum manducaret in cena matth
26 / Item predicte iiii dotes notantur
matth 13 cum dicitur refulgebunt facies
eius sicut sol quia in sole cum est clari
tas quia ignea et lucida impassibi
litas in natura / quia perpetuo consistit

incorrupta / subtilitas in radio qui
sine obstaculo penetrat vitrum / agili
tas in motu / quia lima die discurrit
ab oriente in occidentem / Anime
non recipiunt tres dotes / de quibus
Sap. xiij Qui confidunt in illo in
telligent veritatem / Erit plena cogni
tio / Et fideles in dilectione acquie
scent illi / Erit plena dilectio / Quoniam do
num et pax est electis dei / Erit plena
felicitas / de primo Joh. 17 / Hec est
vita eterna ut cognoscant te solum
deum verum et quem misisti Jhesum Christum Et de
idem 1 Cor. xiij / Tunc cognoscam
sicut et cognitus sum / de 2o ys. 31
Cuius ignis in syon et caminus in
Jerusalem / de 3o Apo. 21 / Absterget deus
omnem lacrimam / Ex plena cognitione
fit plena dilectio et summa delectatio
scilicet felicitas quam nec oculus vidit
nec auris audivit nec in cor hominis
ascendit / Predicte dotes erunt secundum plus et
minus secundum maioritatem et minoritatem
prius habite caritatis / Erit etiam quedam
excellentia premii que quibus erit
anime et corpori que dicitur aureola
Et hec debetur tribus generibus iustorum
scilicet predicatoribus virginibus et martiribus
cuius non redditur voluntati tantum sed
operi extrinseco secundum meritum caritatis
Item sine bona sive mala
Si quecumque vero creature alie sunt re
ceptive renovationum et meliorationum
Tunc deus propter hoc expressit dicitur sancti
celum novum et terram novam / primum
enim celum et prima terra abiit. Apo 21
ys ult / Et nulla necessitate prohibet
omnipotens voluntas creatoris a renova
tione et melioratione celorum et aliarum
creaturarum / Et enim est quod propter homi
nem deus melioravit plures crea
turas et incorruptas pena plenius dettio
ravit Sap xvj et cap sequentibus

Simul celi non dabant quidem rorem
nec pluviam propter maliciam hominum qui fue
runt / Et terram fructiferam dedit
in salsuginem a malicia inhabitan
tium in ea / Et quinque civitates sub
vertit / et totam regionem dedit in
exterminium cum esset ante sicut paradisus
dei Gen xix / Egiptus etiam percussa est
plagis multis propter maliciam hominum ut
Exo vij / Et sequentibus cap / Et econtra
propter gratiam hominum dedit exitus aquarum
in terram que erat sine aqua et mul
totiens dedit fertilitatem terre et vege
tabilia / Si igitur propter paucos electos
et brevem habitationem eorum super terram
bonitas creatoris sic melioravit terram
propter modicum et parvi temporis servitium
quanto fortius propter incomparabiliter
plures electos et incomparabiliter meliores
decorabit et meliorabit celos stellas
luminaria et alia que ab initio multi
pliciter serviendo servierunt electis Item
Si decoraverunt habitacionem electorum suorum
tam modici temporis mira quanto for
tius decorabit celum propter habitationem
eorum perhennem / Item Si reges terre in
coronatione primo filii sui decorant
pallacia sua novo decore et ornatu
quanto fortius rex regum coronaturus
innumerabiles filios adoptionis palla
cium nobilissimum in quo regnaturi
sunt cum eo pretioso ornatu novo solio
preciose faciet decorari secundum convenien
tiam honoris et glorie coronantis et
coronatorum Item Si propter hospites et
amicos fit apparatus domorum et honori
fice ac festive recipiantur / et hoc ab
hominibus modice virtutis hospita
litatis quibus quidquid premium est ab
illo patre familias creatore cuius
largitas et liberalitas est in ultimitate
perfectionis Item Cum eos gratia

adoptionis honorant quo honore
non potest amplior cogitari quo non eis
impendit honores maiores presertim opera-
tiones et exempla huiusmodi clare patet
quod creature renovantur et meliorantur
sunt presertim spiritum electorum / Si quis
querat cuiusmodi usui vel utilitati de-
serviat status illius perositas sive
pestancia / Dicendo quod presertim deserviat
bonis quam non debet negligere creatore
deserviret etiam glorie creatoris quia ex
hoc apparebit largitas et redundantia
beneficii creatoris Item Sive bona
6 sunt sive mala / opera bona sunt que
fiunt ex rectitudine fidei presertim spem re-
munerationis vite ad accendendum a-
morem dei et proximi quo declinatur
a viciis et virtutibus insistitur et cultus
divinus salubrius exercetur / Mala
non opera sunt per que quis avertitur et
recedit vel separatur ab incommutabili
bono cui adherendum est tamquam crea-
tori et bonorum omnium largitori et ab aliis
omnibus abstinendum ne queratur propter
se sed propter servitium creatoris / Summa
igitur adhesio creatori toti et soli bono
est animarum nostrarum et unum prima opposito
est ex noticitate / Item hoc toto et solo
salvato boni sumus et a malicia cul-
pabili liberi et immunes / privacio
non sive bonitati opposita tota et
sola malicia est quo mali sumus / po-
sita enim huiusmodi adherentia ad creatore
boni sumus et ea remota mali /
oppositio pro sic nota est secundum Aristotile
qua posita ponitur et qua remota re-
movetur / Aversio igitur a creatore
sive recessio est nec malum sive ma-
licia sive sit in voluntatibus sive
inclinationibus vel operationibus vel dispo-
sitionibus vel habitibus vel passioni-
bus vel privationibus / Et nota

quod quelibet culpa mortalis ma- 7
culat animam humanam et facit eam
abhominabilem creatori suo / Et in
genere malicie malus est simpliciter
qui unico opere se maculavit vel a deo
separavit nec est necesse ipsum omnia opera
mala exercere ad hoc quod sit malus /
quia ad hoc quod sit adulter vel forni-
cator non requiritur quod fecerit omnia ad-
ulteria vel fornicationes / aut ad hoc
quod sit ydolatra non oportet quod peccaverit
omni specie ydolatrie / vel ad hoc quod
sit hereticus non oportet quod erraverit in
omnibus in omnibus que ad fidem
pertinent catholicam / nec ad hoc quod sit
inimicus quod omnibus nocumentum in-
tulerit / nec ad hoc quod sit immundus quod in
omnes immundicias inciderit / Sufficit
enim si unico casu in bonum sit inquinatus
vel uno vulnere vulneratus vel una mor-
te mortuus vel alio peccato mortali
separatus a deo Item Sive bona sunt 8
sive mala / sed in universali iudicio
quod nil suscipit cremabile sine pur-
gandum [illegible] non est purgatio
animarum per orationes ieiunia elemosi-
nas peregrinationes sacrificia et alia
bona / Contra illos qui dicunt animas 9
illorum qui in caritate decedunt nulla
pena purgatorii puniendos / Cum
error iste tres errores sibi annexos
primus quod nullum peccatum est veniale /
Secundus / quod dimittitur culpa dimittitur
pena ita quod si decedat nulla pena
purgatorii puniatur / Tercius quod suf-
fragia ecclesie non prosunt mortuis / Con- 10
tra primum nota / quod non sentit de deo in bo-
nitate qui credit ipsum pro qualibet of-
fensa levissima servos suos ad mortem
dicit enim omne peccatum esse mortale
quod non est veri simile quod propter incarnem

pro qualibet offensa dilectos filios
exheredat / sed potius est verisimile
quod sicut est gladius mortis eterne quo
utitur in servos malivolos pro magnis
offensis / sic virga et flagella in
minimis / Item sicut non est ad mortem
omnis infirmitas vel vulnus corporis
sic nec omnis lesio anime est mortalis
Item sicut non est omnis casus ad
fractionem colli / ita nec omnis spiritualis
casus est ad mortem anime / proverbiorum 24
Septies cadit iustus et resurget /
Item sicut non abiciuntur vasa preciosa
pro qualibet inquinatione sed purgantur
sic nec anime in morte si inveniantur
in aliqua immundicia non tamen pro qualibet
dampnantur / Ad idem patent exempla
in veste ornatu et aliis utensilibus
que non pro qualibet macula seu vicio
destruuntur sed per aquam aut per ignem pur-
gantur / psalmus Transivimus per ignem et aquam
et eduxisti nos in refrigerium / Item
si nullum peccatum sit veniale nullus
erit absque mortali / psalmus omnis homo
mendax / Et si dixerimus quia peccatum
non habemus nos ipsos seducimus et veri-
tas in nobis non est / prima Johannis / Item
quod sit peccatum aliud veniale aliud
mortale / patet Joh v / et Cor 3
Uniuscuiusque opus quale sit ignis
probabit si cuius opus arserit detrimentum
patietur ipse autem salvus erit sic
tamen quasi per ignem / Que tenent be-
nignitas creatoris ad purgandas
animas humanas sicut creavit
11 ignem ad purgandum metalla Contra
sententiam errore qui ponunt quod cum dimittitur
culpa dimittitur et pena / Circa
ad quod tamen monet sacra scriptura
ad penitentiam / ait ... / Quia si quis est
in mortali non est eius penitentia meritoria

si non dimissum est peccatum quo ad cul-
pam non est ei necessaria penitentia quoad ab-
solutionem a pena cum secundum eos nullius
pene sit debitor / Item contrariatur hiis
qui magis peccaverunt maior iniungitur
penitentia si tota pena dimittitur eis cum
culpa / Item constat quod antiqui patres
multi penis puniti sunt in exilio
huius mundi et etiam post mortem licet
culpa mortalis esset eis dimissa.
Fuerunt enim in inferno donec Christus e-
duxit eos / Ecc xxiii et Zach ix capitulo
Osee xiii / Si ergo illi debitores fuerunt pe-
ne post dimissionem culpe patet quod non
semper tota pena dimittitur cum culpa
/ Preterea si hoc esset videretur iustitia dei
enervari et esset decretus culpe sine de-
core vindicte / Item pena proportionalis
est culpe / sed cum peccator non imponit finem
fine culpe sue debetur ei pena infinita
et eternior secundum quod culpa fuit maior
Ergo cum peccator imponit fine culpe sue
debetur ei pena finita et transitoria ma-
ior vel minor secundum quod culpa maior
fuit vel minor / preterea cum deus pater
potius voluit quod proprius filius penam
transitoriam solveret pro humano genere
quam quod eam ille remitteret / nec est veri-
simile quod ita de facili penam peccatoribus
remittat quin saltem pena transitoria
eos puniat / Unde Bernardus Cum non pepercit
filio dilecto minus parcet nequam servo
Si forte dicatur quod penitentes de peccatis 12
puniendi sunt in presenti et non in futuro
Ergo dei misericordia magis erit propitia hiis
qui deferunt conversionem suam usque
in fine vite sue quam hiis qui in iu-
ventute sua convertuntur cum hii pu-
niantur et non illi / Et sic deus erit
benignior in temptatores sue beni-
gnitatis quam in alios Rom 2 An divi-

tias bonitatis eius paree et longa
nimitatis contempnis / contra errorem
eorum qui dicunt suffragia ecclesie mor
tuis non prodesse / nota quod sit detesta
bilis error faciat in mortuos mise
ricors ecclesie illis qui igne
purgatorii cruciantur / contra quos
eccl. vij / mortuo non prohibeas graciam
vide ergo quam iniquum sit prohibere care
elemosina indigenti pro eo non noli pro
hibere benefacere enim quod si valeo
et ipse benefac / quod autem suffragia
ecclesie prosunt defunctis patet Ioh. xj
ubi ad preces marie et marthe ihesus
lazarum suscitavit / item ad preces
beati petri fuit thabita suscitata / actuum 9
ad idem prima Cor. xv / item prima Ioh. iij
fiduciam habemus ad deum quodcumque petierimus
accipiemus ab eo / item actuum 3 / ad
preces summi pontificis filia sua defuncta
ressuscitavit christus / item probabile est quod sicut
anima corpus extenditur omnibus membris
indigentibus que sunt in corpore sic
merita et suffragia ecclesie quibus anima ecclesie
cuius se debent extendere ad fideles qui
sunt membra ecclesie indigentia in pur
14 gatorio / Et nota quod omnes pauperes
purgatorii participant in prima suffra
giorum ecclesie / pro principio ergo sunt omnium
tamen conferes sicut participant in
tantum lumine vel alio beneficio pro quo
nunquam ibi transmisso / ad purgatorium
istorum septem sunt necessaria / primum est me
ritum vite bona opera quibus meruerunt
quod orationes ecclesie sibi prosunt / quod
significat sermo quod supponitur mortuo
secundum pena que comburit venialia
sicut lignum voluptatis venialis fenum
superbie et stipula vanitatis que gra
vem nullius utilitatis portat certa
et que venialia sunt / quod significat su

darium quo involvitur mortuus /
tertium est oratio sanctorum et ecclesia tertium
psalmis quod significat incensum quod
facit sacerdos super altare et ecclesie
militantis / quod significat aliud incensum
quod ponitur ad feretrum / Quartum est
pena qua faciunt boni pro mortuis
quod significat candela que se consumit ut
aliis luceat / Quintum est elemosina
que fit pro eis quod significat aqua benedicta
sicut enim aqua extinguit ignem sic
elemosina extinguit peccatum / Sextum est
passio christi anima sancti lavit stolas
suas et dealbavit eas in sanguine
agni quod significatur per crucem / Septimum 15
est sacramentum altaris ipse quod fuit tres
partes de forma hostie ad missam
illud ante notandum quod predicta non
purgantur illi qui sunt in inferno
nec parvuli qui sine baptismo de
cesserunt / sed penitentes qui in fide
catholica de hoc seculo transierunt
illis enim qui non sunt vivi corporis
christi mystici per baptismum vel qui
sunt per mortale peccatum ab eodem corpore
separati nulla spiritualis influentia ad
eos pervenit nec eis prodest sicut nec
influentia capitis prodest membris a
corpore amputatis et divisis
De purgatorio secundo quod est 16
ante iudicium et pro quibus tale
pro agitur 21 dist. 5 alias
et c. vindicat eum in aliud / Heretici qui
non credunt ignem purgatorium restare
post mortem / sed statim animam solu
tam a corpore vel ad requiem transire
vel ad damnationem prodierunt prout scribit
augustinus xx ubi sunt nomissimi primum /
et quia brevis dies apud te sicut
mille anni in psalmo iii / Et contra quod a
animas congruos / item in cor. v
omnes nos oportet manifestari

ante tribunal xpi ut recipiat quisque
propria corporis prout gessit sive bonum
sive malum / hic dicit prout gessit
non prout alius gessit pro eo / Ergo non
proficit defuncto quod alius gessit pro eo
Respondeo quod eadem ratione posset concludere
ergo non proficit vivo quod alius fecit pro
eo quod est hereticum / Ecclesia enim dei orat
pro peccatoribus / et apostolus in multis lo
cis petit orationem eorum quibus scribit
ut patet Rom 15 / et Col in fine /
Item dicit ps orate pro eis sine intermis
sione / preterea ibi loquitur de universali
iudicio ut patet per literam / omnes nos
oportet / quod autem apostolus dicit / ut reci
piat / sensus est / Et recipiat remuneracionem
vel dampnacionem secundum opera sua / per hoc
ergo non removetur quin aliquis possit
iuvari ante illud iudicium si decessit
in gracia non finita / Ad idem opponunt
Apoc 14 / opera enim illorum sequuntur illos
quasi dicat / non aliorum / Respondeo quod per
hoc non removetur quin aliorum opera
valent / In hoc errore sunt greci ar
meni et fere omnes alie naciones
transmarine / Contra quos est quod ipsi
oracionum et elemosinarum suffragia
offerunt pro defunctis / et sic tenet ecclesia
catholica / ut 13 q 2 pro obeuntibus
Quia sancta et salubris est cogitacio
pro defunctis exorare / ut aperte colligitur
Machab 12 / non autem solvuntur qui sunt
in inferno quia ibi nulla est redemp
cio sed sempiternus horror inhabitat
Iob 10 / nec illam gloriam intrabit
aliquid inquinatum / Apoc 21 / Et ita non
habebit ibi locum purgacio nec illi qui
sunt in gloria hoc requirunt nec qui
sunt in inferno huiusmodi suffragiis
adiuvantur / 13 q 2 Tales / Est ergo
alius locus extra hunc mundum
sive terrestrem in quo adiuvantur qui
viventes meruerunt / 13 q 2 / non esti
mamus / Et cap Tales / Et quia ibi
solvuntur et purgantur anime aperte

per suffragia ecclesie dicitur purgatorium
patet ergo quod sit purgatorium / Et hec
auctoritate que multa impendit suf
fragia purgandis animabus / Et aliter
deciperetur ecclesia et eius suffragia essent
superflua quod est inconveniens / Idem
patet auctoritate scripture / prima Cor 3 / quia in igne
revelabitur / glosa id est pena purgatorii
Item super illud prima Cor 3 / Si quis e
dificaverit super fundamentum hoc aurum
et argentum lapides preciosos lignum
fenum stipulam / In auro intelligitur
contemplacio dei / In argento dilectio
proximi / In lapide precioso bona opera / vel
per aurum intelliguntur optimi mores / per
argentum mediocres / per lapides boni /
Ista enim non concremantur sed purgantur
ab igne / Similiter nec bona opera / Hec
edificacio est tantum perfectorum qui non curant
placere mundo sed deo tantum / qui si venia
lia aliquando peccant fervore tamen cari
tatis ita absorbentur in eis peccatum sicut
gutta aque in camino ignis / et ideo
non portant secum cremabilia / per lig
num fenum stipulam que sunt crema
bilia intelliguntur peccata venialia / ut
patet per hoc quod dicit detrimentum pacietur
non dicit / eternum supplicium / Unde
subdit / ipse salvus erit sic tamen quasi
per ignem scilicet purgatorii / Hec edificacio
est istorum qui non tantum deo sed et mundo
placere volunt tamen deum preponunt / si vero
mundum preponent non superedificarent
sed destruerent fundamentum / Acciones
igitur carnales quibus homines dediti
sunt coniugibus filiis parentibus amicis
carnalibus possessionibus divitiis et
huiusmodi per lignum fenum stipulam signantur
Et si cum hiis decesserint dissolventur per
ignem purgatorii. ipsi non merito ipsius
fundamenti id est xpi salvi erunt / unde c
nondum quod omnia illa que ibi po
nuntur sunt de futuro / sed manifestum erit
declarabit / detrimentum pacietur in igne.

17 Et ideo patet quod de iudicio futuro in
telligitur non de presenti / per lignum intellig*itur*
quod diuinus per fenum quod minus per sti
pulam quod minimum igne purgatorii suc
cumbebunt / Item ecclesiastici 26 / vasa figuli
probat fornax et purgatorium / numeri
31 d / omne quod potest transire per flam
mas igne purgabitur / de hoc igne
dicit Augustinus ille ignis purgatorij
18 erit durior quam quicquid in hoc mundo potest
uideri uel excogitari / cum ergo modo
timet digitum in ignem ad horam
ponere timeat ibi in anima totaliter
cruciari / maxime cum sit dies unus
sicut mille anni / in penitentia item quod
sit purgatorium patet in Regum ultimo
Dauid tibi datur optio trium / ubi per vij
annos pena gehenne eterna / quia
eternitas per vij notatur / per tres menses
pena purgatorii que deficiet quia de
fectus notatur per menses qui dicuntur a mene
quod est defectus / per tres dies pena presentis
per quam intelligitur / via trium dierum
in solitudine / Exo 4 Item Auctor
storie / Gregorius ignis purgatorius
qui pro quibusdam leuibus culpis ante
iudicium credendus est que post mor
tem grauant si in hac vita positis
non fuerint relaxate / Augustinus qui in
aliud seculum distulerit fructum conuersionis
post purgabitur igne purgationis
unde super illud Mat 12 c / non dimittetur
in hoc seculo neque in futuro / datur
quoddam peccatum esse quod nec in hoc seculo
neque in futuro remittetur si nulla /
in futuro remaneat remissio ad pur
gacionem peccatorum item reuelacionibus
ostenditur esse purgatorium ut patet
per multorum exempla qui in huiusmodi
purgacionibus existentes post mortem
corporum suorum apparuerunt multis pre
innuentes eos ut sibi assentiens sup
plicius preciperent et petentes ab eis
suffragia uel ut ab amicis ea sibi

fieri procurarent / fuerunt enim ad hec
testimonia multorum qui in morte cor
poris resurrexerunt qui statum animarum
suarum et aliorum in penis purgacionibus
existentium narrauerunt / ut patet in mul
tis scriptis de huiusmodi apparicionibus
peticionibus questionibus et reuelacionibus
que iocunde sunt ad audiendum et effi
cientes ad conuersionem hominum ac prouoca
tes ad amorem sanctitatis et ad de
siderium eterne felicitatis item racionibus
potest ostendi quod purgatorium sit / quamuis
enim hic purgantur omnino et hij statim
ut moriuntur euolant ut apparet in
morte plurimorum martirum et aliorum sanctorum.
Alij nec purgantur / hij nec purgari
incipiunt et hij cum moriuntur in
infernum descendunt ubi nulla re
dempcio sed sempiternus horror inhabitat
Job x Alij hic purgari incipiunt
per penitenciam sed propter defectum vite purgacionem
non perficiunt / ergo necesse est ut na
dant in locum ubi perficiant purga
cionem quam inceperunt et ille tunc
locus dicitur purgatorius item cum
deus sit misericors et iustus ex misericordia
ignoscit penitenti non reseruans
peccata ad penam eternam / Ex iusticia non
nullum malum impunitum dimittit
Job 9 / verebar omnia opera mea /
sciens quod non parceres delinquenti / luc
11 / Luet que fecit anima et ipse rom
1 / Reuelabitur ira dei de celo super omnem
iniusticiam hominum igitur si deus non
punit hic oportet quod alibi puniat
cum homo non puniit sufficienter
peccatum suum / restat igitur locus pur
gatorius post hanc vitam / Et licet
peccatis venialibus occidi anima non
credatur ut dicit Augustinus tamen quasi
quibusdam pustulis et horrenda sca
bie deformis efficitur / et ideo ad
amplexus sponsi celestis vix aut
cum grandi confusione veniet nisi

nisi purgatorium eam ab hiis in
decentibus expurgaret ignis enim
purgatorius que purgatione dig-
na invenit faciet pulchriora sicut
fornax aurum vel argentum / Sap
3 / tamquam aurum in fornace probavit e-
lectos et dilectos ps igne nos examinas-
ti sicut examinatur argentum / Item
bonorum et malorum alii sunt sicut ta-
les / Sicut mali descendunt in inf-
ernum non sicut mali in lymbum
ergo a simili sicut boni ascendunt
in celum non sicut boni vadunt ad
aliud locum et hoc dicitur purgatorium /
Item dampnatorum duo sunt loca
19 scilicet lymbus et infernus ergo et sal-
vandorum duo scilicet purgatorium et pa-
radysus / Ubi autem ante reparationem cor-
porum sint anime docet Augustinus 13 q
2 Talis / Et Gregorius in dyalogo Si-
mul electorum anime a celesti regno
quibusdam delectationibus differuntur quia de
perfecta iustitia aliquid minus habuit
Sinceritas non anime sunt in celo quia
nam per se veritas testatur ait 17 et 24
qui / Sicut ubi corpus ibi congregabuntur
aquile / Quia ubi Christus redemptor in-
est corpore illud procul dubio colliguntur
iustorum anime / Et Paulus / Cupio
dissolvi et esse cum Christo / Philip 1 / Quamvis
20 eis accrescit in iudicio quia nunc
animarum stola tunc non etiam corporum
beatitudine perfruuntur ut ipsa carne gau-
deant in qua dolores cruciatus quos
pro domino pertulerunt / De hac duplici glo-
21 ria hoc quoque scriptura sanctorum duplicia
possidebunt letitia sempiterna erit super
capita eorum / De simplici gloria ps vi-
dete sunt illis stole singule et
dictum est illis ut requiescant i. ex-
pectent adhuc tempus modicum donec
impleatur numerus fratrum suorum / Item
Apoc 14 / Amodo iam dicit spiritus ut

requiescant a laboribus suis / Item
Iacobi 1 / Beatus vir qui suffert temp-
tationem vel anima que nunc acceperunt
singulas / binas habituri sunt in
iudicio stolas / quia modo animarum tan-
tum sed tunc animarum et corporum in glo-
ria letabuntur / Gregorius / Si sanctorum animas
in celo ut oportet per omnia esse credas
impiorum animas esse in inferno /
quia ex retributione iustitie sicut ex-
qua iusti glorificantur necesse est per omnia
ut et iniusti crucientur / De hac materia
habetur 13 q 2 Talis / Et extra de ce-
lebr. miss. / Cum Marthe in fine Quod autem 22
mali homines et etiam demones
habeant penam ante universale iudicium
patet Luc 16 / Mortuus est dives et se-
pultus est in inferno / Lazarus autem
erat in sinu Abrahe / et nondum in
paradyso quia nondum facta est redemptio
nondum solutum erat precium quod Luc
23 / Hodie mecum eris in paradyso / quod
est intelligendum non loci possessione
ante ascensione sed dei visione et
fruitione / hoc enim est paradysus /
Sicut hec est vita eterna ut cognos-
cant te deum verum et quem misisti Ihesum
Christum Ioh 17 / Item quod Sathanas et 23
pseudopropheta ante diem iudicii penas
patiuntur in inferno / patet Apoc 19
Non illi qui negant purgatorium
dicunt quod peccata deponuntur cum corpore et
sola depositione corporis dimittunt
animam humanam liberam et mundam
que non indiget purgatione / Contra
Sicut per quod fit hoc et nos tempore
mortales deponunt sola depositione
anima si leves culpe ut de minimo risu
et delectatione cibi vel potus quam plena
eis inheret anima per eo quod sua unitate
sua animas allicit et detinent
sola morte corporis relinquuntur multo
fortius relinquuntur illa que constat

esse maioris adhesiue et tenacitatis
ut sunt peccata grauissima que hor-
rore suo deterrent et diffugiunt a ma-
iore sapientis / et sic secundum illos facilius
dimittuntur grauissima peccata quam leuis-
sima quod est inconueniens apud omnes
Item cum actualia peccata voluntate
adheserint necesse voluntate contraria
diffugiuntur / sed in hiis que subito mo-
uentur locum non habet voluntas con-
traria quia nec etiam cogitatus de cor-
rectione vel emendatione / igitur anime
desinunt huiusmodi peccata / Cum igitur nec
cum eis transferuntur ad celum nec propter eis
detrudantur in infernum necesse est expiari
antequam in celeste gloriam transferantur
est igitur locus ubi fiet purgatio
fiet / et ita patet quod est purgatorium
Item si dixerit quod sufficit affectio
penitentis et dolor interior que est
penitentis propter eo quod peccauerunt / Cum de
quod potuit esse affectio et vehementia do-
loris ut penitentis quod sufficit sed si
parua fuit negligentia et remissa
non sufficit ad plenam purgationem / tunc
necesse est ut adimpleatur donec suppleat-
ur quod deest / quod si instat inte-
rim non fuit necesse est ut post hanc
vitam supplementum huiusmodi apponatur /
Et sic erit purgatorium post hanc
vitam / Et si dixerit aliquis quod possit
creator non quid tormenta vel cruci-
atus animarum cum sit essentialiter
inspiritore (?) / Cum dicit quod sicut essentialiter
est motoris sic ... hoc non quid ...
nas animas ut cruciatus ... sed
quia sunt animabus multiplicit (?) ...
... / sic non quid penas penales
vel purgatorias quia tormenta sunt
animarum sed quia iuste et honori suo
conuenientissime sequuntur cum iuste
bone sunt sicut iustitia inquantum ius-
titia bonitas est / Et quia deus est

clementissimus et iustissimus fa-
cit opera clementie ne crudeliter puni-
at miserando et opera iustitie puni-
endo penis et purgationibus ut puni-
antur / Illud autem notandum quod qui
negant purgatorium et purgatorias
istas animarum ignorant penitentie terminos 29
esse / Est enim prima sine penitentia in-
terior / iudicium spirituale in quo iudicio
anima peccatrix accusat se testificatur
contra se iudicat contra se / iudicans
se dignam tormentis atque suppliciis
infernalibus propter eis que male gessit
postremo sequitur iudicium proprium con-
tra se scilicet torquendo non solum spiritualiter
modis plurimis sed etiam corporalibus
afflictionibus qualia sunt ieiunia labo-
res flagella et huiusmodi castigationes
que sancti excitationes nominant
Et tamen modicum omnia ista non sufficiunt
plene ad satisfaciendum iustitie cre-
atoris instat orationibus et abstra-
ctionibus apud clementissimum crea-
torem implorans eius misericordiam ut
ignoscat merita suppliciorum / Et quia
nulla est afflictio nullum tormentum
quod hic sibi penitentes infligant quo
non maiora incomparabiliter debeantur
peccatis grauibus quibus anime humane
subiciuntur a deo / Sed neque honores quanti-
cumque sunt equari possunt vel compari
contumeliis et iniuriis que peccatis huiusmodi
deo altissimo irrogantur Item cum
peccata huiusmodi contra infinitum sit infinite
propter eis pene debentur de ratione ius-
titie in eo quoniam necesse est ut purgatio
penalis exterior huiusmodi iudicium ex-
pectat si habeat spatium complendi
alioquin sequitur animas post hanc
vitam / Si autem dixerit quod sufficit
post hanc vitam ut peccatum dimittat
peccator et conuertatur ad dominum iuxta id
Eze 18 quacumque hora ingemuerit peccator /

Unde quod sicut non sufficit servo fugitivo sola reversio ad dominum, immo iustissime ab eo exiguntur opera quibus tempore fuge dominum defraudavit. Et sicut non sufficit sola reversio bellatori conducto a rege si prelio imminente a rege suo recessit et ad adversarios se transtulit, immo exigitur ab eo satisfactio de fide violata et de dampnis ab eo illatis. Sicut etiam si spoliavit aliquis ecclesias vel personas religiosas sive alia dampna dedit non sufficit quod peniteat vel veniam petat tantum immo oportet quod postquam redit satisfaciat de dampnis datis. Sic et in peccatoribus non sufficit sola reversio ad regem omnium seculorum nisi det dampna subtracte servitutis subtractique servicii et spoliationis restituat, quamvis et iniuria fuge sue et defectionis iuxta legem iusticie emendet, nisi forte tanta humilitas et devotio afflictioque interior sit ut regi et domino huius placeat esse contentum. Si autem non satisfecerint in hac vita necesse quod satisfaciant in futura. Et sic patet purgatorium post hanc vitam vel tempus aut locus aliquis pro se hiis purgationibus deputatus sit solus et huius nulla lex vel alia
27 scriptura determinat. Apparet autem ex visionibus et revelationibus animarum huiusmodi quia in multis locis mundi quasi tenentur purgationes iste et supplementa penarum fiunt. Apparet etiam per ex hoc cum enim purgationes huiusmodi supplementum sint penalium satisfactionum non oportet ut alius locus sit eis penalis preter eum locus debetur semper toti ecclesie ubi est locus hominis ibi etiam pe-
26 dum et manuum eius. Purgationes autem iste penales sunt penarum. Si queratur cuiusmodi sit ignis purgatorii. Dicendum est quod ignis iste non est proprie corporis sed pena sive afflictio qua divine iustitie satisfacit de defectibus purgationum in vita ista inceptarum et non completarum et huiusmodi penam intelligimus non unam esse modo sed multas et hoc patet ex apparitionibus et revelationibus mortuorum qui apparuerunt modis quibus sunt beneplacitum creatori et revelant penas sue purgationis. Usitatum est etiam in scripturis quod per ignem tribulatio sive afflictio intelligitur. Unde Ecc. 2A. Vasa figuli probat fornax et homines iustos temptatio tribulationis. Sap. iii. Tamquam aurum probavit electos dominus. Ps. Transivimus per ignem et aquam et eduxisti nos in refrigerium. Item igne nos examinasti.
Item si queratur qualiter ignis 2A
sive afflictio corporalis purgare possit animas que sunt incorporales. Dicendum quod anime humane delectantur et molestantur a corporibus et per illa delectabilia et corporalia inflamant animas desideriis et capiunt et inficiunt voluptatibus et tristibilia contristant easdem. Unde non est mirandum si ignis aliquis sit qui animas in corporibus et a corporibus separatas torquere valeat. Hoc removendum autem dubitatem et admirationem de igne purgatorii et de igne gehennali quos impossibile esse nec posse credunt, sed more suo quomodo non viderit alios non posse videre existimant. Et quidem non cognoscunt ab aliis cognosci desperant et nichil penitus esse arbitrantur.

Notandum quod est ignis qui aqua 28
comburit qui vocatur ignis grecus [illegible] sunt [illegible] ut dicit Aristotiles qui docet compo-

sicciones et modos confectionis ipsorum
in tractatu de hoc singulari / Est etiam
ignis qui omnis extinguitur et aqua
frigida accenditur / hoc est in calce
vivo / Item est ignis qui nec vento
nec pluvia potest extingui qualis fuit
quidam in templo veneris in lampade
in aqua lucebat et ardebat albestus
lapis qui semel accensus nec extingu
ebatur vento nec pluvio / qui lapis
est lividi et ferruginei coloris / Est
etiam ignis qui vulgo dicitur aqua ar
dens qui nichil consumit nisi seipsum
et est liquor confectus ex quatuor aut
quinque rebus · quo cum aspergitur vel li
nitur capilli alicuius non est necesse alia
lucerna ad mensam nigra sedit / ca
pilli enim illius ardere videntur et illu
minant ad modum facule ardentis · ca
pilli non remanent illesi / Est ignis
in terra sicilie qui corpora non ledit Sunt
et alii ignes in lacubus vel fontibus
ipsi lacus ignibus inventi facule
accenduntur et ardent / Legitur etiam exo
di iii quod ignis erat in rubo / manna scilicet
incombustibili et non comburebatur / Item
legitur genesis xix quod pluvia ignis et
sulphur creata fuit ab altissimo cre
atore propter vindicandam iniuriam et
contumeliam dei / et ut ingentes so
domorum / quanto fortius propter omnes in
iurias et contumelias altissimo
irrogatas creatus est ignis qui possit
torqueri animas impiorum et huiusmodi
iniurias vindicare / Item si flagel
landis egyptiis misit pluviam
ignis et grandinis et igne magna
ardere facit / Sap xvi / quanto fortius
pro torquendis universis impiis tale
quid ac maiora aut minora mirabi
liora facere decet iusticiam divinam / Item
si hanc virtutem dedit ventri struci
onis ut ferrum frigidum atque durissimum

coquatur in intrinsecum corporis ipsius
strucionis / quid mirum si dedit igni
virtute animas sic torquendi / Et si
virtute dedit ventri cuiusdam avis
ut a ferro ignito nichil ustionis aut
lesionis patiatur quod non potius
igni vel alii corpori dedit vel dabit
virtute maxime cum dignum vel iustum
sit apud ipsum ut corporibus quibus
culpabiliter ad iniuriam et contumelia
creatoris se subiecerunt et hoc ad de
lectationem et penam ut ignibus et cetera que
regem glorie dignissimum delectabiliter
offenderunt in ipsis ea hec tristabiliter
patiantur / Item quod iustius quam
divine glorie contemnentes quam hii
serviunt cogantur corporibus ad suppli
cium et cruciatum qui neglecto creatore
atque contempto elegerunt potius ser
vire corporibus quam creatori / non est
igitur mirandum vel dubitandum quod
iustissimus creator talem ignem cre
avit qui servire possit eius iusticie
ad puniendos peccatores perpetuis dco 29
fus Si quis miretur vel dubitet
qualiter anime peccatorum vel corpora
non consumantur a predictis ignibus / Unde
quod non est mirandum vel dubitandum
de hoc cum salamandra vivit in igne
nec corrumpatur ab illo / pelles et
plume ipsius si inficiuntur fiunt ab
igne licet videantur ardere ac lucere
nil tamen lesionis patiuntur ab
igne immo ibi purgantur et melio
rantur / Venter etiam strucionis non le
ditur a ferro ignito nec lapides existentes
in igne leduntur ab illo / Sunt et 30
alia multa que non consumuntur ab igne
Si autem anime vel corpora huiusmodi hominum
igne illo infernali essent mortificabilia
non esset usquequaque ibi punitio debita
divine iusticie cum non esset perhennis
pena eorum nec esset talis et tanta

qualem et quantam esse requirit divine
iustitie rectitudo / Est igitur ignis quasi
instrumentum ad executionem iustitie
creatoris impiorum qui parcet eis
a consumptione corporum sed non parcit
ab executione tormentorum / Sic ignis
non parcit admixtis sordibus metal
lorum sed parcit puris substantiis eorum

31 Illi etiam dyabolo contra
Origenianistas qui dicunt malos
homines esse convertibiles in demo
nes 2a q. ult. § ult. Augustinus in libro
de fide ad Petrum / Cum ipso dyabolo im
pii et iniqui homines de quibus scriptura
dicit sequuntur illum qui sunt ex parte
eius / pro eo quod in malis operibus eum
imitati sunt et ante fine presentis vite
congruam penitentiam non egerunt resumptis
corporibus eterne conbustionis supplicio
sunt addicti / Vel sicut dicit Hugo conse
celeris consortio colligati. Primus mouatur
incendiis qui socii sunt in vitiis et
quos unius amor ligavit in crimine
illos implicet una pena in afflictione
32 Attende quanta erit tristitia impiorum
cum separabuntur a consortio sanctorum
et a visione dei traditi in potestatem
demonum ibunt cum ipsis in ignem eternum
qui ita consumit ut semper reservet
sic torquet ut semper renovet et ideo
sic ibi moriuntur ut semper vivant et
sic vivant ut semper moriantur / Unde
33 Ps. / Mors depascet eos / unicuique igitur /
alterum eligendum aut semper cum dya
bolo cruciari aut cum Christo perfrui gloria
Bonum enim et malum vita et mors
ante nos sunt et ad quod voluerimus
extendamus manum / Eccl. 15

34 Penam contra illos qui
dicunt quod angeli qui corrue
runt et omnis anima salva
bitur / Ad quod inducunt Rom. 11 Con
clusit deus omnia in incredulitate
ut omnium misereatur / Ex quo concludunt
quod miserebitur angelorum qui contra
ipsum peccaverunt in celo et etiam omnium aliorum
in mundo quod apostolus intellexit neminem
ipsum incredulum extitisse et omnium nichilominus
velle misereri velle ut probatur in illo
capitulo et quasi per totam epistolam ad Romanos
ubi etiam dicitur / An iudeorum tantum deus
nonne et gentium qui unus deus
qui iustificat circumcisionem ex fide et
preputium per fidem / Quod autem omnes non
non salventur / patet Matth. 25 ubi dominus
illum quem iubet proici in tenebras exte
riores notat auctoritatem [?] Item Ioh. 17 /
dicit Christus ad patrem / Ex hiis quos
dedisti michi nemo periit nisi filius
perditionis / Quod autem angeli qui cor
ruerunt non salvabuntur / patet 2 Petri
2 item Iude 1 item Hebr. 2 / Et Zach.
3 / et Matth. 25 / discedite a me maledicti
in ignem eternum etc. / Si queratur quomodo ardeant
et non consumabuntur / Respondet Augustinus
Quod sicut anima eius presentia vivit cor
pus dolorem pati potest sic mali perpetuis
ignibus ardebunt et non consumentur ipse
Si queratur An demones vel spiritus
corporali igne ardeant / Respondet Augustinus
spiritus incorporeos posse pena corporalis
ignis affligi Sicut enim spiritus incor
porea hominum potuit includi corporum
membris / Sic in gehenna corporum suorum
vinculis inseparabiliter alligari potuit et
cruciari igne corporeo tam demones quam
homines unus enim erit ignis utrisque
Et si queratur qualis et ubi sit / Respondet 31
Augustinus ignis eternus cuiusmodi sit et
in qua mundi parte sit neminem scire arbi
tror nisi sibi forte divinitus revela
tum / Si queratur utrum anime exute
corporibus sentiant ignem corporalem
Gregorius respondet / Si viventis hominis
incorporeus spiritus tenetur in corpore cur
non post mortem etiam corporeo igne
teneatur / Teneri autem per ignem dicimus

ut tormento ignis sic uidendo atque
sentiendo quam non solum uidendo sed
eciam experiendo tormentum ignis
anima patiatur / patet in diuite luce
16 dicente crucior in hac fla
ma / Cum ergo peccatorem diuitem
dampnatum in ignibus ueritas pluribus
quis sapiens reproborum animas te
neri ignibus negat / Quamquam autem lin
gua diuitis / digitus lazari / flamma
inferni / sinus abrahe et huiusmodi in
telligantur sicut ante predictis / quia tercio
incipit inuenitur / Sicut dicit / dignum
esse penam / contra illos qui di
cunt / pena non est a deo bono / contra
quos / cum iudiciarum penarum punitionum
sit a deo patet rom. iii / numquid iniquus
est deus qui infert iram / absit / non
cum infert dicit de punitione / item i cor.
xi / dum iudicamur a domino corripimur
ut non cum hoc seculo dampnemur / item
cor. xii / ne magnitudo reuelacionum
extollat me datus est michi stimulus
etc. nota quod dicit datus est / item heb.
xii / fili mi etc. quem enim diligit deus
flagellat / prouerbiorum iii / item ephe. v / propter
hoc uenit ira dei in filios diffidencie
item eccl. xii item matth. xxi / ihesus
maledixit ficui et statim aruit / item
ioh. ii / cum fecisset quasi flagellum
de funibus omnes eiecit de templo et
effudit es et mensas nummulariorum
subuertit / Ex quibus patet falsitas
illius erroris qui dicit quod deus non
punit populum suum pro peccatis suis commissis
sed pro peccato suo medius / Sed quia multa
sunt ad hoc testimonium ergo patet
esse falsum / contra predictum errorem
nota / quod si deus non exerceret iusticiam
in malis non ipsi media bonitate
suam impleret / cum tamen quasi due
partes sint bonitatis diuine scilicet misericordia
et iusticia sicut partes ibi cogitare

possimus tamen quantum ad effectum secundum
hunc errorem aut esset apud deum
ociosa iusticia aut enormiter diminuta / placent autem deo tormenta
malorum quia bona sunt tamen ac
atiue penis / Unde mirandum est et
laudanda pulchritudo iusticie dei tam
in presenti quam in futuro / In presenti eciam 36
constituit iudices ut per eos alii cor
rigantur et ut moreriter uiuant
et ut in pace et tranquillitate pro ma
neant / et ideo habent et portant gla
dium / Rom. xiii / Gloriosa autem est 37
dei iusticia sic rebelles con
tumaces legibus suis et mandatis
qui nec corrigi nec emendari uolunt
officiales puniant et condempnant hic
et in futuro / Sicut enim laudes et gratiarum
actiones resonabunt dei miam in
glorificatis / Sic planctus ululatus
et clamores resonabunt dei iusticiam 38
in dampnatis quamuis glorificatorum auribus
intimis ineffabili suauitate singula
a paradyso distancia apte iusticie tota
nunc consonabit / iuxta illud misericordiam
et iudicium cantabo tibi domine / per iusticiam
maxime exterminantur uicia et peccata et
defenduntur uirtutes et boni mores
custodiuntur et propagantur / cum autem ad re
gem excellentissime bonitatis et sup
eminentissime potestatis pertinet omnem
maliciam exstirpare et bona omnia de
fendere et augere oportuit omnibus
auctibus et exemplis esse penam

Perpetuam aruit inspi 39
entes et incaduli qualiter
potest esse iusta pena perpetua
pro temporaria peccati ad horam commissi
Respondeo quod sicut pro ictu momentaneo
uulneris uel mors et sicut pro casu in
profundum perpetua ibi remansio et
sicut pro breui furtu uel maleficio
longa incarceratio uel perpetua mutilatio

vel sustinendum / et sicut p breui li
gatione vel obligatione longa vel
ppetua detentio / et sicut p breui
emptione vel venditione ppetua
detentio vel amissio / et sicut p bre
in statu luterne ppetua extinctio /
et sicut p breui destructione domus
ppetue locationis amissio / sic p breui
pcto infertur a deo ppetua punicio
/ de hac ppetuitate pene quit petrus
dyaconus a bto gregorio in 4 dyalogo
s cuius velim quo iustum sit ut cul
pa que cum fine ppetrata est sine
fine puniatur / respondit gregorius / hec
iste diceretur si districtus iudex non cor
da hominum sed facta pensaret / iniqui
enim ideo cum fine deliquerunt quia cum
fine vixerunt ostenderunt autem quia
in pcto semper viuere cupiunt. qui
numquam peccare desinunt dum viuunt
ad magna ergo dei iusticiam ptinet ut
illi numquam careant supplicio qui in
hac vita numquam carere voluerunt pcto
crimine / unde eciam voluit iste
pci finem eciam meruit vindicte
seueritatem / ideo merito in celesti ciui
tate a magine pctorum ad nichilum
rediget deus qui in sua terrestri ciui
tate dei ymaginem ad nichilum rede
gerunt / Item quanto maius bonum est
quod deo pfertur tanto maior ei
contumelia infertur / Sed cum omne
quod est vel quod esse pt in infinitum
minus bonum sit deo · quidquid ei pfertur
infinita contumelia infertur / omni
autem mortali pcto aliquid ei pfertur
peccare enim est secundum augustinum spreto
incommutabili bono bonis commutabilibus
adherere / omni ergo mortali pcto in
fertur deo infinita contumelia / meri
to ergo p quolibet mortali pcto in
fertur a deo infinita pena / Si quis
peccaret in aliquem equalem sibi ali
quantum peccaret / et si simile pctum

committeret in maiorem magis peccaret
ergo si peccat in deum qui maior est
in infinitum quolibet puro homine
in infinitum magis peccat / sed in omni autem
mortali pcto contempnitur deus quia
preceptum eius pteritur / Cum igitur in
finitum sit pctum quo quis contempnit
deum merito infinita pena debetur ei q'
Item si quis dedisset mille marcas
alicui aliquatenus esset ei obligatus ergo
cum solus oculus vel lingua in infi
nitum sit preciosior mille marcis mul
to in infinitum magis obligatus est homo
racione lingue vel oculi quam racione
mille marcarum / quid ergo erit de ob
ligatione tocius corporis / et quid de illa
que est racione anime que in infinitum
est melior corpore / patet ergo quod obli
gatio obediencie dei vel seruiendi deo q'
infinita est / Item si anima racionalis
non deberet durare nisi p unam diem tamen
esset obligata deo aliqua obligatione
et si p duos racione duorum dierum esset
obligata duplo duorum dierum / Attendo
ergo racione infinite vite obli
gata est deo obligatione in infinitum
maiori / Cum ergo obligatio sit in
finita culpa transgressionis erit in
finita et ideo merito debetur ei pena
infinita et ideo ppetua ut hic dicitur
cum sint pporcionabiles pene culpis
Item ppetuam contra illos qui qo
animas que in mortali pcto decedunt
non puniendas eternaliter / ad quod in
ducunt illud qui qua mensura mensi
fuitis remecietur vobis / Item Apo
18 / quantum glorificauit se et in deliciis
fuit tantum date ei tormentum / Sed ut
ipsi dicunt / non esset mensura pene
secundum mensuram culpe si pcto momen
taneo redderetur pena ppetua / Respondeo
quod ibi fit comparacio sine commensuracio
intensiue scilicet ut qui multum peccauit
multum puniatur / et qui minus minus

no quod fiat commensuratio equalitatis
in duratione temporis secundum quam pena
potest esse maior quam culpa ut patet in
premissis exemplis / pene enim ab hu-
mano iure inflicte plus durant quam
peccata pro quibus infliguntur. Similiter
91 penalitates que sunt octo secundum Tullium
scilicet / dampnum / vincula / verbera / ta-
lio / ignominia / exilium / servitus /
et mors / que omnia et singula plus
durant quam culpe pro quibus infliguntur
omnia ut dicit Bussard quod sint bre-
ve tempore vel opere longum esse constat
in pertinaci voluntate. Item penam
perpetuam / Contra errores qui dicunt
92 quod non sustinet dei clementia tanta et
tam diuturna pena quemquam puniri
Tales ergo querimus utrum aliqua
vel nulla / si nulla esset evacuatio
iustitie / si aliqua scilicet temporalis tantum
esset ridiculositas / quia temporalis
pena ad comparationem eterne nulla est
necesse est opera dei esse completa in uni-
verso / Similiter necesse est ut opera iustitie
ipsius nec diminutionem habeant nec
defectum et ideo retributiones iustitie
dei in benemeritis sunt eterne / sic
et pene in male meritis sunt eterne
Cum parium contrariorum pares soleant esse
effectus / Similiter cum nec minor nec
minus eterna sit dei iustitia quam eius
misericordia unde nec maior nec minor
nec minus eternus debet esse eius
effectus in dampnatos puniendos
et similiter sicut salus et beatitudo
eterne erunt in predestinatis ita dap-
natio penalitas et iustitia eterna
erit in reprobis / Iustum est etiam ut
quantum durat in aliquo idem
iniuria tam in eo duret et pena /
Tamdiu autem durat iniuria quamdiu
non emendatur per penitentiam / Apud in-
feros autem non est emendatio nec

penitentia similiter nec opus nec ratio
nec scientia nec sapientia erunt apud
inferos / Ecclesiastes ix / Et iustum est ut
qui peccaverunt in suo eterno puniantur in
dei eterno secundum Gregorium quarto dyalogorum 93
Si queratur scientius quare creavit deus ho-
mines quos sciebat esse perituros
respondet Sap xii / Quis tibi imputabit
si perierint nationes quas tu fecisti
dicat nemo / Item Rom ix O homo
quis es tu qui respondeas deo numquid
dicit figmentum ei qui se finxit quare
me fecisti sic etc. / Vel dic quod in hoc 94
mirande sunt divitie bonitatis dei
que tanta bona donat eis quos
previdet esse ingratos / Similiter mirandum est
etiam perversitas hominum qui largitorem
omnium bonorum donis eius impugnat 95
Et nota similiter dei misericordia
et iustitia concordant / nam quos
dei misericordia creat nutrit regit et servat
ingratos de acceptis beneficiis miseri-
cordie iustitia dampnat / nec mirandum 96
si iustitia dei reddit peccatoribus quod
meruerunt / Similiter nemo miratur de eo
quod sol illuminat aut quod ignis calefacit
aut quod dei misericordia bonis beneficia tribuit
Unde non mirandum si iustitia dei eos
qui rebelles sunt deo punit / non enim
miratur aliquis si quod seminat
metat Gal vi / Que seminat homo
hec et metet / Et Ecc vii / non semines
mala et non metes ea / Job iv / Qui
operantur iniquitatem et seminant do-
lores metunt eos / De perpetuitate et equa-
litate penarum dictum est supra ibi Ad inferos

Et isti tamen celesti.

T nondum quod maius gaudium
e de aspectu divine iustitie
impatientia que ibi lucidissime conspi-
cietur quam esset gaudium ex omnibus
gaudiis hominum mundi si conflarentur

inibimus / omne enim gaudium et omnis
letitia pro magnitudine amoris quo in
deo est et pro magnitudine cogniti
onis que de deo est et pro magnitudine
ipsius delectabilis magnum est / Quia
igitur hec tria in patria ad tria sibi
proportionabilia sunt redundantia / scilicet
in via / infinita et super omnem proportionem
maiora ratio / Et gaudium eciam
in patria est infinitum ad gaudium ex
proportionibus eorum in via / Quia eorum que
sunt patrie sive glorie ad ea que sunt
vie nulla est comparatio in magnitudine
sive intentione / quare amoris ad a
morem et cognicionis ad cognicionem
nulla est comparatio Consimiliter necesse
quod apparebit tunc de divina iusticia
vel ira ad id quod de eadem nunc ap
paret in via / et ita de aliis que di
97 sunt / Illi ergo cum dyabolo penam
perpetuam / et isti cum Christo gloriam sempiternam
Sicut enim in eterna felicitate nulla
est diminutio vel remissio gaudiorum
Sic et in inferno nulla est mitigatio
aut diminutio tormentorum / Item
esse cum Christo Cum Christo cum quo erit
98 omnis letitia et exultacio quia tunc
videbimus eum sicuti est in quem deside
rant angeli prospicere / primo petri primo. Cuius
aspectus benignus facies decora elo
quium dulce / qui est delectabilis ad vi
dendum suavis ad habendum dul
cis ad perfruendum qui per se placet et
per se sufficit ad meritum et ad premium
nec extra ipsum quidquam aliud querendum
quia in illo totum quidquid est desi
derabile invenitur / Quare igitur angit
99 nos vesania viciorum sitire absinthium
huius mundi semper in naufragium
vite labentis pati infortunium sub pe
tyrannidis ferre dominium et non
magis anhelare ad felicitatem sanctorum
societatem angelorum ad excellentie

iocunditatem ubi est cumulus feli
citatis supereminens gloria et superha
bundans letitia totum cor hominis im
plens et satians beatitudine consumma
ta / Item Cum Christo / Contra machometum
qui cum sectatoribus suis promisit deli
tias temporales et illas satis ignomi
niosas et impuritas secundum quod dicitur infra
in eodem in fine ibi etiam beatitudine
Item contra Iudeos qui temporali et 70
litterali tantum promissioni inherent / Et contra
Arabicos qui dicunt animam in nullo
corpore / Contra quos dictum est supra ibi
Redditurus singulis Item Cum Christo 71
Cum quo sumus unum corpus / Romanos xii
Et ideo in Christo omnes recipimus omnes
ad celestia transmigramus / Est enim in
Christo homine humanitas scilicet unum caro
et sanguis et portio / Ubi ergo portio
mea regnat regnare me credo ubi do
minatur sanguis meus dominari me
sentio / ubi glorificatur caro mea gloriosum
me cognosco / Quamvis sit quis peccator 72
de hac communione gratie non diffidat quia
et si peccata nos prohibent substantia nos re
quirit et nature communio nos invitat
nam ipsa divinitate bonitatis peculi
arem nobis salvator debet affectum quia
sicut deus fuit in Christo est ita natura
nostra / Misericordiam igitur michi de
bet prestare divinitas [illegible]
exhibere debet affinitas neque enim tam
immitis est deus ut obliviscatur hominis
quem ipse gestat. quem causa miseren
rendi et salvandi suscepit nec
tamen obstinatur utrum indulgeat eum
in suis membris suis visceribus suis
Ephesios v / nemo carnem suam unquam odio
habuit sed nutrit et fovet eam sicut
Christus ecclesiam / Nos autem sumus membra
et caro Christi dicit apostolus Ephesios v hoc nunc
os ex ossibus meis et caro de carne

mea factum est magnum est ego autem
dico in Christo et ecclesia / Ad idem Sermo
Christo iuxta illud Matth. 25 / Venite bene-
dicti patris mei / Et secundum Augustinum
in libro de fide ad Petrum / Homines
quos hic deus dono gratie sue gratis
iustificat per fidem eisdem in fide et cari-
tate sancte matris ecclesie usque in fi-
nem perseverantiam donat ut suo ad-
ventui resurgant et glorificet secundum
promissionem suam equales angelis
sanctis suis faciat et ad eum statum
perducat quo perfecte quantum vivunt que
donat deus qui boni sunt et ab ista
perfectione deinceps mutari non possunt
Ubi diversa sanctorum erit gloria sed
una erit omnium vita eterna / Si queratur
13 quare potius elegit deus quosdam
ad gratiam suam et gloriam quam alios
Respondeo / Quia hoc faciendo nulli facit
iniuriam et voluntas sua optima
et liberalissima facit utrumque id est eligit
hos et ex opposito non eligit alios / et cuique
talis quaerit par inde est ac si queratur
quare deus non dedit tam splendorem
lune quantum soli / vel quare omnes stel-
le non sunt tante claritatis / vel quare
non sunt omnes homines reges vel
quare non sunt omnes lapides preciosi
aut carbunculi vel smaragdi 2us 18

Gloriam sempiternam

Gloria eterna est premium
quod consistit in visione
41 fruitione dilectione laudatione boni-
scilicet dei. Unde beati videbunt faciem
ad faciem hic enim vident ac sine ve-
lamine quo fruuntur unde ac delecta-
bilem quem etiam tenebunt eternaliter
iuxta illud Boeth. / Deus finis est
omnium pulchritudo lucis voluntati
multitudo pacis / memorie continua-
tio eternitatis fecit eam gloriam eternam /

ubi erunt bona corporis et anime
qualia nec oculus vidit nec auris
audivit nec in cor hominis ascendit
prima Cor. 2 d / De hac gloria dicit Augustinus
Quid amas caro mea quid desideras
anima mea ibi est quidquid amas et
desideras / Si delectat pulchritudo ibi fulge-
bunt iusti sicut sol / Matth. 13 c / Si
agilitas aut velocitas corporis cui
nihil obsistere possit ibi erunt homines
similes angelis dei Matth. 22 d / Si longa
et salubris vita ibi iusti in perpetuum
vivent / Sap. / Si satietas saciabuntur
cum apparuerit gloria tua / Si ebrietas
sobria / Ps. inebriabuntur ab ubertate
domus tue / Si melodia ibi angelorum
chori concinunt sine fine deo ps. [illegible] c
Si quelibet mundana voluptas ibi
torrente voluptatis sue potabit eos
Ps. / Si sapientia / ipsa dei sapientia
ostendet se ipsum eis / Ioh. 14 d / Si
amicitia ibi diligent deum plus quam
se ipsos quia illum et se invicem per illum
et ille se et illos ut se ipsum / Si concor-
dia omnibus erit una voluntas quia
nulla erit eis nisi dei voluntas /
Si potestas ibi erunt ita potentes sue
voluntatis ut deus sue nam sicut
potest deus quod vult per se ipsum ita
poterunt illi quod voluerint per se ipsos
quia sicut illi non aliud volunt quam
quod ille ita ille vult quidquid ipsi
voluerint et quidquid ille vult non
potest non esse / Si honor et divitie
ibi deus servos suos et fideles super
multa constituet / Matth. 25 / Primo
filii dei et dii vocabuntur / et ubi erit
filius eius ibi erunt et illi Ioh. 18
scilicet heredes quidem dei coheredes autem
Christi / Si vera securitas ibi certi erunt
numquam et nullatenus ista vel
potius illud bonum se defuturum

sicut certi erunt non sua sponte
illud se amissuros nec dilectum
sibi illud suis dilectoribus invitis
ablaturum / nec aliquid deo potentius
et invitum deum et illos separantem /
Interroga intima tua homo si capere
possint gaudium suum de tanta beati-
tudine / Si enim aliquis quem diligis
sicut teipsum eandem beatitudinem haberet dupli-
caretur gaudium tuum quia non minus
gauderes pro eo quam pro teipso / Si vero duo
vel tres vel multo plures idipsum
haberent / tantundem pro singulis quantum
pro teipso gauderes si singulos sicut te-
ipsum amares / Attende igitur quantum
erit gaudium esse cum Christo in gloria
sempiterna ubi innumerabilium hominum
et angelorum tanta erit societas
tam perfecta caritas ubi nullus minus
diligit alium quam seipsum / Et nota
71 quod sicut felicitas que electis dei
promittitur / non per partes eis reddi-
ta est neque pars post partem / sed
tota simul / alioquin non esset comple-
ta illa felicitas nec integra / Sicque
necesse est ut miseria tota simul
malos obtineat et affligat /

Quia ab hinc usque ad
finem agitur de uni-
tate ecclesie et ecclesiasticis
sacramentis contra illos
qui unitate ecclesie
catholice non credunt
vel qui eam impugnant contra quos di-
Una vero est generaliter 76
contra scismaticos / de quibus
24 q 1 Alienus a dono dei qui ec.
Et contra hereticos qui dicunt apud
se esse diversas ecclesias / Et contra
illos qui dicunt unumquemque in sua
fide vel secta posse ita bene salvari
Et nota quod una dicitur universalis
ecclesia fidelium / quia una unit in uni-
tate fidei et incredulitate articulorum
et sacramentorum et in una conformitate
signorum sacramentalium / Universalis
quia universos fideles continet in 77
Christo 24 q 1 Hec est fides / Item unius
universalis ecclesie radix est fides
Rom 1 Iustus ex fide vivit / Sicut
arbor ex radice Ipsa enim est funda-
mentum edificii spiritualis / 1 Cor 3 /
fundamentum aliud nemo potest ponere
preter id quod positum est / quod est
Christus Iesus / id est fides Iesu Christi / Ergo
prima congregatio ecclesie est ex fide /
per illam enim primo cognoscitur et
distinguitur ab ecclesia malignantium
Gal iii Cognoscite quia qui ex fide sunt
hi sunt filii dei / Premisit de fide per
quam ecclesia consistit / Heb xi Fides
est substantia sperandarum rerum argumen-
tum non apparentium Item una dicitur 78
collective vel simpliciter / Sicut multi
homines unus populus vel turba /
ipsa / secundum Augustinum Et sicut multa
membra unum corpus / Rom xii /
Sicut in uno corpore multa membra
habemus etc. 89 dis. Singula /

Et sicut multa grana unius panis
sit unum corpus multi sumus | ad Cor
x / Item una / nulla enim alia est
59 ecclesia nisi que apostolica est radice fir
mata / 24 q 1 rinud' / Ecclesia dei sic
ait 16 / Tu es petrus et super hanc
petram edificabo ecclesiam meam / 24
q 1 loquitur / Sancta romana sancta et
catholica est quia recte credit in deum
60 De quo dis q / prima / Nec due possunt
esse ecclesie / Quia una que corpus
xpi est constat esse ecclesiam que toto
nec in plura dividi non potest simul enim
cum ab ea quisque discesserit ecclesia esse
desistit 24 q 1 scisma / Et ideo nichil
sic debet formidare christianus quam separari
a corpore eius / Si enim separatur a corpore
xpi / non est membrum eius / Si non est
membrum eius non vegetatur a spiritu
eius / xi q 3 nichil Et 24 q a /
61 Quemadmodum / Et non ergo xpus est
caput ecclesie Eph v / Vir caput est
mulieris sicut et xpus caput ecclesie
Item xpus pastor est ecclesie Ioh x
Ego sum pastor bonus / Item prima petri
Eratis sicut oves errantes sed conversi
estis nunc ad pastorem et episcopum anima
rum vestrarum
62 Quod ecclesia sit corpus xpi / i Cor
vi / Nescitis quia corpora vestra membra xpi
sunt / Et xii / Sicut unum corpus
habet multa membra / et tamen omnia
membra unius corporis sunt ita et xpus
et nos in uno spiritu omnes in unum
corpus baptisati sumus sive iudei
sive gentiles sive servus sive liber et
omnes uno spiritu potati sumus / nam
et corpus non est unum membrum
sed multa Eph 1 / Et omnia sub
iecisti sub pedibus eius / xpm dedit
caput super omnem ecclesiam que est
corpus xpi et quasi vir caput est

mulieris / Et infra / Nemo carnem suam
odio habuit sed nutrit et fovet
eam sicut xpus ecclesiam / Item Eph
iiii c / Crescamus in illo per omnia
qui est caput xpus ex quo totum
corpus compactum et connexum
est / xpus dicitur caput ecclesie quia
sicut caput habet in se plenitudinem
sensuum et ceteris membris est con
forme prelatione ceteris et prestat bene
ficium influentie que ipsi capiti co
nectuntur / Sic et xpus habens in se super
habundantiam gratie nobis conformis
in natura omnibus ad ipsum accede
ntibus prestat beneficium gratie / Et
quia ad ipsum accedere est per fidem et fidei
sacramenta / et fides eadem in preteritis
presentibus et futuris / nam qui preibant
et qui sequebantur clamabant osanna
filio david ait in omnium preteritorum /
presentium et futurorum in xpo credentium
et in xpo regnaturorum est caput xpus
et per fidem copulantur xpo et per gratiam
ei influentem sunt membra xpi / Et sicut
distantia locorum non dividuntur sic
nec diuturnitate temporum separantur
Et per hoc omnes iusti ubicumque sint
et quandocumque sunt unum efficiuntur
xpi corpus misticum / et motum spiritua
lem suscipiendo ab uno capite xpo
influente secundum fontalem radicalem
et originalem plenitudinem omnis gratie
habitantis in xpo sicut in fonte / 63
Quod ecclesia sit ovile collige Ioh x
Alias oves habeo que non sunt
ex hoc ovili / Et non ergo sicut in 64
uno ovili diverse sunt oves diverso
caractere insignite diversis velleribus
operte quarum tamen unus pastor
unum est unum ovile ita in eadem
ecclesia in caritate sunt diversorum
professionum homines diversorum statuum
quorum tamen unus est pastor xpus

et quo Ioh. x. / Ego sum pastor bo-
Et omnes unum lac vel unam fidem habent
per Cor. iii. c. Lac potum dedi vobis
Et omnes sunt eiusdem ovilis scilicet
ecclesie / Sed non sic de hereticis. qui
in plures sectas sive ecclesias malig-
nantium sunt divisi. Item una
65 una dicitur ecclesia quia super uno
fundamento fundata et quia ab uno
cepit eius origo quia per unam colum-
bam unam perfectam unam electam signata
Et quia unum corpus in Christo / quia
uno spiritu per gratiam unita est et uni-
ficata et quia in una spe vocata
una fide una baptismate uni deo
uni domino ad serviendum coniuncta /
Licet autem una ecclesia et multitudo
incrementis fecunditatis extenditur
sicut unum lumen solis in multos
radios / et sicut una arbor in mul-
tos ramos et sicut unus fons in
multos rivulos / Sicut plenius habetur
24 q. 1 Loquitur / Item Una e[st]
Fidelium religio unde licet
66 Iohannes scribit ecclesiis
Asie. Et paulus pluribus
ecclesiis epistolas / ergo multa diversitas
invenitur in ecclesia dei / quia alii co-
niugati alii virgines alii continentes
in ea inveniuntur / Item secundum diversorum
ordinum varietates apparet quod videtur non
una esse / Respondeo / quod in eis que sunt
de substantia et veritate religionis
nulla est dissimilitudo nulla discre-
pantia. sed ex eodem procedit tota ista
varietas Sicut apparet in uno homine
qui ex eodem timore et amore dei
nunc peregrinatur nunc pascit pauperes
nunc induitur cilicio nunc secreto me-
ditatur nunc plorat coram domino /
Sic ex eisdem scilicet fide spe et caritate

et ex eadem interna religione procedit
ista varietas nec servus dei minus
intendit esse Christianus si a seculari vita
ad regularem transierit quo ut sunt
liberius serviamus et sublimius Christiani
nec intendit cultum dei in se minuere
sed augere prout dicit augustinus / Unde
sicut per eandem viam alius pedes alius
eques alius ornatus alius exoneratus
alius solus alius cum comitatu ince-
dit / Sic per eandem viam caritatis am-
bulant omnium ordinum professores / Licet
una fidei sive caritatis sunt diverse
hic sive modi vivendi et perveniendi
ad salutem / Ys. 55 / Sicut exaltantur
celi a terra sic exaltate sunt vie mee
a viis vestris / Item Act. xiii dicit paulus
Inimice omnis iustitie cur non de-
sistis subvertere vias domini rectas
Recte quia iuste et vere sunt hic tunc
Idem ait xiii / de semine quod fe-
cit aliud tricesimum aliud sexagesimum
aliud centesimum / Item Fidelium / 67
Bene dicitur fidelium quia congre-
gatio hereticorum non est ecclesia 24 q. 1 Sic
quia nec a Christo voluit accipere nec
ab eius apostolis assumpsit exordium
sed a paganis vel iudeis aut ab a-
postatis Christianis / Et quod congregatio
hereticorum non sit dei ecclesia patet Heb. xi
Sine fide impossibile est placere deo
Quod autem heretici sint sine fide patet
i Thim. 4 quod in novissimis temporibus
discedent quidam a fide per quos autem 68
possunt cognosci ostendit apostolus /
ibidem per duo / scilicet per prohibitionem nup-
tiarum et per doctrinam abstinendi a cibis
quos deus creavit / Que duo heretici
faciunt / Ad idem per Petri ii et i Ioh.
ii / Nunc antichristi multi sunt unde
scimus quia novissima hora est ex

nobis exierunt sed non erant ex nobis
Ad idem Act xv et xx / Ex quibus omnibus
patet quod hereticorum et congregacio eorum
non sunt ecclesia dei neque particularis neque
universalis / 24 q 1 Scisma in fine

69 **Universalis** · dicitur quia per uni-
versum mundum diffusa /
Aug ubi s. / Emittes in mundum
universum / ps In omnem terram exivit
sonus eorum vel dicitur synagogam
70 iudeorum que de uno populo tantum est collecta
Synagoga grece congregacio latine
et dicitur a syn quod est con et agoge co-
gregacio vel congregare / vel dicitur con-
ventus sive collectio / Et quamvis est sy-
nagoga dicta ecclesia / sed numquam ecclesia
in scripturis est dicta synagoga /
congregari enim dicuntur pecora /
vocari non homines / Et ideo merito
temporales bestiales coacti adherentes sy-
nagoga dicuntur / Racione vero temporum
sensuales spiritualia sencientes ecclesia
dicuntur / Item universalis propter univer-
salia precepta ei data / Synagoge
autem data sunt precepta particularia
et particulari genti quia uni genti
tantum / particularia condicione quia liberis
tantum / particularia sexu ut circumcisio tantum
masculis / precepta autem que data sunt
ecclesie universalia sunt quia imobilia
et omni genti et sexu et condicione
proposita enim non est iudeus neque
grecus non est servus neque liber
non est masculus neque femina omnes
enim unum sumus in Christo Ihesu Galat 3
Item universalis dicitur universis
infirmitatibus spiritualibus universorum
hominum sufficienter continet re-
media scilicet septem sacramenta que
sunt baptismus confirmacio eucharistia
penitencia ordo extrema unctio matrimonium

Item universalis quia colligitur
ex omni tribu et lingua et populo
et nacione / Apo 5 / Et ideo unitas
ecclesie late patet in sacramentorum
societate in communione quia complectitur
iustos et iniustos / ut post dicetur
Ecclesie / Rom 6 / Item universalis

Ecclesia predicta sancta et 71
catholica dicitur quia recte
credit in deum / ut post dicetur
prima q / Ecclesia / nota quod duplex
est ecclesia in hoc mundo / una est
ecclesia electorum / laus eius in ecclesia
sanctorum / Alia est malignancium
de qua ps / odivi ecclesiam malignancium
Si queratur quando incepit ecclesia 72
dei Respondeo quod incepit a primo
iusto abel / unde Mt 23 veniat
super vos omnis sanguis qui
effusus est super terram a sanguine
abel iusti / dicitur autem incepisse
potius ab abel quam ab adam /
quia abel fuit primus iusticia
continuata non interrupta per lapsum
peccati ut ostenditur ecclesia dei quod omnem
foret et numquam desitura / Abel dicitur
principium ecclesie triplici de causa
scilicet quia iustus quia virgo / 73
quia martir Quod autem ecclesia
fuit ante Christi adventum patet /
Act 26 / nichil extra dicens quam
ea que locuti sunt prophete / Item 2
Cor 4 / habentes eundem spiritum sicut
scriptum est Credidi propter quod locutus
sum et nos credimus propter quod et loquimur
Una ergo et eadem fides fuit in
antiquis sanctis ante adventum
Christi / et in illis qui post fuerunt /
sed illi credebant Christum venturum
nos autem credimus illum iam

venisse et sic mutantur tempora et non
fides / Unde nota quod qui fuerunt ante in
carnacionem Christi fuerunt quasi electi mi
lites qui venturi regem Christum contra
dyabolum pugnaturi quasi in acie
precedebant qui sanctificabantur et
muniebantur sacramentis illius temporis
quasi clibeis armis et circumcisionibus / quod quidem operabantur in
illis oblaciones et sacrificia me
diante fide et postea sub lege scrip
ta circumcisio / et sub gracia baptismus
qua per hoc aperto tam originali
quam actuali iustificabantur / de consecratione
dis. 4 c. cum autem ap / eodem capitulo sequenti
Sed iam celestis regni ianua non
fuit eis aperta donec Christus aperiret
meritum cum sequentibus ut apparet /
Tamen in sinu abrahe et in tranquil
litate et requie servabantur / Qui
vero post incarnacionem venerunt sunt
quasi milites Christi regem suum pre
cedentem sequentes habentes sacramenta
fidei tamquam arma cum quibus pro Christo contra
vicia pugnant / Sicut enim sancti
fuerunt tempore naturalis legis scilicet annorum
et usque ad Christum sive tempore gracie
scilicet a Christo usque ad finem seculi omnes
unam fidem habuerunt et uni regi scilicet
Christo militaverunt unum tyrannum dyabolum
superaverunt qui genus humanum de
cepit fraudulenter et detinuerat vio
14 lenter / A Christo ergo incepit ecclesia que
modo dicitur Romana / extra de
c. 18 / Tu es petrus et super hanc
petram edificabo ecclesiam meam /
Petrus igitur successit Christo Clemens
petro / et sic de aliis usque in fine
15 seculi / Contra hoc opponunt heretici
quod Silvester papa non successit Christo
sed Constantino imperatori / a quo dotacionem
induerunt / c. 20 / Secundo quia prin
cipes gentium dominantur eorum et qui
potestatem habent super eos benefici vocantur

Item / Christus fugit regnum huius mundi
Joh. 6 / Et ipse dicit Joh. 18 Regnum
meum non est de hoc mundo / Quomodo ergo
successit Christo cum non servavit dotaci
onem ut dicunt heretici / Unde quod beatus
Silvester successit Christo in auctoritate
pontificali / Constantino non auctoritate
imperiali ut patet ex privilegiis Ro
mane ecclesie successis / Et 96 dis. Con
stantinus / Et sic sunt completa prophecia
Danielis 7 Regnum autem et potestas et
magnitudo regni quod est super omne
celum detur populo sanctorum altissimi /
Christus autem auctoritatem huius mundi
habuit sicut ipse ait Mt ult. / Data
est michi omnis potestas in celo et in terra
Et prov. 8 / per me reges regnant / Dan.
2 / Deus celi regnum et fortitudinem
et imperium dedit tibi / Nec in predicantibus
hoc negatur / sed ambicio
huius fugienda / nec regnum Christi est
de hoc mundo / quia mundus iste est
de regno suo / Sicut non dicitur quod
regnum aliquod vel imperium esse de aliquo
vili domuncula in regno vel imperio con
tenta sed potius econverso / Item oppo 16
nunt heretici contra ecclesiam romanam
ut ecclesie plures sibi debent preponi
ut Nazareth quia ibi Christus incar
natus est / et Bethleem quia ibi
natus est / Et Jerusalem quia ibi passus
est / Item Antyocena ecclesia esset pre
ferenda quia prima fuit et a multis
apostolis dedicata et quia ibi nomen
Christianitatis incepit / dis. 22 / Sacrosancta
Et quia petrus primo fuit ibi omnibus
apostolis prelatus et primo ibi presidit / dis.
21 / in novo / Unde quod licet predicte
ecclesie sint venerabiles propter ea que ibi
gesta sunt / tamen romana omnibus
est preferenda quia petrus ibi fuerat
a Christo caput ecclesie constitutum in urbis
et eius vicarius institutum et claviger

N

effusus / et post ascensionem Christi diuisit ab apostolis diuersis climatis et princeps omnium profuit / Et quia fuit ab diuersis statutum communiter ut tam ipse quam quilibet successor illius esset princeps et caput omnium ecclesiarum / ut 21 dist. / in nouo / Et 22 / Sacrosancta / post uero eo inspirante diuina gratia romam venisset et ibi diu predicasset et uellet inde recedere Christus sibi apparuit dicens quod veniebat romam iterum crucifigi quo audito intellexit qua morte clarificaturus esset deum / Et eo reuersus esset roma ab vniuersis fidelibus qui ibi aderant electus est et assumptus in principem omnium / cum rexit ecclesiam per 25 annos et menses septem diebus octo sicut in Cronicis inuenitur / Et rome pro fide Christi fuit crucifixus cum quo martirio associatus est paulus / Et ergo ita romana fides et sedes tantorum apostolorum est martirio dedicata et eorum principatu sublimata merito omnium ecclesiarum obtinet principatum et ab ipsa tamquam a domina et magistra omnes ecclesie fidei credi tune debent accipere disciplinam / dist 22 / Sacrosancta / Et ubi fuerat caput superstitionis fiet ibi caput sanctitatis / et ubi fuerat totius orbis principatus ibi esset caput totius Christianitatis dominium ac religionis Et ubi fuerat cultura demonum ibi esset cultura diuinitatis / et ubi gentiles principes habitauerunt illic ecclesie principes habitarent / Sic igitur impletum est quod Christus predixerat petro / Tu vocaberis cephas quod interpretatur petrus / Et ideo ubi petrus electus fuit in summum pontificem / ibi pro fide Christi martirio est coronatus ubi quiescit corporaliter ibi debuit caput Christianitatis merito collocari / propter hoc qui romanam spernit ecclesiam hereticus iudicatur

24 q. 1 / Haec est fides / et dis 19 omnis quotiens enim de arduis negotiis agitur vel de fide questio oritur ad papam est recurrendum et quod ipse diffinierit firmiter est credendum / 24 q 1 Quotiens / et 12 de preceptis de gratia agitur summo pontifici et agitur infra ibi / Secundum claues ecclesie quas ipse concessit apostolis / Item opponunt heretici quod ecclesia romana facit iurare contra preceptum dei ait v s / Ego dico vobis nolite iurare / Et Jacobus 5 / Ante omnia fratres mei nolite iurare / Respondeo quod non dicit simpliciter / dico vobis nolite iurare / sed addit / omnino / Vnde non vetat iurare per deum / non enim dicit / neque per deum / sicut dicit per celum / Sed ut Gregorius dicit / usum iurandi prohibet / Et ideo exponunt / omnino i. omni tempore vel loco vel modo vel per omnem rem / Et ideo in greco olon i. totum vel omnino i. per omnem rem vel sine causa vel merito isto / sicut credo bona fide vel omnino i. penitus sicut et constancias omnes / Eodem modo Iacobus voluntatem et usum prohibet etc. non ante omnem creaturam quam celum et terram deus ad ministerium sibi creauit non hominibus ad iurandum / per solum enim deum iurandum est / deut 6 et exodi / Et ys 40 s / Et ita qui iurat per celum et terram vel per aliam creaturam quasi deificat illud per quod iurat / et sic ydolatriam facit et maiorem facit creaturam quam deum ad hoc quod ipsum creatorem deum / Hebr 6 / Cum non reddit deo iuramentum suum sed elementis dupliciter peccat / primo quia non reddit deo iuramentum iuxta illud reddas deo iuramenta / ait v / Secundo quia deificat illud per quod iurat / Et ante iurandum post deum patet questione 1 c / ubi ponuntur tres comites iuramenti et forma iurandi / Item questione 20 s / ad

al

a8

idem 22 q 2 c 2 / cum autem possit iu
rare sine peccato ex hoc patet quia
iuravit ipse deus ys 62 / heb 6
Et precepit iurare deut vi d / et x g /
Item deus iuravit noe gen ix / ite
abrahe / gen 22 / luc 1 g / act ii c
Item iuravit xpus Ioh xii d
me ante dies uestros iuravit angelus
apoc g / iuravit paulus rom 1
ii cor 1 g / ii thim e / a / item iura
vit patriarche abraham gen 19
a iuravit ysaac / gen 26 g / Et ia
cob gen 24 / Et fecit sibi iurare
esau / gen 24 cum autem sit iurandum
patet per ps laudabuntur omnes qui
iurant in eo item / cum iurat proximo
suo et non decipit item iuravit
dns et non penitebit eum / item
ag Ecclia / duplex est eccia / una que
constat ex vivis lapidibus que
est totus cetus sanctorum vel omnes
congregatio illorum / [illegible] hic / et in apocalip
vii d / iudicum xx a / Et dicitur gl / dis
/ Ecclia i · catholicorum collectio
huius triplex est status / primus triumphantium
qui iam regnant in celo
alius militantium qui adhuc pre
gravatur in terris / tercius expectantium
qui adhuc expectant in purga
torio premia / alia ecclia constat
go ex mortuis lignis vel lapidibus
et se habet ad alteram ut figura
ad veritatem / et cultus eius ad cul
tum illius cuius sicut eccia se habet
ad ecclesiam sic cultus ad cultum
heb viii / vide inquit omnia facito
secundum exemplar quod tibi monstra
tum est in monte / Et non exem
plar sine figuram sine similitudinem
materialis eccie ad spiritualem / Sicut
enim in materiali eccia de silvis et
lapicidis ligna et lapides producuntur
Sic in spirituali de medio errantibus

predicatione verbi dei credendo fides
et fideles ab erroribus abrumpuntur
Et sicut in materiali eccia per manus
artificum dolantur complanantur et
poliuntur / Sic in spirituali per sacramenta
eccie ministerio sacerdotum baptisantur /
informantur et gratificantur / Et sicut
ibi ad hoc ut sit domus dei ligna et
lapides cemento compaginantur et co
iunguntur / Sic et hic fideles caritate
uniuntur et connectuntur sibi invicem
certo ordine per dilectionem pacifice cohe
rentes item / Sicut in materiali eccia
dum ceduntur lapides et ligna dum
dolantur formantur et coaptantur labor
et cura est / Cum autem post edificium
dedicatio celebratur exultacio et se
curitas curis et laboribus succedit
Sic et in spirituali / dum ex dissimili
vita homines segregantur ad fidem
tunc quidquid prius est amputatur co
nec fiunt apte pacifice preceps inter
temptationes timetur et tribulaciones
sustinentur / Cum vero advenit dies de
dicationis domus eterne tunc erit
securitas et exultatio cum dicetur nobis
venite benedicti / huius eccie funda
mentum xpus est / lapides superpositi
sunt fideles / fortes / columpne sunt
apostoli epi et doctores / huius eccie edi
ficium erit in iudicio in sua perfectione
consummatum / ad cuius decorem erit merces
priorum / et gloriam varietas / Sicut modo
est varietas ordinum et professionum
ad decorem eccie / nec diversitas professionum
contrarietate est aut repugnantium
que decorem in toto vel corrumpet vel le
vitet vel impediat / Sic nec varietas
membrorum aut officiorum ipsorum ledit in
aliquo decore corporis humani non vari
etas virtutum aut operationum decorem
animarum humanarum immo pocius illa
exornant perficiunt et componunt

O

Quia vero heretici detrahunt de
dicacioni ecclesie materialis
irridentes que in dedicacione
fiunt et dicuntur ad confusionem in
fidelium et ad edificacionem fidelium
quid illa significent plenius ostendo
Christus igitur studio et amore spiritus
vniuersalem ecclesiam id est fidelem animam
ut sponsam sibi ornat et preparat
ad celeste dedicacionem per temporalem
ecclesie dedicacionem ex parte figuratur
pontifex enim ter circuit ecclesiam de
dicandam aspergens eam aqua bene
dicta clero et populo prosequente intrinsecus
interius et extrinsecus duodecim
ardent luminaria cuiuscunque veniunt
ad portam primum mysterium clausa episcopus
percutit superliminare virga pastorali
dicens Tollite portas principes vestras
et dyaconus intus innuit quis
est iste rex glorie Cum episcopus dominus
virtutum ipse est rex glorie Tercia
vice reserato hostio intrat cum cla
more et populo dicens pax huic do
mui deinde cetera peragit que ad dedi
cacionem pertinet Que ante hec fiunt
visibiliter omnia in anima invisibiliter
dei gracia operatur que vere dei templum
est ubi fides fundamentum iacit
spes erigit caritas consummat ipsa eciam
ecclesia catholica ex vivis multis la
pidibus id est fidelibus adunata templum
dei est per corpus Templum dei sanctum est
quod estis vos Et multa templa
vnum sunt templum Cor vnum
dominus et vna fides Ephesios quarto Domus
igitur dedicanda est anima ala sanctificanda
aqua prima Sal sapiencia Trina asper
sio trina inmersio baptismi lumina
ria duodecim apostoli Circuitus mysterium
predicacionis id est doctrina symboli duo
decim articulorum pontifex Christus
virga eius potestas Trina percussio
celestium terrestrium et infernorum

ducacio Vel trina percussio machina
ciuium flectat subdita Interrogacio
michi ignorancia populi Apercio hos
tii euacuacio peccati pontifex intrans
pace dominum precatur Christus ingrediens
mundum id est animam pacem inter deum et
hominem operatur deinde prostratus
episcopus pro sanctificacione domus orat
et Christus humiliatus ad passionem
pro discipulis et omnibus credituris
orabat dicens pater sanctifica eos
in nomine tuo Surgens non salutat
sed orat deum quia non est applaudendum
hiis qui nondum sanctificati sunt
sed pro ipsis orandum Descripcio alpha
beti in pavimento est simplex doctrina
fidei in corde humana Versus in si
nistro angulo orientis ductus in dex
trum occidentis alter a dextro orientis
in sinistrum occidentis crucem exprimunt
et collectionem utriusque populi signant iux
illud quod Iacob cancellatis manibus
filium primus Ioseph benedixit Genesis
48 Cambuca qua scribitur mysti
cat mysterium doctorum quo facta est conuer
sio gencium et perfidia iudeorum Sed de
inde stans ante altare deum in adiu
torium invocat signans eos qui precepta
fide ad pinguia se prebent Et quia
adhuc sunt in tenebris quasi inter
suspiria nullum alleluia adiungitur
post hec aqua benedicitur cum sale
et cinere addita vino aqua mixto
aqua est populus Sal doctrina cinis
memoria passionis Christi vinum aqua
mixtum Christus deus et homo Vinum
diuinitas aqua humanitas Sic
populus sanctificatur doctrina fidei et
memoria passionis Christi iuncta capiti
suo et homini Christo maritatur Et ecclesia
interius aspergitur ut interius sicut exte
rius materialis ecclesia sanctificanda ostendatur
aspersorium de ysopo humilitas est
Christi quo aspersa mundatur ecclesia catholica

Circuit aspergendo quasi lustrando
circum omnibus imprecans intim-
cantur / Exurgat deus et dissipentur
inimici eius / Cum antiphona / Ecce
Alleluia / Ps Cum clamat mandato
Tunc pontifex canit / Domus mea
domus orationis vocabitur / Ps / Narra-
bo nomen tuum fratribus meis / Et quia
sine deo nullum opus perficitur. In consu-
mmatione orat ut exaudiantur ingredientes
beneficia petituri / Hijs factis veniat
ad altare cantans / Introibo ad altare
dei cum Ps / Et quod remansit de aqua
ad basim altaris effundit committens
deo quod excedit vires humanas
in tanto sacramento / Deinde altare
linteo extergitur / Altare Christus est
altare tunc eius lintheum tersionibus
passionum ad candorem et gloriam immor-
talitatis perducta / Tunc pontifex of-
fert super altare thus incensum in
modum crucis et in medio altaris per
quatuor angulos et facit cruces de oleo
sanctificato / Deinde cruces tres per
singulos parietes ecclesie eodem oleo
crismatis / Sic facta consecratione
altare albo velamine operitur / Intersi-
gnones / oleum gratiam spiritus sancti
demonstrat / cuius plenitudo sicut vn-
guentum in capite quod descendit in
barbam aaron id est in apostolos eorumque disci-
pulos / qui crucis mysterium per iiijor
climata mundi domino cooperante predi-
caverunt / Album velamen immortalitatis
mysticat leticiam / de qua filius ex-
ultat dicens in Ps / Conscidisti sac-
cum meum et circumdedisti me leticia
Ecce qualiter dedicatio ecclesie materialis
signat dedicationem id est sanctificationem ecclesie
spiritualis id est congregationis fidelium
2 vel anime fidelis / Et nota quod dedicare
dicitur deo dicare id est consecrare sive co-
pulare deo vel perficere vel initiare id est in
novum usum assumere iuxta illud

Deut xx Quis est homo qui edifi-
cavit cepit domum non perficit vel non
est in usus / Dedicare autem compo-
nitur a de et dico dedicas quod est copulo / vel sacrare
vel sancire / Dedicare igitur ecclesiam est
eam copulare deo vel consecrare vel
sancire vel perficere vel in usum et servicium
eius assumere / Per predicta patet igno-
rantia stultitia et malitia hereticorum
cum dicunt quod materialis ecclesia non est
bona nec ibi orandum / Innitentes Jo
Joh 4 c. Veniet tempus quando nec in monte
hoc neque iherusalem adorabitis deum /
Veri enim adoratores adorabunt deum
in spiritu et veritate / Unde dicunt quod lo-
cus ad orationem non pertinet / Cum sicut
deus est ubique sic potest adorari ubique
et ubique orari / Quod enim operantur
ut dicunt parietes ad supplicandum
illi qui ubique est / Ipse Christus etiam
in deserto oravit / Et dicendum quod licet
tempus vel locus non sit de substantia
orationis est tamen de circumstantia
et ad hoc instituta ut ratione loci vel
temporis humana devotio excitetur
/ Christus autem in deserto oravit ad de-
monstrandum / ad demonstrandum quod ubique
potest deus orari / et ut ostenderet quod homo
a tumultu cogitationum secularium fu-
giat quando orat / Ait enim / Tu autem
cum oraveris intra in cubiculum et clauso
hostio ora patrem in abscondito / Hostium
hostium interius est carnalis sensus
per quos enim sensus corporis exteriora in-
ipse sibi ingerunt intrat mors per fenes-
tras nostras / Et ideo claudendum ne va-
gentur ad exteriora / Clarum enim est
intrare cubiculum si hostium pateat co-
gitationibus importunis et fantasiis
quibus oratio impeditur / Quod tanto vi-
detur gravius quanto facilius est
claudere vel avertere aures vel oculum
ut sic huiusmodi fantasia repellatur

Item opponunt heretici dicentes quod deus
non habitat in templo manu facto
Respondeo quod non edificamus ecclesias
ut deus ibi localiter contentus ha
bitet sed ut ibi colatur devocius
3 Regum vi et viii / Et ii paralipomenon vi et
vii cap. Item / obiciunt quod apostoli
3 tales ecclesias non habuerunt / Respondeo
quod propter persecuciones nondum poterant
habere / Et quod templum sive materiale
eciam sit locus oracionis patet 3 Regum
8 et 9 / Et ii paralipomenon 6 et 7. Quod autem
honestum sit habere huiusmodi basilicas
patet cuilibet sane mentis / Si enim
debet habere locum deputatum et certis
usibus specificatum ad sumendum
qualem cibum corporis cum tanto fortius ad
sumendum talem cibum mentis / Unde
dominus ostendit Joh. ii sibi displicere lo
cum oracionis fieri locum negociacionis
et approbat basilicam sive materialem
domum oracionis / Patet tunc eiusdem racionibus
auctoritatibus et exemplis. Quia eciam
materialis est necessaria propter significacionem
non eciam materialis et ea que ibi
sunt et fiunt significant spiritualem / et ea
que in ea esse vel fieri debent / Heb.
viii / Et ideo notatur eciam quia ecclesiam
et congregacionem fidelium continet
Et ponitur continens pro contento / Sic ibi
illum que occidis prophetas / Mt. 23 /
Item propter hoc quia ibi ibi clerici et
populus in fide et moribus instruuntur et
ad laudem dei et oracionem devocius
provocantur / propter rememoracionem beneficiorum
dei et aliorum mirabilium / sicut est re
presentacio dominice passionis et huiusmodi / et
qualis est representacio gestorum que appa
rent in picturis et sculpturis ecclesiarum
vitrarum / de quibus de cons. dis. 3 placuit
venerabil. / Huiusmodi picturas ymagines
9 et figuras reprehendunt heretici dicentes
ydolatras qui talia faciunt contra
dominum / Exo. xx / Respondeo quod mandato
domini fecit moyses duos cherubin
aureos / Exo. 25 / Item salomon
sculpsit ymagines et cherubin in
tabulis ereis 3 Regum vi / Item moy
ses de precepto domini servavit manna
Exo. 16 / Item filii israel servaverunt ser
pentem eneum quem de mandato domini
fecit moyses / Num. 21 / Que tamen ser
vata fuerunt non ut adorarentur sed ut
essent in memoria dei / Similiter et
nos servamus cruces ymagines
et picturas sanctorum non ut adoran
tes sed ut venerantes et recolentes
divina beneficia que talia significant
/ de cons. dis. 3 placuit venerabil. / Unde
et Christum depingimus presidentem in throno
ad designandum sue omnipotencie ma
iestatem / Item in gremio matris
sedentem / ad declarandam incarnacionis
eius humilitatem / Item in cruce pendentem
ad designandum eius passionem / Item
maiestate eius manus perforatas
hinc et gladium bis acutum more
ad ostendendum universale iudicium
quia eius sentencia erit quasi gla
dius scindens et separans bonos a
malis cum dicet bonis / Venite benedicti
et malis ite maledicti / Si obiciunt
heretici dicentes / quomodo adoramus cru
cem dicentes / Crucem tuam adoramus
domine / Respondeo quod adorare aliquid est
idem quod aliquid ponere alto quod adoratur
et sic non adoramus crucem / Item
adorare est idem quod venerari sive hono
rare / et sic adoratur iuxta illud ps.
Adorate scabellum pedum eius quoniam
sanctum est / Item adorabo ad templum
sanctum tuum / Item obiciunt heretici quod
ignominiam Christo et nobis ipsis facimus
quoniam crucis ignominiam adoramus

et fronti nro imprimimus / Unde
quod illa ignominia est nra gloria /
Galat v / et ult / Michi autem absit
gloriari nisi in cruce dni nri / Item
p̄ petr ii / Qui pecca nra in corpore suo
pertulit sup crucem / Ad idem p̄ corinth
b viij / Et ii corinth viij / Crucis enim
nos facimus in fronte et in vultu
quia non erubescimus / Ecclesi / Signatum
est sup nos lumen vultus tui
/ Vultus patris dei filius in quo apparet
voluntas et amor ipsius ad nos /
Lumen ipsius est crux quia fides et
crux xpi illuminat credentes / enim
cum ante signandi sumus in fronte
patet apoc ii et viij / et apoc 22 / Ex
emplis etiam patrum novi et veteris
testamenti / Ad habenda materialem
etiam informatur moyses qui ex p
cepto dei fecit thabernaculum / Exo 24
et 26 / Salomon templum iii Regum vi
et ix / ii Regum viij / Act xv / dicit moy
ses a prioribus antiquis habet in singulis
civitatibus qui eum predicent in syna
gogis / patres etiam novi testamenti
habuerunt materialem ecclesiam / sicut patet
Isaie xl / Domus mea domus orationis
vocabitur / Luc 9 et 19 / Mat 21 / Cum
intraret ihesus in templum eiecit e
mentes et vendentes / Item Mat 26
Cottidie apud vos eram docens in
templo / Luc 1 Ingresso zacharia tem
plum dni apparuit / Luc in fine / Post
ascensionem dni erant apli semper in
templo laudantes et benedicentes
Item Joh ii / Auferte ista hinc et no
lite domum patris / Item 16 Absque syna
gogis facient vos Item p̄ corinth vi
convenientibus nobis in ecclesia dei audio
scissuras esse / Et in eodem / Nunquid non
habetis domos ad manducandum et bi
bendum / aut ecclesiam dei contempnitis
Item Act 3 / Petrus et Johannes

ascendebant in templum ad horam orationis
nonam / Item Act ix Ingressus paulus
synagogam docens quia hic est fi
lius dei Item impugnat hereticos con a
tra ecclesie indicentes Mat vi / Cum
oraveris intra in cubiculum tuum / Unde
est nec prohibitum xpo hoc aliter orare
quod si non habeat cubiculum quod si in
cubiculo non sit clausura / Et veneca
tum quis vult orare devote debet
intrare cubiculum cordis et claudere hos
tium sensuum et corde puro et consciencia
bona et fide non ficta debet orare deum
in spiritu et veritate Joh 4 / Cubiculum
est cordis secretum vel secretus me
tis archanum / hostium carnalis sensus
per quem habet exteriora vel turbe fantasmatum
improbe se ingerunt / quibus resisten
dum est ut oratio spiritualis dirigatur
ad deum / Cum autem cantandum et psal
lendum sit in omni loco nocte et mane
nobis / patet p̄ thim ii / Volo viros
orare in omni loco levantes puras
manus sine ira et odio ad proximum
Ad idem Act xvi / Et quod in omni tempore g
sit orandum Item reprehendunt
prolixas orationes indicentes illud Mat
vi / Nolite multum loqui in oratione sicut
ethnici faciunt / Unde cum multum
orare non prohibuit qui etiam filius in
agonia prolixius oravit / Luc 22 / Et
in oratione pernoctavit / Luc vi 6 / Et qui
docuit semper orare et non deficere Luc 18
a / Sed sicut ethnici faciunt i. ea in
tentione qua gentiles / Et exponit
intentionem / putant enim quod in multi
loquio suo exaudiantur / quasi persuasi
bilibus verbis deus doceatur et nulceatur
et si absens est moveatur et verbis in
cantationibus doceatur / Item dicunt non
esse cantandum nec orandum pro
defunctis orationem / cum sic docuit xpus

O

mt vi. Unde quod licet formam orandi
dederit tamen non prohibuit devote psal
lere seu orare / sed ethnicis assimilari
ut ex littera patet ibidem / Ethnici sive
gentiles multiloquio intendunt /
putantes quod sicut orator indiget sic
possint deum flectere verbis et quod nesciret
deus quid peterent nisi verbis illorum in
strueretur / Quia infidelitatem xpus
dampnat sed non multas lacrimas
multas obsecrationes in cordis puri
tate quod sancti faciunt / Et idem fecit
cum in oratione pernoctavit / luc vi / Et
ut monet in alia forma verborum oravit
ut patet Joh xi c / Et 17 per totum / Et
luc 22 d / Et 23 f / Et mt 23 c et d
et 21 e / Et act 17 c et d / Et 17 c / Et
quod psalmis ympnis et canticis
spiritualibus sit orandum et cantandum
docet apostolus Col 3 / Et quod obsecrationes
et orationes postulationes et gratiarum
actiones debent fieri pro omnibus patet
1 thim 2 / Et quod instandum sit die ac
nocte in hiis / 1 thim 2 / Et quod sine
intermissione sit orandum 1 Tess ult 5
9 Item representant thurificationem ecclesie
juxta illud ys 66 / qui recordatur
thuris quasi qui benedicat ydola
Item ys incensum abhominatio est
michi / Unde quod loquitur pro tempore
adventus in quo legalia cessarunt
10 Ecclesia vero non thurificat modo juxta
legem sed juxta ecclesie edificationem et
significationem tipo 8 Item ecclesia dicitur
domus dei / 1 ad thim 3 f / Heb 3 b
Item dicitur columba sponsa ortus
conclusus fons signatus aque vive
paradysus cum fructu pomorum / 29 q 1
omnibus / Cant 2 et 4 Cuius creator
tor et exornator et fructificator
spiritualium largitor est deus / Item
11 dicitur Archa noe in qua mundi diluvia

et mundi / 29 q 1 Quia ex sola /
cum Veteris / Et gen vii / Et quae quanto
amplius crescunt aque tanto am
plius exaltatur / Et que licet undique
inundatur fluctibus mergi tamen non potest
Hanc archam construxit sibi xpus et
xpus humeris ligamina crucis portavit
et arte ac ingenio mirabili ex
passione compaginavit de lignis le
vigatis per puram munditiam de lignis
politis per virtutum splendorem et gratie
plenitudinem / de lignis compaginatis
per ubi unionem / Item ecclesia dicitur
regnum celorum in quo sunt virgines
prudentes et fatue / mt 24 / Hoc regnum
regit rex regum et dominus dominantium
ihesus xpus apo xix / Hoc regno regnat
nat beata trinitas / cum potentia pa
tris cum defendit ab impugnationibus
Sapientia filii cum docet misericordie et moribus
Bonitas spiritus sancti cum conservat
ut concordia caritas et unitas /
Item dicitur Ager ubi zizania mix 13
ta cum frumento mt xiii / Et 29 q 3
nodum / Item dicitur navis que
marinis fluctibus agitatur / 23 q 1 non 14
turbatur / Et naviculam petri mt 14
Item Area ubi palea cum granis
mt xiii / Item dicitur Sagena sive 15
rethe / ubi boni pisces cum malis /
mt 13 / Item ovile ubi hedi cum
agnis Joh x / Item domus dei qui
tamquam patrisfamilias victum et vesti
tum spiritualem ibi famulantibus sibi
providet / Et quia ibi varia familiarum
tum vasa contumelie et honoris
Rom ix et 2 Tim 2 / non tamen desti
di sunt boni propter malos ymo potius
collerandi sunt mali ubi non possunt
corrigi vel puniri / 23 q 1 quamvis 16
Item dicitur Civitas mt v / non potest
civitas abscondi supra montem po
sita / Civitas quasi civium unitas

Omnia sub eodem rege deo et sub eade
lege fidei ibi viuunt sc fidei adinuicem
adminantes In hac ciuitate summus
dispensator papa xpi vicarius sub
quo ceteri magistratus et officiales
17 Item dicitur ager et vinea cuius hag
cola deus / mt xx ite et vos in vi
neam meam / huius vinee tot sunt
palmites quot sunt fideles a principio
mundi usque in finem / Ad cuius cultura
missi sunt operarii quasi mane ab
adam usque ad noe / hora tercia a noe
usque ad abraham / sexta ab abraham
usque ad moysen / nona a moyse usque
ad xpm / vndecima ab aduentu xpi
18 usque ad finem seculi / Item dicitur tha
bernaculum / ps sanctificauit thab
naculum suum altissimus Item dicitur
templum / apostolus templum dei estis / i cor iii
19 Item dicitur exercitus propter certamina
et bella agentium contra vicia et
errores / cant vi / terribilis ut castrorum
acies ordinata / Item dicitur soror spon
si et amica cant ii / Item dicitur tha
lamus / ii ad corinthios / Item dicitur colum
na et firmamentum veritatis i thim iii
f / Item vniuersalis ecclesia / in qua sunt
homines boni cum malis / sicut pisces
mali cum bonis in sagena / sicut
zizania cum tritico / mt 13 / Item sic
ouium in ouili ubi multi sunt vo
cati pauci vero electi / mt xx ite sicut
virgines fatue cum prudentibus / mt
25 / Item sicut vasa contumelie et ho
noris in domo magna / Rom ix / ii
thimotheum ii Item sunt homines mali in
ecclesia sicut in corpore hominis humores
mali qui iudicium exeunt a corpore / de
consecratione dist ii qui est vnitas / ite sic manus
arida sine sanguine est membrum cor
poris sed inefficax et mortuum / sic
fides cum sit vera tamen sine operibus
mortua est / 191 sicut origenianis

et iacobite corrupta sacramenta por
tant et celebrant / sed segregati ab
vnitate corporis xpi formam habere pie
tatis possunt / virtus non insensibilis
et spiritualis inesse eis non potest quemad
modum sensus non sequitur membrum
quod amputatur a corpore 191 Et eodem
predicta faciunt contra hereticos qui dicunt
quod in ecclesia dei non potest esse bonus et malus

Extra quam nullus omnino 20
saluatur / cum recedit et non per
manet in doctrina xpi hic deum
non habet / 24 q1 / omnis qui / Rom 8
Et qui non colligit mecum dispergit luc
xic / anima quae xpi non est antixps
est / 24 q1 / In fine dicitur / Et probat ioh ii
nunc antixpi multi sunt / heretici di 21
cunt ecclesiam defecisse tempore siluestri
quia a constantino imperatore recepit
dominia et diuitias temporales / et ex
tunc ecclesiam romanam et eius sequa
ces extra dei ecclesiam fuisse et per ipsos
hereticos restauratam fuisse / sed quod defe
cerit / aut quod per eos ut ipsi mentiuntur
restaurata sunt non habent auctoritate 22
quod autem non defecit ecclesia dei ex quo
incepit / habemus prophetica et angelica
et euangelica testimonia / paruulus na
tus est nobis ys / Et infra super solium
dauid et super regnum eius sedebit ut
confirmet illud in iudicio et iusticia
amodo in perpetuum ite luc i / dabit illi
dominus deus sedem dauid patris eius et
regnabit in domo iacob in eternum / et
regni eius non erit finis / sed illud reg
num appellat ecclesiam / Ergo non sunt finis
eius ex quo incepit esse / ite dan ii
In diebus illis suscitabit deus regnum
celi quod in eternum non dissipabitur et reg
num eius alteri non tradetur comminuet
autem et consumet vniuersa regna et
ipsum saluabit in eternum secundum quod vidisti
quod de monte abscisus est lapis sine

manibus et comminuit testam ferri
et eris argenti et auri / Iste lapis
xpus est / p petra in Sine manibus i
Sine ope absissus de monte i de beata
virgine vel de cetu Sanctorum patrum
veteris testamenti / Item ait ubi dicit
ihesus discipulis suis / Vobiscum sum
usque ad consummationem seculi / hoc dicit
xpus prelatis ecclesie / Ergo ecclesia non de
fecit nec deficiet usque ad consummationem
seculi / Item luce 22 dicit xpus / Ego
pro te rogavi petre ut non deficiat fides
tua / Ergo fides eius non defecit ergo
nec ecclesia cuius fides xpi non nisi in
eius ecclesia invenitur / Item Joh 17 xpus
orans ad patrem dicit / non pro eis tantum ro
go scilicet apostolis / sed pro eis qui credituri
sunt per verbum eorum in me / Ad idem Eph
iii etiam / psalmi / i thronus eius deus in
seculum seculi / thronus i dei ecclesia

Nullus omnino salvatur

23 Nullus omnino salvatur 23 dist. causa epus Iniunge na
aqua diluvium omnes quos
extra archam invenit extinxit 24 q 1
causa in sola catholica ecclesia vitas
consistit / Sola est que intra pacificos
valida compage caritatis custodit /
Augustinus de fide ad petrum firmissime
tene et nullatenus dubites non solum
omnes paganos sed omnes iudeos et
hereticos omnes quoque scismaticos qui extra
ecclesiam catholicam presentem vitam finiunt
in ignem eternum ituros qui paratus est
dyabolo et angelis eius Et ideo pro he
24 reticis non est orandum causa quibus
vivis non communicamus nec mortuis
communicare debemus 24 q 1 Scisma /
2 q 2 / Sanctis / Et extra de sententia ex
25 communis ca nobis / Illud autem nondum
qui in unitate ecclesie decedunt prosunt
orationes et alia beneficia ecclesie / ut
patet in mathei xv Vir fortissimus
iudas Item act ix petrus ponens
genua oravit et conversus ad cor
pus dixit / Thabita surge / Et illa
aperuit oculos et viso petro resedit
Et ita patet quod orationes vivorum prosunt
defunctis contra waldenses et alios
hereticos qui hoc negant / Ad idem Joh
xi maria magdalena et martha impetraverunt
vitam lazaro corporaliter mortuo Item
act ix / apc 4 / luc a et b / Si enim va
lent ad sanitatem corporum multo for
tius ad sanitatem animarum / valent
etiam vivis orationes eorum qui ab hac
vita migrant et migraverunt in mathei
xv ubi dicitur / hic est fratrum amator
et populi israel hic est qui multum orat
pro populo et pro universa civitate sancta
Item Angelus offert deo orationes fi
delium Thob xii / Ad idem apoc vi et
viii Anime mistorum pro verbum dei
clamant dicentes vsi sancti misti orant
pro vindicta in reprobos multo fortius
mideo quod dei clementia in electos Item
luc xvi / dives dampnatus orabat
pro fratribus qui erant adhuc in hac
vita / unde patet si amor carnalis
movebat ad orandum pro aliena salute
multo fortius caritas movere debet
illum qui est in gloria in quo tamen con
caritatis est iam accensus ad orandum
pro aliena salute / unde ecclesia catho
lica intellectat eos ingit intorrit pro vb

Una

Una Et non extra 1 q 1 26
ecclesia / Extra catholicam ecclesiam
non est locus veri sacrificii 22
q 1 Illius sentite / causa in una
domo agni hostia precipitur comedi
nec extra foras inde efferri Exo 12
Est quia in una ecclesia catholica vera
hostia redemptionis immolatur 24 q 1
causa Est sola scilicet Et sanctum car
tanibus preficiebatur / est vii causa ut
dicit Grechonis / Unus idemque spiritus
suis mentalia invisibiliter ea mysteria

O

quando sanctificat et sanctificata ideo
benedicit. Et est hoc contra grecos
armenos iacobitas et alias naci
ones que non sunt in vera unitate
licet sint in multis nobiscum / de consecratione
dis. 2 / non in nobis /

27 Idem ipse sacerdos notandum
quod sicut una est ecclesia ex omni con
gregatione electorum ita eciam
oportet esse sacerdotem unum et summum /
in ea / Heb. 9 et 10 / Christus ante passionem
28 suscepit officia quibus genus humanum
proprie indigebat scilicet sacerdotis et ad
vocati / mediatoris et medici que of
ficia Christus exequitur in missa / Et ideo
necesse est ut Christus in eo quod sacerdos est
ad missam veniat sanctificationis et sancti
ficationis in ea officium impleturus /
non est autem sacerdos nisi in eo quod est
homo et in forma hominis / necesse est
igitur ipsum interesse misse in eo quod est homo
et in forma humana / Eodem modo
in eo quod est advocatus mediator et
medicus / Et nota quod omnes porciones
missarum ad ista quatuor referuntur singula
libet enim post quamcumque aliquid competit
Sanctificat enim ut sacerdos / et ut
hostia et interpellare ut advocatus
et iusticia / mederi ut medicus et
medicina / pascere ut dapifer et esca
mediatoris est officium in quantum
mediator / et propter hoc tota missa est
Christi officium principaliter / et ideo necesse
est eum interesse et ista officia adim
plere scilicet in missa / Propter quod idem sacer
dos est et sacrificium Ihesus Christus ut
hic dicitur / Similiter de consecratione / dis. 2 / Una
corporis / sacerdos / Idem ipse sacerdos
et sacrificium hostia et precium recon
ciliationis nostre / Cum oblatus est
non dyabolo sed deo patri in ara crucis
pro omnibus hominibus quantum ad precii
sufficientiam / pro electis tamen quantum ad
efficaciam / de consecratione dis. 2 / Semel immo
latus / Idem ipse conviva et convivium
ipse comedens et qui comeditur / de consecratione
dis. 2 / non moyses imitat / Rex sedet
in cena turba cinctus duodena / Se
dedit in manibus se cibat ipse cibus
Item idem ipse sacerdos / Sacerdos 29
secundum spiritum / Sacrificium secundum carnem
Idem ipse offert seipsum secundum spiritum et offertur
secundum carnem / Idem ipse offert seipsum /
et sic simul sacrificium et sacerdos /
Quanto igitur maior est sacerdos et
maior oblatio tanto eminencior est
sacrificacio / Item idem ipse sacramentum quod
offertur et consecratur a sacerdote dicitur 30
sacrificium et oblatio quia est memoria
redempcionis et representacio veri sacri
ficii et sancte immolacionis facte in ara
crucis pro nobis ut nos moveat in tantum
ac si videremus dominum nostrum pro nobis in cruce
de consecratione dis. 2 / Semel Christus immolatus in se ipso
dicitur autem sacrificium quasi sacrum
factum quia prece mystica consecratur pro
nobis in memoria passionis ut dicit
ysidorus ethymologiarum 6

Et sacrificium Sacri 31
ficium est proprie eciam in omnibus
deo immediate oblatum propici
acionis eius propter impetracionem scilicet
ut deus placatur propicius attestando
quod ab eo petitur / proprie dicitur quia exposito
sito ponitur illud propter quod est sacrificium
scilicet dei propiciacio / immediate dicitur propter
alias quaslibet oblaciones deo factas
sive quedam dicuntur sacrificia non tamen
proprie sacrificia sunt Item Sacrificium
est oblatio que sacra fit offerendo et
sacrat sive sanctificat offerentem ecclesiam
pro quo offertur / nisi hoc irreverencia
vel aliud peccatum impediat offerentis /
Quia vero hereticus sacrificium impugnat 32
nota causas sive utilitates propter quas
deus sacrificia sibi offerre voluit

in veteri testamento / primo dei bono
reverentia / hijs enim honorabatur deus
dum quod ipse elegerat instituerat et accep
tum habebat / ei obedientur et devote offe
batur / Secunda iustitie et iustitie fortis
impressio per huiusmodi enim sacrificia quasi re
congnoscebant ex dei iustitia merito
peccatorum suorum sibi imminere mortem sicut
et illis animalibus sed per dei misericordiam libe
rari / Et ita erant ad instructionem et li
beracionem et erudicionem ut in sacrificijs
primis legitur quod in semetipsis deo pla
cuerunt / Tertia divine beneficentie re
congnicio et ipsius excitatio cum essent
eis materia et occasio divine remedi=
onis / deut 26 / profiteor hodie coram domino
etc / Quarto offerentium sanctificatio
anima per huiusmodi sacrificia apertis munda
bantur ex dei misericordia / Quinta familiaritas
ad deum / Quia participacio sacre mense
de familia dei efficit participantes /
anima de eius familia dicitur esse quibus
a quo pascitur de eius mensa Unde
commensalitas cum maxime efficiunt
familiaritatis / propter quod deus mittebat
ignem de celo qui partem sua sacrificiorum
comederet quasi vice ipsius / Sexta ad
unatio sive unio ipsius dei anima sicut
una familia corporalem facit unionem
etc etiam habitualem / sic una familia
spiritualem unionis spiritualem / Septima
attractio attentio seu retentio et conser
vacio ipsius in cultu divino / Voluit
enim deus ut in domo sua esset unio
cibi corporalis et potus / ut qui unitas
ipsius sic propter hoc attraheretur detineretur
et conservaretur / ut pateret ex [illegible] [illegible]
cibo et potu voluntque illa sanctificari
ut ipsius non tamen sua sed tamquam
dei dona nec tamen quia sed tamquam
sacra sumeret et se ad scolasticam
admissum videns ab omni vicio absti

neret / Octava est sustentacio sacerdoti
i. virorum cultui divino et erudicioni
ipsius vacantium quibus debetur offerunt
ut libere vacarent liberos esse oportuit
a sollicitudine acquirendi victus / Illud
autem nondum quod semper fuit aliqui
a principio qui deum congnoscerent
et colerent ritu que ab apribus didi
cerunt aut divina revelacione aut
propria prudentia invenit / ut patet de
abel et caym genesis iiij / Et de melchise
dech qui fuit sacerdos dei altissimi
et panem et vinum obtulit / genesis 14 licet
ritus alius sui sacerdotium non legatur
heb vij / Item Abraham placuit deo
sacrificando genesis 15 / Item Iob qui non
erat de gente hebreorum offerendo sac
ficia commendatur a deo Iob i / Et hoc in
tellige de cultu sacrificiorum exteriorum
operum scilicet oblacionum interior autem cul
tus qui consistit in puritate et devo
cione mentis omni tempore fuit notus
Et per hoc invidet patet illis qui destruunt
sacrificiis que fiebant in lege que
propter ruditatem et novitatem fuit
in populo iudaico quia non deum erat ea
pax sublimitatis divinionis ac sub
limionis cultus / Qualiter enim deum
est quod iudeibus et novitijs non perfecta
ab initio traduntur / primo minima quedam
et levia et omnino non perfecta quia in
scola doctrine et in scola virtutum
paulatim proficitur ad maiora Con tra 33
diciones autem semper proporcionales de
bent esse proficibus cum autem sicut proficie
bat sancta erudicione populus ille sic
maiora eidem gradatim ei imponenda
erant / Et ideo doctrine legis successit
doctrina prophetarum et tamen perfectio
evangelica ultra quam non est perfectio
sanctitatis Et ideo in adventu eius
que dicta sunt penitus in ductu qua

O

34 superflua. Heb. ix. Et nota quod sacri-
ficia significabant peccata. Osee 4: peccata
populi mei comedent. Rom. 8: de peccato
dampnavit peccatum. Et 2 Cor. 5: Eum
qui peccatum non noverat pro nobis
fecit peccatum deus pater. Et ideo crematio
sive combustio sacrificiorum et consump-
cio atque mors morte et consummacionem
significabant et efficiebant peccatorum.
Et qui ea immolabant facto vel verbo
ut creditur sic dicebant: Sicut moriuntur
et consumuntur ista sic moriantur et consumantur
peccata pro quibus ista offero. Et hoc con-
sonat littere legis. Vel significabant
ipsos offerentes, et sic debebat esse
offerentium intencio mortis sive cre-
macionis quam paciuntur. Hec talia
supplicium meruisse me fateor facto per hec
sacrificia veniam inde peto. Iste inten-
ciones valde congruunt sacrificiis que
offerebant pro peccato et delicto. Et nota
35 quod licet peccata sint in cordibus hominum
tamen portari mori et consumi dicuntur
in animalibus vel aliis sacrificiis sicut
dicitur aliquid scribi vel pingi in eius
signum scribitur vel pingitur, et sic ibi
signum sunt pro veritate. Hoc autem nota
36 quod omnia illa sacrificia significabant Christum
qui fuit verum sacrificium maxime cuius
patri misericordiarum pro salute humani
generis et reconciliacione tocius mundi
oblatum. Quo oblato carnalia sacri-
ficia cessaverunt. Quia revelata veritate
et instructo dei populo per ipsum inutilia
remanserunt. Heb. ix. Iusticie carnis
usque ad tempus correctionis imposita.
Quare deus elegit sibi offerri quadru-
pedia bove autem capram in utroque
sexu. Tunc quia hec sunt maxime
necessaria victui et vestitui humano,
et apud antiquos patres maxime
habundabant. Et ideo his quibus

maxime utebantur voluit participacionem
et communionem habere cum eis et de quibus
largiora erant beneficia dei erga illos
voluit sibi maiorem regraciacionem et
honorificacionem exhiberi. Item ista inter
alia sunt mansuetissima et minori
rebellione sustinent mortem et minori
periculo occiduntur. Item in possessione
huiusmodi animalium magis erant assueti
quia eis maxime utebantur et quia
magis familiaria hominibus. Ideo ea
voluit familiaria esse sibi in sacrificio
honoris sui et cultus. Item quadru-
pedia ista sunt mundiora quia mundis
pascuntur, et corpus eciam mundicie quasi
sunt munde et fructuose. Item ista sunt
que totaliter utilia homini sunt et vi-
vunt et sine quibus homines vix vivere
possunt. Hec igitur animalia sola et solas
fruges sibi deus voluit primo offerri
genus quod. De volatilibus elegit sibi deus 37
offerri turturem et columbam genus il-
lud. Per turturem castitas vidualis, per colum-
bam coniugalis. Parte igitur summa gressi-
bilium et volatilium deus esse voluit
mundam mansuetam et utilem in quo
eciam nota bonum quales esse debent
qui in sortem eius transeunt indicatur.
Et nota quod deus precepit in omni sacrificio 38
apponi sal. Et vocavit illud sal fe-
deris. Lev. 2. Quia in solis sacrificiis
dei ponebatur, et non in sacrificiis ydo-
lorum. Mel non apponi prohibuit quia
ponebatur in sacrificiis ydolorum. Levit. 39
2. Animal non offerendum precepit esse
absque macula scilicet corporis ut nullo 40
membro careret nulliusque membrorum vicium
haberet. Et hoc propter honorem dei. Malach.
1. Babylonie hostiarum fiendi semper 41
misit et integram comedi contra consue-
tudinem ydolatrie. Quia non solum

sanguine animalium sed etiam filiorum
demonibus ymolabant / unde in
ps. effuderunt sanguinem innocentem sanguinem
filiorum suorum et filiarum suarum quas sacri-
ficaverunt demonibus chanaan / hac ob-
92 latione deos auctores et conserva-
tores vite sue confitebantur / quam
servitutem ydolatrie eo plus debuerunt
abhorrere quo magis subiectior et dis-
tinctior servitus ab eis impendebatur /
et eo ipso debent esse illis huiusmodi dii
dii plus odibiles quia nutrimentum
et sustentationem vite que est in sanguine
diis huiusmodi ydolatrie sitie ex hoc in mor-
tem sibi fermentum videbantur intendere
/ hec etiam sunt causa quare prohibiti
sunt comedere capta a bestia scilicet propter
comixtionem sanguinis et quia sufficie-
modus quidam sunt demonibus ymo-
landi / cum autem legitur sanguis pro anima
est intelligendum quantum ad ydolatriam
cum enim animas suas non possent
dare ad comedendum vel bibendum /
saltem vitam corporis dabant quod habe-
bant quasi vitam animarum et demo-
nibus pro anima ymolantes et hoc quasi
anima quia sanguis pro anima est /
ut si diceretur / Sanguis ymolatum pro
anima est offerentis et anima est in
sanguine ideo est quia in eo comeditur
et bibitur spiritualiter ab ipso dyabolo /
cui ymolatur / Causa autem sibi deus re-
93 tinuit adipem omnium sacrificiorum et re-
nes et renunculos causa sunt vita-
cio ydolatrie / de quo dicit xxxii deuteronomii
victimis comedebant adipem et ut
medio sacrificio detraheretur gule et sobri-
etas servaretur / et ut deus pinguiori
oblatione honoraretur / pectusculum
94 autem et armum dextrum sibi retinuit
ad vitandam ydolatriam divinationis
que spatulamancia nuncupatur que in

extis et spatulis exercetur / Nondum 95
autem per mortificationes sive macta-
tiones vel combustiones animalium
vel corporum quibus offerebantur ex ipsa virtute
ad emundationem aptis vel ad gratie
acquisitionem / munera enim apud deum
nichil sunt nisi complacitore suo aut
placatorem aut favorem donantis
mortificatio autem animalium in se
placatore non habet apud deum sicut ipse
dicit in ps. / numquid manducabo carnes
thaurorum aut sanguinem hircorum potabo
non enim habent ipse quod placeant
nisi utilitate ad reficiendum vel
suavitate ad delectandum vel preciositate
ad ditandum vel pulcritudine ad ornan-
dum / et propter hec non sunt placita deo
tōi / Restat igitur quod propter favorem dona-
tis vel propter donationem et obedientiam et
gratiam offerentis deo hec sacrificia pla-
cuerunt divina non offerentis a muneribus
sed munera ab offerente placuerunt 2a
a / in [illegible] item nichil confundit 96
que facit altissimus sed equaliter
odio habent iniquitatem, bonum ps /
nec ergo sunt deo vita animalium
odiosa sed vita solummodo viciorum
et ideo mortificanda / mortificatio
autem viciorum semper placet deo et ipsa
sacrat et sanctificat facientem / mor-
tificatio ergo viciorum est oblatio sive
desertio eorum sive recessus ab eis /
et hoc sacrificium est deo acceptum sicut
2a divina sacrificium salutare est
discedere ab omni iniquitate. et item
beneplacitum est deo recedere ab iniquitate
et deprecatio recedere ab iniusticia / mor-
tificatio igitur spiritualium animalium
id est viciorum est per se essencialiter sacrifi-
cium iusticie quod deo facimus de
nobis ipsis nos beatissime iustifica-
tes / et item est sacrificium iusticie 97

i. iustificans dominum iustitiam in nobis
mortificat et extinguit / Cum igitur
spiritualis populus i. qui spiritualia sunt cog-
noscentes non sunt sensualia sacrificia
necessaria ad instructionem vel eruditionem
nec ad emundationem et sanctificationem
neque ad conservationem in dei cultu neque
ad alimoniam sacerdotum cum alias eis
melius sit provisum / nec deo sunt placita
nisi propter utilitatem populi sui / patet
quod spirituali populo licet tamen nulla sint super-
vacua et onerosa sunt omittenda
et interdicenda cum a eis positis nihil
addatur utilitatis propter quam ponenda
sunt / et eis remotis nihil detrahitur
tota enim utilitas sacrificiorum est represen-
tatio creationis que per sola sacrificia spiritua-
lia obtinetur / Ex quo patet cur deus vo-
luit munda sibi occidi et comburi /
tum ea que munda sunt in hominibus
velit vivere et augeri / Cum etiam munda
animalia significent dona gratiarum
et virtutum / Tamen dico / Tamen dico quod nihil
est mundum in hominibus quod munda-
tione non egeat vel quod mundius esse
non possit / Iob xv / Quasi pannus
menstruate omnes iustitie vestre / Et
Apocalypsis ult. / Qui iustus est iustificetur ad-
huc / vel quia illa animalia et si munda
essent i. non polluta ydolatriis vel sor-
tilegiis gentium tamen habebant immun-
dicias naturales quibus iste immunditie
spirituales figurantur / ut in thauro cornu-
ositas signat superbiam in ariete levitas
cornibus feriendi propositum seu conte-
ntiositatem / vel occidebantur munda
animalia per inspectanda seu conservanda
roboranda vel augenda munditia / vel
ut offerentes tali sacrificio ostenderet quod non
nisi mundati scilicet per spiritualem ignem et
gladium possent ad dei consortium per-
venire / quia per igneum gladium primis
parentibus ingressus est prohibitus paradysi

enim / scilicet vel quod sublimioris significantie
est quod non potuit aliter deo vivere nisi
morerentur iuxta illud Gal. ii / Vi-
vo iam non ego vivit autem in me
Christus / Sicut igitur animalia illa per mor-
tem corporalem efficiebantur pars dei /
sic et homines electi dei per huiusmodi mor-
tem spiritualem transeunt in sortem et parte
dei / Spirituale sacrificium est [illegible] 98
num quod tribus modis offertur /
Primo sanctificatione baptismali / quia
per manus baptisantium deo oblati
sanctificamur et pars dei efficimur / Col. i
Qui eripuit nos de potestate tenebrarum
et transtulit nos in regnum dei / Secundum
sacrificium est pena sive disciplina
qua per penam vetera crimina mactamus
per disciplinam dona gratiarum et virtutum
custodimus et ne oriantur vel resurgant
vicia premunimus / Tertium est oratio 99
devota qua unusquisque intus in mente quod
deo mactet et offerat / scilicet fides omnes
imitationes sensuum et intellectus et
contradictiones philosophorum et here-
ticorum et vanarum cogitationum et blas-
phemiarum / Timor dei mactat concu-
piscentias carnis / Ps. Confige timore
tuo carnes meas / Spes tristicias et mi-
nas que sunt ex parte carnis et mundi
Caritas odia lites rixas contentiones
et invidias / pax bella et seditiones etc.
Similiter in exteriorum / disciplina oculorum
scilicet mactat illicitos aspectus disciplina
aurium illicitos auditus etc. que per
corpus aguntur / Singule etiam virtutes
offeruntur deo munera / fides intellectum puri-
ficatum ab erroribus / spes iocunditatem
affectum eternorum tamen agnum omnium vel
hymnum eternorum salientem in vitam
eternam / Caritas offert ei scilicet zelum 10
quo cor ad dei [illegible] unitur seu
associatur / Et pietatem per quam cor figitur

D

in alto mentis igne superne dilectionis
et adsiduitate proximorum et benivolentia
pro quia cor coquitur piis desideriis
et quasi suavissimus deo offertur
/ hec sunt sacrificia de craticula /
de sartagine / de clibano / Levit. ii
11 Secundum spiritus contribulatus offert
deo sacrificium martirii spiritualis quo
gladiis peccatorum pungitur et vincorum
vulneribus dolores suavissimos sus-
tinet in se ipso et gravissimos offert
deo / Ex premissis patet quod per virtutes
offeruntur duo genera sacrificiorum
spiritualium scilicet mactatio viciorum contrariorum
et operacio ipsius virtutis / Exemplum
horum patet in libro bene disciplinato
qui est animal in quo nichil vacat
a sacrificio / quia totam mentem ipsius
implent virtutes / totum corpus eius
exteriora opera virtutum / dum totaliter
mortificatus est quantum ad vicia totus
deo oblatus est per opera virtutum / et dum
in eo nichil superfluum nichil fedum
nichil inordinatum relinquitur quod totus
est in sacrificio totus sacrificium totus
oblatio / Cuius exemplar est Christus
pendens in cruce in quo nichil a
martirio nichil a sacrificio vacavit
12 primum et principale sacrificium sine quo
nobis nulla placacione certa placet
deo / Genesis 4 / respexit deus ad abel
scilicet primo / et ad munera eius scilicet post
que in gratanter / Secundum est sacrificium
operum interiorum / Ps. cor contritum et
humiliatum deus non despicies / Et item
sacrificium deo spiritus contribulatus
Tertium est operum exteriorum que per cor-
pus aguntur / Et quia horum duo sunt
genera sacrificiorum scilicet passionum et actionum
sacrificia passionum patent martiribus
13 sacrificia actionum in operibus disci-
pline claustralis in quo excellit

oratio cum precibus sive quantum ad
perseverantiam devotionis doctrina
vero et predicatio quantum ad fructum
verus enim doctor sive predicator vere
mactator est animalium spiritualium
Job xl / comedent enim animalia / Et
Act. x / macta et manduca / mactat
in quam gladio spiritus id est verbo dei Ephes. vi
et ipse gladiis labiis corporis / Cum igitur
sacrificium nil placationis habeat
nisi ex virtutibus vel ex gratie adiuncto
sola vero sacrificia que diximus sunt
ex virtutibus vel virtutes / patet quod illa
sola placent deo / quare nullus alius
placatur deus vel placetur deo / Illa autem
sunt que offert ecclesia catholica quare
sola sacrificia ecclesie catholice id est christiane
placent deo / quia nichil est in hominibus
quod deo sufficiat nisi virtutes et bona
opera que sunt ex illis / quare nulla
alia sunt vera sacrificia nulla alia
placant vel sanctificant offerentes /
nulla alia placent deo vel placant deum 14
predicta faciunt contra iudeos sarra-
cenos et alios infideles qui talibus
sacrificiis non utuntur / Hic autem agitur 15
de sacrificio corporis christi in quo idem
ipse sacerdos est et sacrificium / quia
officium sacerdotale quod est sanctificationis
non expletur nisi per hostiam vel sacrificium
qua gratia sanctificationis populo im-
petretur / nulla autem hostia impetrare
potuit nisi ea quam ipse in ara crucis
obtulit et hec est ipsemet secundum quod ipso
vivit dicit apostolus Heb. ix quia semel
in consummatione seculorum ad destructionem
peccati per hostiam suam apparuit / Et item ix
sanctificati sumus per oblationem corporis
ihesu christi / Nec est igitur primum advenire
ex officio sacerdotali suscepto ad sanctifi-
candum populum per hostiam / Et ita patet quod 16
hic dicitur idem ipse sacerdos et sacrificium

D

contra illos qui sacramento detra
hunt propter indignitatem ministrorum
quia non in merito sacerdotis sed in
verbo conficitur creatoris 1 q 1 contra
catholicam / nec sacerdotis iniquitas
effectum impedit sacramenti sicut nec
infirmitas medici virtutem impedit
medicine / Signis tamen conficit
vel sumit indigne iudicium sibi man
ducat et bibit / sicut corpus christi quia sicut
digna munda mundis / sic omnia in
munda immundis / ad Thy 1 Rom 13 / Et
ideo cum malus vitam indigne acci
pit mortem incurrit / Sic econverso cum
bonus devote mortem sustinet vitam
acquirit / Sed de hoc plenius infra
ubi / Ecce fuit ordinatus / Et secundum
clemens eccie / Et bene dicit hic secundum
ipse / quia nullus sacerdos personam
generis humano sufficere poterat propter
pollutiones innumeras peccatorum quibus
erat universaliter inquinatus / Item
17 per minorem advocatum causa totius
generis humani agi nec expediri po
terat propter delictorum multitudinem in
numerabilem magnitudinem et inestima
bilem qui sufficeret ad veniam eterna
impetrandam / Et ideo genus humanum
indiguit sacerdote supremo et advocato
Heb 7 / Item quia nullus alius
18 mediator poterat sufficere deo et sibi
homine pacificare propter quod ad tantas
offensas generis humani unigenitus
dei filius quia deus et homo est
tamquam mediator potuit manum
ponere in ambobus Job / X

Ihesus christus est vere me
diator quia deus et homo
servans media equitatem
scilicet homini ministrationem deo debitum
exhibens honorem ut nec nimius
deum honoras servum gravaret. nec
nimius servo compaciens deum honore
debito fraudaret Job x / non est qui

possit utrumque arguere et manum
ponere in ambobus / Item quia non
erat possibile per mortem medicum
totius generis humani curare lesio
nes vulnera atque morbos / quod tamen
deum etiam per salutem humani generis
idem qui cum nichil desiderabile nichil est
impossibile deus noster ihesus christus to
tam ecclesiam et unumquemque de ecclesia
tamquam egrum ad curandum ineffabili
ministratione suscepit / Et ideo necesse fuit
ipsum egrum visitare quociens infir
mitas requirit / et hoc cum unguentis
et medicinis que curationi eius
sunt necessaria / quociens igitur de medi ac
ecclesie agitur et sanationi eius inten
ditur. necesse est salvator veniret ad medi
candum venire quia igitur ad hoc agitur
missa et que in eo fiunt ut humani
generis medicationis et sanitatis bene
ficium impendatur / necesse fuit officio misse
christus interesse et hoc in eo quod medicus
est / Sed non est medicus nisi in eo
quod est homo / et ideo necesse fuit interesse
misse in eo quod est homo in forma hu
mana et cum alabastro omnium unguentorum
spiritualium quod inferius tractatum est
ca 19 / Et cum ipsa carne que est sicut
cathaplasma contra omnes lesiones
et dolores spirituales / Et sicut antidotum
fortissimum contra omnes humores
nocivos / Et cum sanguine suo qui est
sicut syropus dulcissimus et tamquam
medicina liquida valens contra omnes
languores et vulnera anime sane
duo velut medicina involuta sub
nebula cum vino / quia sub speciebus
panis et vini ecclesia catholica fi
delibus ministratur ut hic dicitur / Sed 19
quia tantus cibus pastorum est et
solius mentis est pabulum quo tamen
anima plenissime satiabitur cum
illud eterna felicitate gustabit /
Item ihesus christus / medicus qui cor

O

pus et anima ut utrumque sanaret
pro[m]ida caritatis arte confectionem co-
posuit qua egrotum sanaret et men-
tem litargicum excitaret / Et quia
cibum quod erat in principio apud
deum per quod omnia facta sunt / quod caro
factum est et habitavit in nobis tamquam
cibum solidum non potuit in forma
propria egrotus homo ruminare. Sub
dulcissimo liquorum confectio tribuit
ut in panis et vini sacramento hoc
congnosceret sorbillare / Iste Ihesus Christus
60 Si queratur cui vel quibus et pro quo
vel pro quibus et qualiter et quare hoc
sacrificium offeratur / Respondeo quod in-
dividue trinitati deo / et pro ecclesia sancta
catholica scilicet pro omnibus orthodoxis
qui sunt in unitate fidei et in quo
sanctorum / et pro beneficiis spiritualibus
temporalibus et eternis / Sed pro omnibus
Christi dominum secundum quod hec quattuor patent in
canone misse aperte / primum ibi / Tibi
reddunt vota sua deo vivo / Secundum ibi
pro ecclesia tua sancta / Tercium ibi communicantes
et memoriam venerantes / Quartum ibi / pro
redemptione animarum suarum pro salute
et incolumitate sua / Et licet offeratur
generaliter pro omnibus tamen specialiter pro presbiteris
tam ut prelatis et subditis et circumsta-
tibus / Ex quo patet quod sit salubre of-
ferre et missarum officiis interesse cum
sacrificium eucharistie pro circumstantibus et
pro hiis qui specialiter assunt offeratur
Ihesus Christus de quo dictum est sup-
ra ibi / Et tandem lugentes /

Cuius corpus et sanguis.

61 Contra hereticos qui negant
sacramentum altaris / Sed quod
absurdum quia hoc negant cum tot
auctoritates illud dicunt / Si quia est
contra naturam / Respondeo quod qui cuncta
fecit de nichilo etiam potest unum in aliud
mutare / Et stultum est diffidere quod
Christus instituit / Quod dicit veritas ipsa affir-
mat quod apostoli servaverunt et docuit
quod omnes sancti attestantur quaqua fide
vidimus vivos religiosissimos vita
finire et in eius rei confessione fi-
nali hoc sumunt viaticum morientes 62
Hoc enim verum est corpus Christi natum
de virgine passum et sepultum / quod
resurrexit a mortuis de sepulchro /
quod ascendit in celum et sedet ad
dexteram dei patris omnipotentis / quod venturum
est iudicare vivos et mortuos / ut
de hoc dictum / omnia / Et secundum quod ibidem
dicitur / Hic panis qui manu spiritus
sancti formatus est in utero virginis
et igne passionis in ara crucis de-
coctus / Hic est panis angelorum /
Sap. 16 / Panem de celo prestitisti eis /
Et Ioh. vi / Ego sum panis vivus
Et panis quem ego dabo caro mea est

In sacramento Sacra- 63
menta / Sacrificia / et sacra /
sunt tria generaliter instituta
Sacramenta ad sanctificationem quia
necesse est ut sanctificemur / Sacrificia
ad propiciationem / Quia necesse est ut
nostram redemptionis declinemus et eter-
nam eius gratiam habeamus / Sacra ad dei 64
honorificationem / Quia necesse est ut
ipsum creatorem cultu sibi placito in-
genter honorificemus / Sacra enim sunt
spectantia ad cultum divinum maxime qui
in templis agitur et exercetur / Unde
sacra dicuntur festa et ad festa pertinen-
tia / Sacrorum autem septem sunt modi
Primus processio cum ordinate incedit
et ordinate procedit / donec perveniatur
ad maximum sacrorum quod est cele-
bratio misse / Secundus misse celebratio
exterior quod significatur in eo quod exterius
sensibus exhibetur / Tercius divinarum
laudum audibilis resonatio / Quartus
ministrorum ornatus exterior / Quintus
ipsius templi ornatus et apparatus /
Sextus signorum sive campanarum pul-
satio / Septimus expiatio exterior i.

65 exterior aque benedicte aspersio / Notandum
autem quod in sacris exterioribus a
gitur figura est et representacio conue
nientissima veritatis que in nobis
debet esse intus / et que in futuro nobis
promittitur / et obtinenda speratur / Et
propter hoc competenti figura et similitudine
est proposito monstrandum / ut expressa similitudine
ad spiritualia prouocetur / nisi enim cong
nosceret non diligeret et nisi diligeret non
quereret et nisi quereret non inueniret
Predictis igitur licet sacra sunt ad edifi
cacionem et erudicionem / doctis autem ad de
uocionem et incitamentum / non tamen huiusmodi
sacra sunt instituta sacrandi vel sancti
ficandi licet prosunt ad hoc ut sacrentur
66 et sanctificentur celebrantes / Unde non
omnium sacrorum exteriorum multiplex est
utilitas / prima erudicio ad sacra spiri
tualia i. ad hanc expressam representacionem
eorum que fiunt in rudibus et indoc
tis / Secunda est rememoracio eorumdem
per quam etiam docti in amorem illorum
attinguntur / et roborantur / Tercia est
inuitacio et prouocacio intuencium ex
teriora ad amorem et desiderium interiorum
Quarta impetracio interiorum sacrorum
cum exteriora impetratoria sunt / Hoc
autem est per hoc quod cultus dei altissimi
Quinta est rememoracio beneficiorum dei
et aliorum mirabilium qualis est re
presentacio gestorum diuine passionis re
surrectionis ascensionis etcetera que apparent in
picturis et sculpturis ecclesiarum / Propter
predictas utilitates omnia sacra insti
tuenda sunt / Unde patet nulla debere esse
sacra preter ista que sunt vel efficiunt
predictas utilitates / Sola autem sacra
catholice ecclesie hoc sunt utilitates
et ideo hec sola dicenda sunt sacra
67 Et non quod verus dei cultus exterior
necesse est hec sine veneracionis exte
rioris obsequium / Et ideo in hiis sacris

speciosissima et preciosissima adhibetur
ut summus decor exteriorum summi de
corem innuat interiorum / quia cultus
dei decoris est per omnia / et ideo summo
decore summe dignus / nec est nec
fuit cultus pre decoris preter istum quo
deus honoratur in sola christiana ecclesia /
Unde qui michi admiratur et diligit eum
ps dicens / Domine dilexi decorem domus
tue / Omnia confitemur esse eorum non
artificum humani sed diuine reuelati
onis et celestis misterii documentum
Et ideo summus ornatus cum summa
reuerencia debet esse in sacramento al
taris ubi sicut hic dicitur corpus est et
sanguis ihesu christi / Item in sacramento 68
huius sacramenti causa est memoria
passionis et mortis christi qua causam
ipsemet expressit cum illud instituit
luc 23 / Ex memoria enim amicorum au
geri solet dilectio eorum / Ad maiorem
igitur huiusmodi dilectionem hoc instituit sa
cramentum ut cum in hoc sacramento
presentem habemus possibiles tamen ad pas
sionem et ad mortem ductum pro nobis
ad ipsum amplectendum et pro ipso paci
endum et agendum ex affectu sinus beni
animur / Hoc sacramentum idem ipse christus
instituit cum heredibus suis nouum ce
dit testamentum · ut super mensam
eius edant et bibant in regno quod
eciam consecrauit / Hac institucione
apostoli formati · formam in verbis et ma
teriam seruauit in rebus sicut testatur
apostolus 1 cor 11 / Ego accepi a domino
quod et tradidi vobis / Hoc ipsemet
quam instituit ecclesie tradidit celebra
dum dicens luc 22 / Hoc est corpus
meum / Hoc facite in meam commemoracionem / Hac
ergo diuina institucione formati
celebramus igitur per misterium quod
semel est in precium oblatum / propter quod
eciam a terris ad celestia migratimus

D

corpus et sanguinem suum xpus post
cenam lege completa dedit apostolis |
ut hoc sacramentum velut ultimum
testatoris mandatum arcius memorie
commendaret | unde novissimum condens
testamentum heredibus ait luc xx | Vos
estis qui permansistis mecum in temptatio-
nibus meis et ego dispono vobis sicut
disposuit michi pater meus regnum · ut
edatis et bibatis super mensam meam in
regno meo | hoc testamentum est eternum
sine preterito quia novissimum | ita sicut
dicit apostolus heb ix | novissimum hominis
testamentum mortale preiudicat · quia
testatoris morte firmatur Et quare
69 autem post alios cibos non sumitur hoc
sacramentum exemplo xpi qui hoc institu-
it | Eo modo ad hoc quod xpus ostenderet
legalia in sua morte finiri nove legis
sacramenta instituit post typicum
pascha quod erat tunc proximum | eodem
autem ordine postea sumitur docendum
apostolis eorumque successoribus reservavit
quibus commisit eciam disponendum
a quibus est ordinatum ut a ieiunis
sumatur | quanta singulari reverencia
cibis aliis discernatur | de consecracione dist ii
liquido | Et non quod beatus petrus antyo-
chie missam dicitur celebrasse in qua
tum tres oraciones in primordio nascentis
ecclesie dicebantur | reliqua vero diversis
temporibus et adversis personis leguntur
adiecta secundum quod crescente cultu christiane
religionis visa sunt decencius convenire
de consecracione dist ii | utrumque ii dist i cetera quam necessaria
Item in sacramento sacramentum
70 in tribus consistit in rebus secundum
proprietatem in factis secundum similitudinem
in verbis secundum interpretacionem in sacramento
altaris est res corpus xpi et sanguis
| factum | esus et potus | verbum | hoc
est corpus meum | hoc est sacramentum
pietatis signum unitatis vinculum cari-
tatis cum mult unde attendat et
credat in corpore xpi cibum vite eternum

societatem intellige corporis et membrorum
quod est ecclesie in predestinatis | de consecracione dist ii 71
hoc sacramentum In sacramento al-
taris quinque sunt necessaria scilicet persona que
sit presbiter ad hoc officium rite consecratus
materia scilicet panis et vinum cum aqua mixti
et verba que a sanctis patribus in canone
sunt expressa | et fidelis intencio proferentis | de quibus dicitur de consecracione dist ii panis
72 In hoc sacramento est panis unitatis
vinum caritatis aqua fidelitatis | pa-
nis pro corpore vinum pro anima | aqua pro
populo | ut infra plenius dicitur | panis
debet esse de frumento et vinum de
vite | de consecracione dist ii In sacramento | eciam
xpus se comparat frumento ioh xii
nisi granum frumenti cadens in terram
Et viti ioh xv | Ego sum vitis vera
Sed nec racemus vine nec granum
solum frumenti debet offerri nisi uel
expressum in vinum uel redactum in
panem | de consecracione dist ii | Cum omne crimina
non xpus accepit panem et calicem
in sanctas manus suas | sacerdos
exemplo xpi patenam et calicem in
manus accipiens utrumque presentans
signaculo benedicit | Et quotquot sunt
ibi oblate tamen nisi in unum corpus
xpi omnes simul hostie convertuntur
de consecracione dist ii | quando si singule 73 Item in
sacramento altaris | Sacramentum altaris
dicitur anima mea propterea fidelis pro omnibus
dicitur anima mea populus fidelis per ministerium
sacerdotis qui fungitur vice
mediatoris inter deum et homines preces
supplicaciones ac vota transmittit
altissimo Et item sacramentum altaris 74
dicitur oblacio eius suavitatis odore
mundus redolet et qua fetor eius
fugatur | Item dicitur sacrificium pro eo
quod est efficacio reconsiliacionis ad
deum et placacionis iracundie ipsius
divine Item dicitur sacramentum in eo
quod est efficacium sanctificacionis su-
mencium et sanctificatum quo mundus

sanctificatus est et sacratus. Item dicitur mysterium in eo quod secretum et recondi
87 tum habet dispensacionem. Item dicitur Eu
caristia id est bona gratia quia nichil
melius corpore et sanguine ihesu cristi
ut dicit multi. Item dicitur mensa in eo
88 quod est refectorium et cibus que refectionis
sunt escarum quo angeli et homines
reficiuntur. Ibi enim eterne vite fercula
ministrantur. Ibi preparantur et dispensantur
per ministros christi et dispensatores misteriorum
dei panis vivus qui de celo descendit
et dat vitam mundo. Item dicitur com
municatio sacra in eo quod sanctificat
ab execracione excomunicationis sine peccatorum.
Item causa totius ecclesie et singulorum
venulatio scilicet per deprecationem et oblaci
onem. Item mediatio totius corporis
ecclesie id est medicine nomine exhibitio que
sanat omnia. Sap. ix et xvi. Item
dicitur viaticum quo deficientes in
via deducuntur ad patriam. Item dicitur
missa eo quod celestis missus ad conse
crandum et benedicendum corpus ad
veniat iuxta dictum sacerdotis. Vel dicitur
missa a misso christo qui descendit ut
ps. Missus sum ad oves que peri
erunt. Item luc. 4. Et aliis civitatibus
oportet me evangelizare regnum dei
88 quia ideo missus sum. Missus est
primo nobis a patre ut maneret nobiscum
per incarnacionem. Post hec patri a nobis
ut mitteretur pro nobis ad patrem per passionem.
Item nobis mittitur a patre in sacra
hostia per sanctificacionem. Postea patri
a nobis per oblacionem. Hec enim sola est
ydonea et sufficiens legatio sive
88 missio ad solvendas inter deum et hominem
inimicitias et offensas. Mittitur autem
ad nos a patre quando consecratur panis in
altari. Sed post communionem illum ad patrem
mittimus ut intercessorem pro nobis.
Unde et ipso dicitur ite missa est.

ite scilicet mente et imitacione post ista
hostiam id est christum que iam missa est ad
patrem pro nostra intercessione. Hec omnia
intellige quantum est in virtute et suffi
ciencia ipsius misse. Et si non inefficacia
impediente quorumdam peccato. Vel dicitur ite
missa est id est redite ad propria quia obla
ta est hostia salvationis. Item de
sacramento. Sunt sacramenta legalia
et hec. Est differentia quia illa significa
bant tantum. Hec autem significant et
89 sanctificant. Unde nota quod sacramenta
ad curacionem hominis ab inicio ceperunt
et usque in fine seculi perdurabunt. Sed
alia sunt in lege nature, alia sub
lege moysaica sive scripta, alia sub
gratia. Et hec sunt potiora tam signi
ficatione evidentiora et effectu gratie
digniora. In lege enim nature fuit
oblaciones sacrificia et decimationes.
In lege autem scripta introducta est
circumcisio et superaddita est expiatio et
superaddite decimationes oblationes
et sacrificiorum distinctio multiformis.
In lege autem nova sunt sacramenta
numero pauciora utilitate potiora virtute
efficaciora et perminentia digniora in
quibus est impletio simul et evacua
tio omnium aliorum. Illa enim preierunt et
premiserunt ad hec sicut via ad terminum,
sicut signum ad signatum, sicut figura
ad veritatem, et sicut imperfectio adducit
ad perfectionem. Item sacramentum secundum 90
quod large sumitur est omne signum rei
sacre sive sit sacrum sive non. Et secundum
hoc signa legalia sacramenta dicuntur.
Secundum autem quod stricte sumitur sacramentum
dicitur solummodo sacrum signum. Iste sa
cramentum active dicitur et passive quasi
sacre signans. Secundum quod sacrum sumitur
pro signo rei sacrum dicitur a sacro et sig
no quasi sacre signum. Secundum quod accipitur
pro re signata sacrum a sacro et secreto

quasi sacrum secretum / item in sacra
mento / Sacramentum est invisibilis
gratie visibilis forma / Aug. de con
dist. ij. Sacrificium / Quid autem in sa
cramento altaris sit sacramentum et
quid res sacramenti / de con dis ij /
Hoc est quod dicimus et ceptra / de ce misse
et sacramento eucaristie / cum marte /
ƒ distinguendo / ubi dicitur quod tria sunt
82 in hoc sacramento / discreta scilicet forma
visibilis / veritas corporis / et virtus
spiritualis / panis et vini forma / veritas
carnis et sanguinis / virtus unitatis
et caritatis / primum oculo cernitur / secundum
animo creditur / tertium corde percipitur
primum est sacramentum et non res / secundum
res et sacramentum / primum est sacrum
gemine rei / tertium non res gemini sa
cramenti / secundum autem est sacrum unius
unius et res alterius / nam forma
83 panis utrumque corpus christi significat
scilicet verum quod continet / et mysticum
quod signat et non continet / sicut
enim unus panis ex multis granis ex
multis conficitur / et vinum ex multis acinis
sic et corpus christi ex multis membris
componitur et unitas ecclesie ex diversis
personis consistit / propter quod dicit apostolus
prima cor. x / unus panis et unum corpus
multi sumus / de con dis ij [illegible]
84 vinum autem inquantum liquet aut ru
bet similitudinem sanguinis representat
inquantum calet aut redolet proprietate in
nuit caritatis / nam vinum et potionem
efficit et excitat caritatem quia cor
bibentis exhilarat et dilatat / patet
ergo quod substantia corporis et sanguinis christi
est sacramentum et res / sed alterius sa
cramenti res et alterius rei sacramentum
est enim res forme visibilis quam con
tinet et signat / sacrum ecclesie quam
reficit et signat / de con dis ij cap. species
85 si queratur unus panis corporis aut

quod vinum sanguinis sacrum cum post
consecrationem non sit in altari panis
aut vinum / et ideo cum non sit non est
rei alicuius sacramentum nec species
que remansit consistit ex granis et
acinis cum ex hiis non est accidens
sed substantia / Respondeo secundum hoc sacrum
in eo gerit similitudinem in quo rei
similitudinem representat / et ideo species
panis et vini sacramentum est corporis
et sanguinis non solum ratione signate
rei sed etiam ratione rei contente / de
con dis ij / species et similitudo / hoc est quod dicimus
et per hoc vinum in sacramento altaris / item
si queratur unde sit super eucaristiam
plenissime consecrationem adhuc bene
dictionis signum exprimitur aut aliud
consecrationis ultimum profertur / primo quidem
talia subiunguntur in sermone que vi
dentur innuere quod nondum sit in re tunc
mutatio consummata / Respondeo patet quod in
canone verba principaliter pertinent
ad eucaristiam consecrandam / signa
non ad historiam recolendam / nam
verbis utimur ad consecrandum panem
et vinum in corpus et sanguinem ihesu
christi / signis non utimur ad recolendum
ea que gesta sunt circa christum per ebdo
madam ante pascha / unde videtur quod
illud capitulum cum pridie quam pateretur
debuisset subici in fine canonis cum
in eo consecratio consummatur / sed quia
impediuisset ordinem historie recolende
quia quod fuit gestum in medio recor
daretur in fine / prudens canonis ordinator
ut ordinem servaret historie capitulum id
cum pridie quasi cor in medio canonis
collocavit / de hoc habetur infra cap.
ut accipiamus de suo vel ut que sequuntur
accipiantur vel intelligantur per te secundum
signa quia sepe fit ut que narrantur
succedunt intellectu precedant / verba igitur
que sequuntur consecrationem non pertinent ad

eucaristiam consecrata. Item in sacramento
86 altaris in quo notanter tres patres veteris testamenti tantum in canone nominantur. Abel qui offerendo agnum / Abraham qui ysaac offerens filium / Melchisedech qui agrestiam offerens panem et vinum sacrificium suum signavit. Item in sacramento altaris in quo fiunt septem vicibus cruces signationes in canone / prima vice ter / ubi dicitur / Hec dona / hec munera / hec sancta sacrificia illibata / per triplicem Christi traditionem que facta est / scilicet a deo / a iuda / a iudeis / Secunda vice quinquies ubi dicitur / Quam oblationem tu deus digneris facere benedictam ascriptam ratam ut fiat corpus et sanguis / per quinque personas / scilicet / venditoris / venditi / emptorum scilicet sacerdotum scribarum et phariseorum. Tertia vice bis / ubi dicitur / Accipiens panem benedixit / Simili et hunc preclarum calicem item tibi gratias agens benedixit / per benedictionem panis qui transsubstantiatur in carnem / et vinum quod transsubstantiatur in sanguinem / Quarta vice quinquies ubi dicitur / Hostiam puram / hostiam sanctam / hostiam immaculatam / panem sanctum / vite eterne / et calicem salutis perpetue / per quinque plagas / duas manuum totidem pedum / et unam lateris / Quinta vice bis ubi dicitur / Sacrosanctum corpus et sanguinem / per vincula quibus ligatum erat corpus / et per flagella quibus allisus est sanguis / Sexta vice ter / ubi dicitur / Sanctificas / vivificas / benedicis / per crucifixionem que facta est hora tertia linguis iudeorum ter clamantium crucifige crucifige eum / Septima vice quinquies / ubi dicitur / per ipsum / et cum ipso / et in ipso / tibi deo patri omnipotenti in unitate spiritus sancti / Ter super calicem per tres cruciatus quos Christus sustinuit scilicet passionis passionis et compassionis / Et bis in labio calicis per aquam et sanguinem que de latere Christi fluxerunt / Inter has septem vices sacrificium signatur duabus vicibus bis et duabus vicibus ter et duabus vicibus quinquies septies bis et ter simul omnibus quinquies quinque que sunt simul xxv / quinarius per se ductus semper in se ipsum reducitur si ducatur in infinitum / Quantumlibet enim multiplicetur eucaristie sacramentum semper unum est sacrificium. Item in sacramento 87
in quo quinque sensus corporis exercentur visus auditus gustus tactus odoratus circa colorem saporem odorem fractionem et sumptionem / si tamen peccat caro in speciem / quia spiritus vivificat caro non prodest quidquam / Ut scilicet quinque sensus anime exultent / visus intelligentie / auditus obedientie / odoratus discretionis gustus dilectionis et tactus operis / de quibus legitur in ewangelio / Domine quinque talenta tradidisti michi / Sed et binarius et ternarius hic congruunt sacramento / binarius per carnem et sanguinem / ternarius per panem vinum et aquam / binarius per duplicem modum edendi scilicet sacramentalem et spiritualem / sacramentalem sub specie panis / spiritualem in fide cordis / Ternarius per tria que sunt in hoc sacramento discreta / scilicet forma visibilis / veritas corporis / et virtus spiritualis / forma panis et vini / veritas carnis et sanguinis / virtus unitatis et caritatis / Et iterum ternarius per binarium id est fides trinitatis per dilectionem dei et proximi operatur. Item in sacramento
Altaris. [?]ma non debet 88
hoc sacramentum alibi fieri quam in altari ab episcopo consecrato de consecratione distinctione 1 c. / Et hoc est contra Waldenses et alios qui credunt se posse conficere in domibus suis sine altari

contra quos de consecratione dis. 1 Sicut non alibi
et sequentibus aliis quatuor capitis
Simonie / contra quos videndum est
quid sit altare et unde dicatur et a
quo sit institutum / de qua materia
et in qua forma construendi / a quo con
secrandum / et ad quid / et que utilitas
est altaris Altare ergo est divini
89 honoris titulus et mirabile insigne
dei propiciatorium offerentium et oblatorum
sanctificatorium spiritualis refectionis et
communionis mensa / per que patet quatuor
officia altaris secundum ordinem / primum
est dei honore et memoria ingerere
spectantibus / secundum ut in eo et per illud
propicietur deus ad ipsum fugientibus /
et in eo adorantibus / tercium est sanctificare
munera et offerentes in eo / quartum
refectio atque communio spiritualis / per mensa
enim altaris eius sanctitatis mensa ac
quitur et nos sanctificemur / Altare
est locus terribilis ad sacrificandum
deo spiritualiter deputatus et dedicatus
iuxta illud genesis 28 ubi Jacob a somp
no evigilans ait / terribilis est locus
iste / Et tulit lapidem de sub capite
suo et erexit in titulum i. in altare
fundens oleum desuper / unde et altaria
consecrantur et crismate perunguntur / de
consecratione dis. 1 c. 1 et c. altaria / Item Altare
90 est locus terribilis quia ibi vidit ia
cob scalam et angelos descendentes
et ascendentes et dominum innixum scale
quia in altare dei filius immolatur
quasi scala patitur per quam ad contempla
da celestia ascenditur / de consecratione dis. 2 quia
corpus / in fine / quia in ipsa immola
cionis hora ad sacerdotis vocem celi
aperiuntur chori angelorum assunt /
summa sociantur / et uno eodemque tempore
corpus christi in altari videtur ante oculos
sacerdotis et in celo rapitur ministerio
angelorum / de consecratione dis. 2 / quid sit /.

innitens scale innixus stat dominus / demo
nes et fantasmata corporis hereticos et
errores corporis ac incredulos deiciendo
et fideles ut secure ascendant con
fortando / quasi diceret / Ego firmiter
teneo scalam ne cadatis et ut securius
ascendatis iuxta illud Joh. x. Ego per me
si quis introierit salvabitur et pascua
inveniet Item Altare locus est tribunal 91
quia iudicialis / unde 1 Cor. xi qui
manducat indigne iudicium scilicet mortis
sibi manducat et bibit / de consecratione dis. 2
quid est christum manducare / Et reus erit
corporis et sanguinis domini / quia ut
Judas proditor crimen lese maiestatis
committit / de consecratione dis. 2 / ad scelerate tiore
Item Altare est locus ad sacrificandum
deo specialiter dedicatus / unde dicitur Exo.
xx. Altare mihi facietis / hoc est ad
honorem meum non alterius / Altaria enim
et sacrificia et templa deo specialiter
dedicantur / licet aliqua sub nomine sancti
alicuius dedicentur cum ibi eius reliquie
exponuntur / de consecratione dis. 1 Placuit Item
Altare est mensa christi ubi sacramenta
divina conficiuntur / et significat continentiam
vel sanctitatem cordis fidelium Item 92
Altare est principalis pars ecclesie et quasi
caput eius / et ideo si motum fuerit ecclesia
iterum consecratur / de consecratione dis. 1 Si motum
Ex quo remoto caput corpus manet
prophanatum Item Altare dicitur quasi 93
alta res / quia de alta re et mysterio
profundissimo corporis christi ibi agitur
ut infra dicetur / vel ab altitudine e
minentie sue quia est eminus astans
populus offerentes mittat et oblata / unde
dicitur altare quasi alta res / fuit autem
institutum ut patet Exo. xx / 2a quasi
ante Noe / genesis 8 / Abraham / 24 / genesis
12 et 22 / Jacob genesis 28 / Et quidam alii
ante datam legis altaria edificaverunt
item est in figura ut sciunt de qua scilicet

95 matia sit altare construendum / nota
quod deus legem dedit in volumtate
hominis posuit de qua matia fiet al
tare / Cum tamen dixisset Exo 20 Altare
de terra facietis michi / statim adiecit
Quod si altare lapideum feceris / non edificabis
illud de sectis lapidibus / Et inde est
quod de vna lapide fit mensa altaris / quod
scilicet non fiat diuisio fidelium per scismata
uel errores / 24 q 1 Scisma / Item
Ante legem iacob erexit lapidem in ty
tulum Genesis 28 Et 1 Josue / de duodecim lapi
dibus a Jordane extractis Josue 4
96 Ex quibus patet quod altare sit de lapidi
bus construendum / maxime cum etiam
Christum representat qui est lapis abscisus
de monte Dan 2 In quo summo angu
lari lapide ut supra omnis edificatio con
structa crescit in templum sanctum in ecclesi
stibus / Ephesios 2 / Hic est lapis quem repro
bauerunt edificantes / ps / petra autem petra
aute erat Christus / de consecratione dist 1 / Et vero
quod autem altare debet esse lapideum
nec aliter construendum / dicitur de consecratione dist 1
Altaria si non sint lapidea / Altare non
de terra et non de sectis lapidibus voluit
deus sibi fieri in lege Exo 20 / ut ab
egyptiorum ydolatria reuocaret qui de
sectis lapidibus edificabant altaria
ydolis et figuras et sculpturas facie
bant in eis et plantabant arbores
iuxta illa / Et hoc etiam sugerebant de
mones ut amenitate locorum ad ydola
triam prouocarent / Gradus etiam ad al
tare fieri deus prohibuit Exo 20 eadem causa
quia gradus erant ad altaria ydolorum
in quibus singulis singulas stationes
faciebant / Altare debet esse quadrum
97 Exo 27 Et 28 / quia signat Christum qui
secundum diuinitatem stabilis manens
dat cuncta moueri / forma enim quadrata
stabilitatem ostendit / Unde et ciuitas
celestis quadrata legitur / Apoc 21
Item altare debet esse concauum 98
Exo 27 ut in eo sicut in domo domini
sub ipsius tegmine sancti a suis labo
ribus requiescant / Apo 14 et 21 / Un
de cum consecrantur altaria in eis sanctorum 99
reliquie conduntur / de consecratione dist 1 de fabrica
placuit / Quod altare sit ab episcopo consecrandum
de consecratione dist 1 c 1 / Sicut non alij et sequentibus
capitulis / Faciendum est altare ad hoc
ut in eo offerantur holocausta et pacifica
Exo 20 / Et Jacob promisit decimas
et hostias super altare quod erexit ob
lacionis / Genesis 28 / Nunc autem offertur
victima que figurata fuit per sacrificia
veteris testamenti / et offertur in altari
sub speciebus panis et vini secundum quod hic
dicitur / nec est alibi offerendum ut dicitur
de consecratione dist 1 c 1 Et c nullus presbyter Est 100
autem inestimabilis utilitas altaris quia
ibi offertur sacrificium quod liberat a
penis et tribulationibus ab infirmitatibus
anime et corporis et a purgatorio / et dat
vitam eternam / Exo 20 ubi ait deus Cum
sacrificabis in memoria nominis mei
veniam ad te et benedicam tibi / Tri idem
3 Regum 9 / nichil enim deo est gratum
nichil sanctius eius vini et de fructis
magis placabile quam sacrificium al
taris / de consecratione dist 2 / Cum omne Et cap
nichil / ps / Sacrificium laudis honorifi
cabit me res per hoc enim sacrum ablui/mur
a peccatis juxta illud Apo 1 d / Qui dilexit
nos et lauit nos a peccatis nostris / Item per
hoc sacrum corporis et sanguinis Christi in
altari cotidie pascimur et potamur ab
luimur et sanctificamur atque unius summe
diuinitatis participes efficimur / Et ideo
est cotidie pro omnibus offerendum / de consecratione 101
dist 1 Sicut / Et per quod forma panis sub no
qua est corpus Christi in altari diuiditur
in tres partes ad representandum triplicem
statum corporis Christi veri ac mystici /
vna representat statum que habuit

D

post resurrectionem / vel fideles qui iam
resurrexerunt / vel eos qui iam de pur-
gatorio exierunt / Alia repntat statu
que habuit ante passionem / vel ecclesiam
ecclesiam militantem / Tertia repntat sta
tum inquo fuit quando iacuit in sepulc
vel fideles qui adhuc in sepulchro iacet
scilicet qui nondum resurrexerunt / de q est dis
ii / Tri forme / Ornata ante utilitas
fuit quondam sanctis patribus nemo
est qui valeat explicare / Exempla pa
tent de noe gen ix / et q fe p totum
de abraham gen xxii / et iacob 28
102 Opponunt heretici quia facimus altare
de sectis lapidibus non de terra directis
nos facere contra preceptum dei Exo xx
Item quia per gradus ascendimus ad
altare / contra illud Exo xx / Unde ex
lex spiritualiter intelligenda est / Rom vi
Et p Cor x / omnia in figura continge
bant eis / Et ideo nos spiritualiter altare
de terra facimus quando credimus xpm
assumpsisse carnem materialem de adam
qui de limo terre formatus est secundum
corpus / de hoc altare heb xiii / Illud
altare dicitur a nobis fieri non quo ad
essentiam sicut dicitur xpus habitare in
cordibus fidelium non per essentiam sed
103 per fidem / Ephes iii / heretici non faciunt
de sectis lapidibus altare quia ipsi
secti sunt et sequestrati ab ecclesia dei sta
Et ipsi per gradus ad altare ascendunt
quia credunt spiritum sanctum minorem filio
et filium minorem esse patre Item in sa
cramento altaris omne ante figuratum ea
que ponuntur in sacramento altaris condicitur
per hos versus / Ara crucis / tumulique
calix / lapidis que patena / scilicet est figura
syndonis officium candida byssus
habet / scilicet corporale / Et ideo non panno
tincto sed puro lineo celebratur / de q est
dist p / consulto /

Sub speciebus species 104
est forma visibilis figuras
continens et colores / Sub
speciebus continetur corpus xpi quia
non potest homo solem intueri nisi ob
nubilatum / neque lumine incomprehensibile
conspicere nisi intexta similitudine sicut in
firme pupille laeduntur ex intuitu solaris
splendoris vel altius summe claritatis
sic imperfecte mentes ex contactu miraculi
ea que sunt modum excedunt /
Panis et vini tenent
species vocabula rerum que
ante fuerunt / Sicut symon le
prosus dicitur non quia tunc esset sed quia
fuerat ante / Mt 26 / Item panis cont
Artoritas qui pane et caseum offe
runt / Item vini contra Aquarios
qui tantum aquam offerunt in calice sacra
menti / 29 q ult / cum omnem / Et contra
illos qui offerunt lac / de q est dis ii / 105
cum omne / Reprehendunt nos here
tici quia non apponimus sal in sacra
mento dicentes quod facimus contra duo
testamenta contra vetus levit 2 quidquid
oblatum fuerit sale condietur / Item in no
mc omnis victima sale salietur /
Unde quod salis nomine sa vel sapientia
designatur Coll 4 / Sermo vester magis
sit semper sale conditus / nos autem
offerimus dei sapientiam in sacramento
altaris / p Cor 1 / xpm dei virtutem et
dei sapientiam Item sub speciebus / 106
panis et vini / Si queratur utrum
alia materia posset hoc confici cetum
carnes magis conveniant cum carne
et cum effectu sacramenti / Et quia inter
pro huius sacramenti precessit esus agni
quod ut videtur debet esse materia
caro / Unde quod in hoc sacramento
attenditur elegantia prime materie

malach. i. f. et quia ibi debet esse vera
107 caro christi debet cessare figura. notandum
ergo materia huius sacramenti est metite
a similitudine representantis et ab insti
tutione verum imbuentis. et ideo cum pa
nis frumenti maiorem habeat convenientiam
cum refectione elegantiore scilicet spirituali.
et in hoc christus instituit illud sacramentum
ideo oportet quod sit materia huius sacramenti
panis frumenti. ioh. xii. nisi granum
frumenti cadens in terram. nec debet
108 fieri mixtura vel aliquod signum separatio
nis. quia in hoc sacramento significatur
et efficitur unio corporis christi mystici cum
capite. et ideo nullum debet esse signum
separationis quod contra rationem sacramenti
esset cum sit signum unionis. item
109 panis et vini. quia intellectus humanus
ad cognitionem prime veritatis et affectus
ad fruitionem prime bonitatis nati sunt.
cognitio autem et fruitio comestiones
spirituales sunt. ad comedendum igitur
veritatem et bonitatem nati sunt ex
necessitate intellectus et affectus. quare est
necesse primam veritatem esse comestibilem
intellectus humani. et primam bonitatem
esse comestibilem affectus humani. unum
autem comestibile bonum sanus scilicet veritatis
sicut panis est et sicut cibus. prima
autem veritas et prima bonitas est deus.
et ita patet quod deus est panis et cibus
anime humane. cum igitur anima
humana creata sit ad comedendum hunc
panem oportet ut se illi manducabilem
exhibeat. cum sit impossibile filios
adhuc parvulos comedere panem
vite in soliditate proprie forme. sed
nulla forma potest esse convenientior
pani spirituali et invisibili quam forma
corporalis panis visibilis propter convenien
tem similitudinem panis ad panem
et refectionis ad refectionem. propter quam

etiam in nomine communicat ut utrumque
panis et utraque refectio nominetur. ad
intelligibilia non spiritualia congnoscenda
est via communior hominum per similitudines
convenientiores et efficaciores. et ideo
sicut pater familias nobis ut filiis
parvulis monstrat cibum et potum vite
sub speciebus panis et vini materialis
et visibilis. sed idem panis divinitatis
in soliditate sue forme et veritatis ministratur
datur angelis et sanctis animabus
que ad eorum consortium sunt assumpte
ut adultis filiis et perfecte etatis. et nobis
dabitur in mensa retributionis eterne. cum
occurrerimus in virum perfectum in plenitudinem
etatis christi. de quo eph. 4. eodem pascuntur 1
pane sacramenti angeli per speciem in patria
et homines per fidem ne deficiant in via
quod lac sugit parvulus unde cibo so
lido pascitur angelus. cives patrie ce
lestis satiantur adipe illius frumenti
qui autem adhuc sunt peregrini et ex
ules contenti sunt cortice sacramenti
nobis ergo sub sacramento velatur
quod eis facie ad faciem revelatur
nobis proximas quasi ostium porrigit sue
dilectionis illis plenitudinem exhibet
perfecte satietatis. quare autem corpus 2
christi non sumitur in forma humana
dicitur de consecratione dist. ii. forte autem hoc fit
ad augendum meritum fidei cum ibi aliud
cernitur et aliud creditur. quoniam nec fi
des habet meritum cui humana ratio pre
bet experimentum. ioh. xx. f. beati qui non
viderunt et crediderunt. item ad favendum
sensum ne horreat animus quod cer
nit oculus. quia non est consuetum
crudas carnes comedere vel sanguinem
humanum potare. de consecratione dist. ii. quia sicut in
fine. item ad ridiculum evitandum 3
ne insultet paganus cum id agat
christianus ut ita vitas aspicit et ridiculum

absit / de cons dist ii Venerunt / Sumitur
autem sub speciebus panis et vini / quia
sicut per ceteris cibis et potibus corpo-
ralibus panis corpus confirmat et vinum
letificat cor hominis / ita corpus Christi
et sanguis per ceteris cibis et potibus
spiritualibus interiorem hominem reficiunt
in his enim duobus est perfecta refectio
sicut ipse dicit Joh vi c / Caro mea
vere est cibus et sanguis meus vere
est potus / per hoc enim corpus pretiosum
sustentatur / et spiritualiter reficitur et
letatur / Item panis et vinum in sacra-
mento offeruntur ut ostendatur quod Christus
naturam humanam totam assumpsit
ut totam redimeret / panis refertur ad
p corpus quia illud reficit / et quia
transit in corpus / vinum ad animam
quia vinum letificat cor hominis / et
quia transit in sanguinem in quo est
sedes anime / Et quia hoc sacramentum
valet ad tuitionem et salutem corporis
et anime ideo apponitur utrumque ne si
sub una tantum specie sumeretur ad alterius
tantum salutem pertinere videretur / Et ideo sub
consueta specie eduli sumitur ut
sensus foveatur in uno et fides edi-
ficetur in alio / fovetur enim sensus
dum solita percipit / edificatur fides
dum in eo quod videt quale sit illud
quod non videt cognoscit / Sumitur
etiam sub utraque specie ne videatur di-
visio fidei fieri et sacramenti / de cons
dist ii / Comperimus / Et nota quod sicut
e panis ex multis granis attritis
inter duas molas et aqua conglutinatis
et igne decoctis / Et sicut vinum ex
multis acinis et racemis per pressu-
ram torcularis expressis / sic corpus
Christi quod est ecclesia ex multis fidelibus
mole spiritus et timoris attritis et
caritate coniunctis aqua baptismi
aspersis et igne tribulationis penitus
decoctis / de cons dist ii / Cum passus (?)
Item sub speciebus panis et vini
sub utraque specie sumitur totus i
Christus / de cons dist ii Comperimus / nec
plus sub utraque nec minus sub
altera tantum / sicut de manna di-
citur quod qui plus collegerat non habuit
amplius nec qui minus paraverat
habuit minus / Exo 16 c. Et de cons
dist ii / nisi per (?) / Et non quod sub utraque
specie Christus totus sumitur / non tamen
fit comixtio panis nisi in carnem
nec vini nisi in sanguinem / Item non
dicuntur duo sacramenta sed unum quod
sub utraque specie sumitur / Item de cons
dist ii / Christo semel / Quid si sanguis b
neque iterari debet sacramentum quia
benedictio non repetitur super eandem
speciem et sic non est contra quod dicitur
de iteratione mysterii / de cons dist ii /
Statuimus / neque alie substantie in sa-
crificio debent offerri · quia de aliis
non potest confici sacramentum a

Heretici contra illos
qui dicunt quod ibi est tantum
sacramentum et figura corporis
et sanguinis Christi non veritas / de quo
errore habetur de cons dist ii Ego Berengarius
Ext. de celebratione missarum Cum marte § Ex-
co / de cons dist ii / Utrum sub figura /
Idem enim corpus Christi quod sumitur
de altari figura est dum panis et
vinum extra videtur / veritas autem
cum corpus et sanguis Christi in veritate
interius creditur / de cons dist ii Corporis
Christi / Christo / iterum in fine / Iste errant
ad litteram contra illos qui dicunt quod
spiritualiter tantum intelligenda sunt verba
et signa Christi / quia littera occidit ipsos g
ante vivificat / Et ideo ad confusionem
hereticorum nota quod verba evangelica vel
triplicem habent intellectum scilicet litteralem
ut hic / quandoque litteralem et etiam spiritua-
lem ut hic et in curatione infir-
morum quam Christus faciebat / quandoque
spiritualem tantum / Christus enim quandoque loquebatur

p

in parabolis ad turbas et sine parabol
non loquebatur eis ut dicitur Mat xiii
Mar xiii / Et sunt omnia spiritualiter intel
ligenda ut patet in parabolis de simi
le thesauro abscondito margarita / et
huiusmodi / Hanc autem / spiritualem intelli
gentiam secretorum dicebat apostolis ut dicitur
Mat xiii / Vobis datum est nosse mys
terium regni dei / Et imminente passione
quando hoc instituit sacramentum / non
in parabolis sed palam christus loquebatur
apostolis ut patet Joh 16 / Et ita patet
quod hoc est ad literam intelligendum
scilicet quod ibi continetur verum corpus / Et ideo
bene dicit / veraciter continetur / Et ideo
pro altitudine celestis consilii apte dis
posuit ut sicut tres sunt in unitate
persone / pater verbum spiritus sanctus ita
tres essent substantie in unitate
persone scilicet divinitas corpus et anima
Cum igitur christus secundum naturam divinam
tribus modis existat in omnibus per
essentiam / in iustis per gratiam in homine
assumpto per unionem / voluit ut
idem ipse secundum naturam humanam
tribus modis existeret / scilicet localiter in
celo personaliter in verbo sacramentaliter
in altari / Sicut enim secundum divinita
tem totus essentialiter est in omnibus
rebus ita secundum humanitatem totus
sacramentaliter est in pluribus locis
de consecratione dist ii / Cum manducat me
singuli / nec in se propter hoc minuitur
vel mutatur / Sicut enim rex in longin
quo regnum acquirit et tenet et similiter
propter hoc non relinquit / sic dei filius
venit in regnum mundi / venit et in
altare et non propterea deserit regnum celi
cum sicut sol alte descendit ad ter
ras sic sol verus ihesus christus qui illumi
nat omnem hominem venientem in
hunc mundum venit et intrat in corporibus
venit cottidie in altari celestia non
relinquens / nec minoratur aliquo
nec mutatur / Illud autem notandum 10
quod ad hoc quod corpus christi sit in multis
locis tres sunt cause / Una est ne
cessitas propter quam indigemus viatico
in multis locis cum sint membra fi
delium dispersa per mundum / Alia causa
per quam ordinatur ad hoc / et hec est
duplex / Una est per quam disponitur
et fit possibile ad hoc / et hec unio
verbi cum essentia sacramentali
Ex hoc enim quod unitum est divine nature
vel existens sub sacramento est ratio
dispositionis existendi in pluribus
locis / ex unione enim est hec potestas
de consecratione dist ii / Quid si per angelus / Secun
da autem est causa per quam reducitur ad
actum per convenientiam et effectum medi
atoris nostri ihesu christi / cui debetur locus
supremus propter se / quia excellit omnem
creaturam / convenit etiam esse in pluribus
locis ex eo quod verba habent potestatem et
virtute transsubstantiandi panem in corpus
hec potestas reducitur in actum cum prolata
in diversis locis consecratur / Et sic per
virtute sacramenti est corpus christi in
multis locis / Quia tanta virtus da
ta est illis verbis et commissa ut dum
dicuntur virtus divina efficiat transsubstan
tiationem / verba tamen illa non sunt ad
propter esse in multis locis sed ad consecra
tionem extense / ex consequenti autem sunt ad
esse in multis locis propter eo quod in transsubstan
tiatione panis in corpus convenit in tot
locis esse in quot fit conversio / et est
pluralitas propter illorum que convertuntur
Tertia causa per quam fit hoc quod corpus
christi sit in multis locis est deus qui
ad nostram utilitatem intendens ostendit
suam potentiam in eo quod supra naturam
et opinionem operatur / ostendit etiam suam
sapientiam quia super intellectum facit mo
dum existendi vel essendi / ostendit
etiam suam bonitatem quia ubique offert
suam gratiam per mediatorem christum / et per hoc

p

patet solutio ad alia multa. Item
11 naliter continetur. In unitate eadem
qua est in celo continetur in quolibet
sacramento altaris. Ita tamen quod totum
corpus respondet toti speciei et cuius parti
parti sicut totum corpus suum est in toto
et non per partes in partem. Quia corpus Christi
non refertur ad species ut contentum
vel sicut locatum ad locum vel men-
suratum ad mensuram vel sicut signa-
tum ad signum in quo continetur. Et ideo
cum eadem sit ratio signi in toto et
in partibus eodem modo est in toto et in
partibus quia tota ratio signi manet sub
qualibet parte. Unde patet quod in sacramento
non est localiter nisi per actus scilicet sacra-
mentaliter sicut iam est dictum. Et nota
quod species non comparantur ad corpus Christi
sicut ad motum ratione locali ad spati-
um ratione quanti. Cum igitur mota specie
movetur corpus hoc accidit sacramento
ex eo quod eius signum movetur non tamen
in quantum signatum. Unde non sequitur
quod sint contigua vel continua quia
signi et signati nulla est contigua continuatio.

12 Continetur non quod contine-
atur vel esse in loco dicitur aliquid
circumscriptive aliud diffinitive
aliud repletive. Circumscriptive ut
omne corpus. Unde ut dicit Damascenus
locus corporalis finis eius quod con-
tinet secundum quod illud quod continet contine-
tur. Diffinitive ut omnis spiritus
personalis qui licet non circumscribatur
loco dimensionato diffinitur tamen in illo
quia ita est hic quod non alibi. Reple-
tive non ut Deus qui non circumscribitur
cum sit simplex indimensionalis
nec diffinitur loco cum sit infinitus
sed est in omni loco replens illum.
Et ideo Deus dicitur esse in loco quia
replet locum. Locus enim est a locando re-
pleri. Cum igitur omnis creatura conti-
neatur alicubi circumscriptive vel diffi-
nitive creator non neutro modo. Mane-
dicatoris corpus debet sicut conveniunt
utriusque partibus utriusque scilicet condi-
tionum ut nec alicubi tamen sit sicut
pura creatura nec ubique sicut crea-
tor spiritus quod non est ubique tenet con-
dicionem creature sed eo quod non est alicubi
tamen signatur condicionem creatoris. Hoc
enim ex conditione Dei advenit corpori
Christi ut non alicubi ita contineatur quin
alibi possit esse. Licet igitur in celo
sit proprio loco contentus in sacramento
tamen non in uno loco tamen terminatur
quo minus possit esse in locis infinitis
speciebus quando possibile est et expedit
natura et condicionem infinite nature
cui est unitum. Item continetur 13
sub utraque specie scilicet panis et vini
corpus continetur totaliter non circumscrip-
tibiliter. Sed corpus Christi continetur
latens sub forma panis et vini
sicut latuit in utero virginali. Si-
cut filius Dei latuit sub forma humana
caritate potuit sub hac forma. Sicut enim
sub humanitate latuit divinitas
ita sub forma panis humanitas.
Et sicut divinitas sine velamine
non potuit nobis apparere ita glorificata
humanitas nobis mortalibus sine sub
aliqua forma non potuit apparere et hoc
propter infirmitatem nostram. Unde Ysaias 45
Vere tu es Deus absconditus Deus Israel
salvator. Item prima Corinthiorum 2. Loquimur
Dei sapientiam in mysterio que abscondita
est quam nemo principum huius seculi
cognovit. Continetur igitur ibi verum
corpus Christi absconditum quasi sub
vestimento et pallio celi. Ysaias 49 Et
sicut infans sub pannis involutus
Luce 2. Et sicut sub specie peregri-
ni Luce ultimo. Et sicut sub specie ortula-
ni Johannis penultimo. Item veraciter continetur 14

corpus xpi sub speciebus panis et
vini / sicut continebatur sub syndone in
sepulchro / ut predictum est / Et sicut contine
batur rex ninive sub sacco et cinere
Jone 3 / Et sicut frumentum certius
et pecunia in saccis / genesis 42 / Item
Sicut continetur elemosina vel corporis
redempcio abscondita in bursa pauperis
3 / Sacculum pecunie secum tulit /
pro redempcione misit dominus populo suo
juxta illud Joh vi Qui manducat
me etc / Item sicut medicina sub ne
bula et limo / Quia ut homo antiquitus
pro curacione limo curatur xpus
seipsum fecit humano generi cibum et
medicinam / Joh vi qui manducat me /
vivit propter me / Ecc 38 Altissimus
de terra creavit medicinam / 3 Reg 8
dominus dixit ut habitaret in nebula
Ecc 43 medicina omnium in festinacione
nebule / Item Queritur continetur / Utrum
vel sit ibi naturaliter aut artificialiter
aut miraculose / Quod autem ibi non sit
naturaliter nec artificialiter patet quia
non potest ibi esse nisi sicut potest ibi fieri
sed non potest ibi fieri naturaliter vel artificialiter
Quia in omni transmutacione naturali
vel artificiali materia manet intransmu
tabilis / hic autem materia transmutatur
17 ergo non est ibi sic / Si dicatur quod est
ibi miraculose contra miraculum sit ar
duum quoddam et insolitum quod
supra spem et facultatem admirantis
apparet / Sed hic non apparet esse ibi cor
pus xpi / immo est occultissimum / ergo
non est ibi miraculose / Respondeo quod est
18 ibi miraculose / et apparet ibi muta
cio miraculosa ex auditu / quia fi
des ex auditu / et ex fide visus in
terior Quia fides est argumentum non
apparencium / Ex huiusmodi visione est ad
congnoscendum supernaturalem virtutem
dei Quia sicut naturalis consideracio

considerat auctorem in natura in rebus
ita fides supernaturalem auctorem in his
que sunt supra naturam / et ad hoc diri
gitur intellectus ut auctorem supernaturalem
credat potest etiam dici quod hec mutacio
miraculosa apparet per multa miracula
de quibus dicetur infra / Si queratur quomodo 19
in tam parvo loco et sub tam parva
forma continetur illud corpus tam
gloriosum / Respondeo / omnipotencie dei
virtutis nichil impossibile nichilque
difficile / Sed in tuenda divinitatis ar
chana mens nostra caligat cum omni
pene momento terrenarum cogitacionum
pulvere sordescat / potest etiam dici
quod cum corpus xpi iam glorificatum
sit tante subtilitatis est quod non facit
distanciam aeris ad aera sicut corpus
non glorificatum / et ideo potest latere in
parvo / Item Cum constat secundum viam
nature per species corporis non glorificati
mediante virtute visiva per foramen
strictissimum ad pupillam oculi deportari
non est dubitandum quin corpus domini
glorificatum virtute divina ad fidei
oculos deportetur in eukaristie sacramento
cum corpus glorificatum incomparabiliter
sit subtilius quam corpus non glorificatum
et intuitus fidei penetrabilior quam
corporis oculi / et sacramentum ad crede
dum abilius quam foramen aliquod ad vi
dendum / Respondeo etiam potest per similitudines
ad hereticorum et aliorum infidelium et
preces impios confutandos quod sicut
in tam obscura et tam parvo oculo
tanta claritas / sicut in tam parvo
ventre virginis tanta maiestas / sicut
in tam parvo lapide precioso tanta vir
tus / sicut in tam parvo corpore regis
vel imperatoris aut pape tanta potestas
sicut in tam parvo speculo tam magnarum
et multarum rerum diversitas sicut
in tam parvis et paucis litteris huius
nominis / deus significatum / sicut in tam

parvus signis continetur veraciter sa
cratum et videtur per sacramentum /
sicut sensus manet in littera per literam
videtur / Et nota quod sicut miraculose
18 tam magnum corpus sub tam parva
forma continetur ita miraculose to
tum corpus in singulis partibus continetur
totus in magno totus in parvo totus
in integro totus in fracto / de con. dist. 2
singuli / Sicut in speculo dum est integrum
una tantum in speculo apparet imago
sed eo fracto tot apparent imagines
quot sunt in illo fracture / Sed neque
desinit fractione ut dicit augustinus
de con. dist. 2 cum manducatur / nunquam quod
19 primus manducatur desinit non desinit
neque quod manducamus partes de illo
facimus quamvis in sacramento sic fit
forma tamen panis frangitur sed corpus
christi totum sumitur / Et vinum editur ipsius
manet tamen integer ipsius / Ea que
notant corruptionem referentes ad for
ma panis / ea vero que notant accep
tionem ad corpus christi / dividitur autem for
ma panis non quantum ibi sit sed quantum
ibi sunt / de con. dis. 2 / omnia / Sicut dice
batur symon leprosus non qualis ex
20 stiterit sed qualis extiterat / mt. 26 /
similiter ad nos ibi servatur per omnia
corruptibilis tibi similitudo / sed
quantum ad se non amittit inviolabilis
corporis veritatem / species enim quamvis
comeditur et maculatur sed veritas neque
corrumpitur aut inquinatur / de con. dis.
2 / cum bene / Si quando tale quid vi
deris noli timere sibi sed esto sollicitus
tibi ne forte rodaris si male credideris
Siquidem ubi sit forma illa predicta
quod in acere sicut forma humana est
in acere tamen angelus apparet in homine

21 **Transsubstanciatur** /
pane in corpus contra here
ticos qui non credunt transsubstan
tiationem / Sed contra mt. 26 /

cenantibus illis accepit ihesus panem
etc. mt. xxvi / Item contra hereticos qui
dicunt quod dedit panem materialem ad
comedendum et ondit corpus suum / non
quod pronomine hoc facit demonstrationem
eius quod dominus accepit et sua bene
dictione acceptum sacrificium fregit
et fractum dedit discipulis suis / Et
quod ita sit patet omnia de alio non fit de
monstratio nisi de quo fit mentio et
hec nisi de pane accepto benedicto
benedicto fracto et dato discipulis
suis / Ergo male dicit hereticus quod a
liud dedit et aliud demonstravit iste
dalis demonstratio nullus est et va
na / omnibus enim patebat corpus eius
sub forma propria / Absit autem quod christus
aliquid faceret nullus et vane quantum
in ipso est / preterea nunc evangeliste
tacuissent actus illos in tanto necessario
sacramento cum alios actus expresserint
diligenter / Item nota quod mt. xxvi dicit
Sumite hoc est corpus meum / Primo
dicit Sumite / deinde hoc est corpus
meum / Sed quare hoc nisi ut signaret
quia dabat eis corpus suum et non
aliud / quod patet ex eo quod dicit / Joh.
x / panis quem ego dabo caro mea est
quod autem de proprio corpore suo intellexit
quod patet per adiunctum cum dicit / quod
pro nobis traditur / luc 22 / Sicut ergo
corpus christi realiter tradebatur ita vere
demonstrabatur / non in figura que iam
cessaverat sed in veritate que iam ad
venerat / Et ut non figurative sed
vere intelligeretur / dicit Joh. vi / Amen
amen dico vobis i. in veritate / nisi man
ducaveritis carnem filii hominis et ad ma 22
iorem etiam veritatis expressionem ad
iunxit / caro mea vere est cibus / Veri
tas hoc dixit et ideo omnino verum est
quod dixit / Item / non facit demon
strationem nisi eius quod porrigebat
quod patet ex eo quod sequitur

Et accipiens calicem gratias agens
dedit discipulis suis dicens bibite
ex hoc omnes / hic est sanguis meus
ad idem luc 22 / hic calix novi
testamentum est in meo sanguine i.
hic sanguis realiter contentus est
confirmacio novi testamenti / ad idem
j cor xi quicumque manducaverit pa
nem et biberit calicem domini indigne reus
erit / item probat autem seipsum homo
et sic de pane illo edat et de calice bi
bat etc / his verbis manifestavit
apostolus panem et vinum transsubstanciari
in corpus et sanguinem christi / de isto er
rore hereticorum de quo dictum est / forma prima
quando heresis / illud autem notandum
quod que sunt de forma huius sacramenti
sunt de canone scripture sumpta vel
quantum ad sensum vel quantum ad sermo
nem / et licitum est ecclesie interpretari
et explanare ac supplere sed tamen
substanciali retenta / extra de ce et misse
cum marthe / item transsubstanciatis /
23 nota exempla contra hereticos qui
non credunt transsubstanciacionem quia deus
limum terre transsubstanciavit in hominem
et costam ade in feminam / gen ij et
uxorem feminam mutavit deus in
statuam / gen 19 / et iterum aquam
convertit christus in vinum joh ij
item moysi virgam in colubrum
et econverso / exo 4 et vij / et aquas
in sanguinem exo 7 / item dyabolus
ipse fatetur quod per christi verbum lapides pa
nes fiant / matt 4 / et johannes ewangelista
convertit virgas in aurum et lapides
in gemmas ut legitur in vita eius /
maior eciam est vis benediccionis quam
nature quia benediccione eciam ipsa
natura mutatur ut probat ambrosius
per multa exempla de con dist ij omnia
ad similitudinem huiusmodi inveniuntur
exempla in omnibus elementis in terra

quantum ad semina herbarum et arborum
ubi attende quam mirabilis est conversio
seminis in arborem vel herbam et eciam
que seminatur et seritur / item in
aqua et in aere quantum ad ova piscium
et avium qualiter sola incubacione a
nimam et affectum suscipiunt ova in
aves convertuntur / in igne quantum ad
commixtionem metallorum / et qualiter herbe
et arbores in cinerem cineres in vitrum
et lapides in metalla / job 28 / lapis ca
lore solutus in es vertitur / item maior
est virtus verbi salvatoris quam stoma
chus bovis sed ille mutat frumenta
et paleas in carnes et ossa / ergo mul
to forcius per verbum salvatoris mutatur
panis et vinum in carnem et sanguinem
ihesu christi / item stomachus hominis
cottidie mutat panem et vinum in carnem
et sanguinem quid ergo mirum si hoc
faciat verbum dei / erubescant igitur
infideles negare posse creatorem facere
quod vident per huiusmodi creaturas / item
transsubstanciatis / nec enim hec transsubstan
ciacio incredulitatis videtur pro eo quod eadem
remanent accidencia / attende qualiter
homo per sacramentum baptismi totus
mutatur interius remanentibus exterioribus
accidentibus quod tamen cor et non oculus
corporis percipit / nam in exteriori nichil
est additum nichil diminutum et tamen
homo totus interius est mutatus.
dum de filio perdicionis factus est filius
dei adoptivus / si igitur mirentur si in
sacramento eucaristie ad verbum dei totum
mutetur interius licet in exterioribus non
mutetur / de con dist ij omnia corpus /
ad idem patent in pluribus similia ex
empla quia si aliquis vilis assumatur
in regem vel imperatorem vel in episcopum
aut papam nichil per hoc mutatur exterius
quia eius corpus una et eadem re
manet figura eadem dispositiones

eadem accidencia licet minus omnino
sit mutatus. Item cum peccator sit
per penitenciam iustus / vel iustus per mortale
peccatum efficitur peccator vel cum iudeus vel
sarracenus sit paganus aut hereticus
sit catholicus vel econverso per mutaciones
huiusmodi non mutantur disposiciones corporis
vel extrinsecus accidencia sed omnia remanent
sicut ante licet homo intus omnino mutetur

Panem in corpus

Sicut
dicit Ambrosius / panis usi
29 tatus est in altari ante verba
sacra / ubi vero accedit consecratio de pa
ne fiat christi caro / si enim tanta vis est
in sermone domini ut faceret esse que non
erant quanto magis operacionis est ut
que sunt in aliud commutet [illegible] sermo
christi creaturam mutat / et sic ex pane fit
corpus christi / Et vinum cum aqua mixtum
fit sanguis consecracione celestis verbi
Sicut dicitur plenius de consecratione dis. ii / panis
est / nam secundum Augustinum / Sicut de virgine
per spiritum vera caro dei sine coitu creatur
ita per omnem modum ex substancia panis et
vini corpus christi et sanguis consecratur
de consecratione dis. ii utrumque / Et hoc est quod videtur
fides in hoc sacramento docet et predicat
scilicet quod panis cottidie transit in corpus
christi illa verbi virtute qua verbum caro
factum est Joh. i. Omnia dixit et facta sunt
27 ps. Item transsubstanciatis / hec transsubstancia
cio fit ad verba illa que protulit ihesus christus
instituit velud in sacramentum con
ficiendi / quia illis enim verbis consistit vir
tus conficiendi / Ad quorum prolacionem vir
tute statim panis transsubstanciatur in corpus
et vinum in sanguinem / de consecratione dis. ii Re
vera / Item / licet ubicumque missa rite
celebratur huiusmodi fiat transsubstanciacio non
tamen crescit corpus christi nec sepius
manducatum decrescit / de consecratione dis. ii /
cum manducatur / Sicut enim vidua sarep
tene cottidie comedebat et non minu

ebatur farina de ydria nec oleum de
lechito / iii Regum xvii / Sic universalis
ecclesia cottidie sumit et nichilominus consumit
carnem et sanguinem ihesu christi. Omnia non
de pane vel vino materiali materialiter
formatur caro vel sanguis sed materia
panis et vini transsubstanciatur in corpus
et sanguinem ihesu christi. Et sic credimus 26
quod panis materialis atque visibilis
adveniente pane vivifico velud crea
tori honore debitus locum suum et relin
quit et formam visibilem sacramentali
serviens et misterio operis sed substancia
panis et vini vel in preiacentem materiam
resolvitur vel annichilatur / Et hec est mea
intencio ipsius transsubstanciacionis intimus
scilicet substancie panis materialis atque
visibilis ad adventum vivifici panis
salvata forma et veritate accidencium
et qualitatum naturalium ut est sapor odor
pondus calor quantitas et figura ad
mysterium sacramenti mystici ad gene
ris fidei suffragium / ut sic cedat na
tura miraculo ut virtus supra consue
tudinem operetur / Extra de ce. misse / Cum
marthe / preterea / Et ante rebus invi 28
sibilibus fidem prebeant facta mirabiliora
Attende quod incomparabiliter magis est
quod deus ita factus est homo quod non desinit
esse deus / quam quod panis ita fit caro quod
non desinat esse panis / Et longe magis
est quod non est de nichilo creare quam
quod est in aliud mutare / de consecratione dis
ii / Revera quia hoc ante sacramento
miraculum vincit / nam et legi creatrice
dispensacio / et ideo magis venerandum
quam discuciendum / quia credere iubemur
discutere autem prohibemur / sed et perscru
tator maiestatis opprimetur a gloria
pro. 27 Omnia mysterium fidei credi sa
lubriter potest investigari non potest / Et ideo
ea que possunt circa hunc articulum
perscrutari melius est in tacita relinquere

qm terre dissimile / nā bestia que
tetigerit montē lapidabit. Exo xix
Heb xii Et melius est in talibus tacita
fide subsistere qm ultra racōm ex
cedere ne forte quod absit opprimi regis
ydumee in tenem redigamur / Dicit enim
Ambros' nō debemus querere naturā
in gratia neqz consuetudinē in mira
culo / p p̄dicta cōclusum est obiectionib;
hereticorum qui negant corpus xpi
esse in altari nec posse conuerti panē et
vinū in carnem et sanguinem ihu xpi
irridendo dicentes Quis audeat ma
ducare deum deum suum Quis eciā au
deat dicere si formam credit corpus de
maria in substancia quasi nō fuit
28 caro virginis Item quid transsubstanciat
Si queratur quid fiat transsubstanciacio
Respondent quidā qd verbum est totum
est finem quia nō pt terminari q̄nsiōis
momentū / Alij dicunt qd ad placitum
illorū verborū / Hoc est corpus meum /
panis mutatur in corpus / Et ad placi
one hic est sanguis meus vinum mutatur
in sanguinem nunqz tamen corpus xpi
est sine sanguine nec sanguis sine
corpore sicut neutrum est sine anima /
Alij dicunt / xpus tunc confecit et
transsubstanciat quando benedixit /
29 Si queratur quid sacerdos demonstrat
cum verba illa denunciat Dicunt non
inde ergo qd panem cum panis nō sit
corpus xpi / nec corpus xpi cum non
dum sit ibi / Respondeo qd sacerdos nichil
demonstrat cum illis verbis nō vtitur
demonstratiue sed recitatiue / Sicut cum
dicitur Ego sum vitis vera / Ego sum
lux mundi / et similia / vel pt intelligi
secundum regulam Anthonij vbi cum videtur
agi cum de vno agitur cum diuersis
ut est illud / benedixit fregit / dedit
corpus / Eodem mō cum dicitur mandu
cate ex hoc omnes pronomē hoc monstrat
integrū corpus / ex ipo / innuit integra

forma diuisum / ut sit sensus /
comedite corpus integrum sub for
ma diuisa nā sola forma p partes
diuiditur et totum corpus integrū
manducatur / Simili mō pt intelligi
quod subiunxit / Hoc est corpus meū
i. illud quod pfero in hac forma vel
dico qd est ibi demonstratio ad intellectum
de re pre futura que nō subiacet
sensui / Et est sensus / Hoc quod erit
hic statim est corpus meum / Sicut
si dicam / Hic est amicus meus / demo
strans pre venturū vel venientem
Item transsubstancia / Transsubstanciatio 30
est amissio substancie que habetur
et acquisicio eius que nō habetur /
Item transsubstanciatio pre contraria e 31
corruptionē secundum qd de ea intelligitur
phus naturalis In corruptione enim pe
nitus omnia destruuntur pt primam qd e
materia In transsubstanciatione vero
nichil omnino remanet de pane materiali
pt id quod est accidentium sensibilium 32
sensibilis forme Et hoc est qd credit
fidelis et docet / scz qd sub forma pa
nis materialis et visibilis in altari post
benedictionem sacerdotalem rite factam apponitur
panis vite / et sub forma vini visibil
sanguis xpi / et nichil remanet ibi
panis vel vini corporalis / Quia extrinse
est mensa animarum tota quare qm in eo
nō fit separacio sine separatione ad spiritale
refectionem et mensam animarum / de qua
dicitur / panis noster Et nota qd ea ratione 33
panis dicitur mutari siue conuerti siue
transsubstanciari siue transire in corpus
xpi quia sub eisdem accidentibus
incipit esse loco panis / Sicut dicitur
a grammaticis / a mutatur in e cum a
pueri pcium formatur ut ago exigo i.
p hac littera a ponitur e / Si queritur 34
vbi remanent illa accidencia prima
post transsubstanciacionem cum ibi nichil remaneat

de substantia panis et vini corporal
Unde dominus Innocentius quidicit
Sicut alie significandi modum sit nomen
accidentis in physica facultate tale
existendi modum sit in catholica veri
tate nam sicut hoc nomen album
significat accidens in subiecto et in adiacen
tia et hoc nomen albedo significat accidens
sine subiecto in existentia / sic ante
consecrationem accidens est in subiecto /
quod existit in alio sed post consecrationem
accidens sine subiecto quod existit per se /
Desinit enim substantia sed remanent
accidentia nec dicitur accidens in sui princi
pio et in ubi nominis / Sicut enim substantia
corporis est ubi forma corporis non videtur
sic forma panis videtur ubi substan
panis non est / nec est ibi aliud panis
nisi caro Christi que nomine panis dicitur
Joh vi e panis quem ego dabo caro
mea est / Et apostolus / per corpus (?) domino
...nsitas in adiunctionibus / nec debemus
querere naturam in gratia nec consuetu
35 dinem in miraculo / Ad hoc est notandum
quod in natura dei est trinitas personarum
scilicet patris et filii et spiritus sancti / ...
persona non ihesu Christi trinitas substantiarum
deitas anima et corpus / in sacramento
altaris trinitas specierum scilicet panis vini
et aqua / In natura dei non est accidens
in substantia sed substantia consistit
sine accidente / In persona filii ihesu Christi est
accidens in substantia et substantia sub accidente /
In sacramento altaris non est accidens in
substantia sed substantia consistit sub accidente
36 Si queratur quid tunc frangitur in
sacramento / Dicendum quod forma panis
frangitur ... sed corpus Christi sumitur
et comeditur / Ea que notant corrup
tionem referentes ad formam panis / ea
vero que notant acceptionem ad corpus
37 Christi / Si queritur quid a mure co
meditur cum sacramentum corroditur

Dicendo quod sicut miraculose substan
tia panis convertitur in corpus dominicum
et incipit esse sub sacramento sic mira
culose iuste reuertitur cum ipsum sacramentum
desinit esse / Et licet ibi sit color sapor
et quantitas ac qualitas / nichil tamen
est ibi coloratum aut sapidum aut
quantum aut quale / omnia ibi miraculum
omnia natura et legi detrahit dispen
satio. Et nota quod nos maxime specia 38
primare contendunt heretici qui non
credunt Christum esse in altari per virtute
sacramenti / Unde ipso ait / ...
bibemus sumus usque ad consummationem seculi
quod potest intelligi de presentia corporali et spirituali
et item transsubstantiatur / Si queratur utrum 39
hec transsubstantiatio fiat in instanti
an in tempore ita quod pars post partem /
Dicendo quod in instanti et subito et sim
pliciter ita quod totum simul mutatur in
totum et in eodem instanti desinit esse
panis et incipit esse corpus Christi pro
pterea ad ... a quo dicitur desinere ex
...m ad quem dicitur incipere ... ...
sulatus / Ad confusionem hereticorum ...
visa est species carnis in hostia et non
miraculum quod ipse dyabolus admiratus
... confessus fuit / primo quod post con
secrationem erat ibi panis vite / ... for
tius admiratus confessus est quod erat ibi
panis angelorum / et fortius admiratus
confessus fuit quod ibi erat deus et homo
... deus et homo ... admiratus
exivit de muliere. Ad confirmationem
fidei catholice exempla multa homines
post incredulos / multi enim aliqui corporis
oculis viderunt oblationem sanctificatam
a sacerdote super altare verum carnem
et vini sanguinem / Aliqui viderunt portari
infantem super altare in manibus sacerdotis
Aliquando antequam frangeretur hostia vi
derunt puerum sedentem in corporali et non
viderunt ibi unum ...em / Etiam

vidit puer transmutatum in fi-
gura panis et vini / Aliquando autem
viderunt angelos ministrantes presbitero ad-
stare aliqui viderunt agnum positum in
manibus sacerdotum et sanguinem eius
currere in calicem / Sacerdotibus autem qui
sancta tractabant nichil aliud quam pa-
nis et vinum videbatur / Alii autem viderunt
angelos quosdam tradere sacerdoti et quibus-
dam hominibus et tunc sacerdos hoc
non videbat sed ipse sibi et populo sanc-
ta presentabat / Alii viderunt quod multi ex
iustis panem sanctum in specie clare
stelle ore accipiebant de manu sacer-
dotis / Et multi ex iniustis et indignis
in specie carbonis extincti ipsum accipi-
ebant / Alii eos qui digne mandu-
cabant viderunt clara facie / eos autem
qui indigne accipiebant viderunt esse
ethiopes / Quidam viderunt dum sacerdos
diceret canonem et benediceret oblata
palam dexteram dei in similitudine
manus hominis simul cum dextra sa-
cerdotis signum crucis simul super ob-
latam facere / Quidam viderunt angelum
iuxta altare stare scribentem litteris
aureis in suo libro nomina eorum
qui audiebant missam / Et ad fir-
mandum fidem ad preces beati gregorii
ipse panis accepit formam digiti et
post visus est in mensura carnis / Iste
de rustico qui adfirmavit ut apes
multas haberet in alueario posuit eu-
caristiam in quodam vase apium et
accedens in vase isto invenit beatam vir-
ginem tenentem filium suum inter ulnas
Item cum sacerdos quidam rogasset
beatam virginem ut ostenderet ei si panis
ad consecrationem sacerdotis fieret corpus christi
cum celebraret ante orationem dominicam
hostia disparuit et vidit beatam virginem
inter ulnas tenentem filium / Et territus
sacerdos dixit / Benedicta si tu vidisti
hostiam meam redde michi / Cui

illa / Ecce quam sacras quam super altare
tenes quam comedis quam bibis ego
virgo genui · modice fidei quare du-
bitasti / Nonne legisti quod filius meus
dixit / nisi manducaveritis carnem meam
et biberitis sanguinem meum non habebitis
vitam in vobis qui manducat meam
carnem et bibit meum sanguinem habet vitam
eternam / panis quem ego dabo caro mea
est pro mundi vita / nisi esset iste panis
cotidie sacrificatus mundus iam esset
finitus / Et firmato sacerdote in fide
tradidit ei filium dicens En panis
quem queris perfice misterium / Et sic re-
assumpta specie panis tempore fractionis
visio disparuit Item panem in 90
corpus / dicunt greci quod ubi nos ha-
bemus panem ibi habent arthos / quod
interpretatur levatus sursum artatus
a fermento et sale et calore elevatum
quos Et talem panem vocat tumefactum
et plenum spiritu et caloris demonstratum
Azyma vero quia neque sal neque fer-
mentum habet dicunt esse hominem ari-
dum / Unde dicunt in fermento tantum
posse confici eucaristiam sacramenti 91
hunc errorem improbat leo papa in epistola
contra grecos / et probat quod azyma tantum
et non fermentata fuit in cena domini /
Quod sic patet / Quia christus non venit
solvere legem sed implere / Matheo v / Sed
secundum legem tunc tantum azymis utebantur
nec inveniebatur fermentum in domibus
eorum nec apportabat apud eos / et qui
comederat fermentatum peribat anima eius
de cetu israel / Exodi xii / levitici vii / deuteronomii xvi
Et ita patet quod christus azyma tantum usus
fuit et non fermentato in sollempni-
tate azymorum / quia si aliter fecisset
ut transgressor legis perire debuit et
iuste occidi debuisset secundum legem /
Exodi xii / Et constat quod christus peccatum non
fecit nec inventus est dolus in ore eius

p̃ petri ij | Item ex hoc patet xp̄m
92 usum fuisse azima in institucione
huius sacramenti | cuia postq̄ pascha
typicum fuerat completum et agni
carnes cu aplis comederat accepit
pane et corpis sui instituit sacram
de qꝰ dis ij Item cum fermentato xp̄m
dicunt usum fuisse in pascha ł cena
excusacōm instant iude tradendi
dnm et iudeis pmanendi in errore suo
et fidem nram cuacuandi cuia ju
deis tenebat xp̄m proce et plus me
rite sedm legem | deut xiij Judas
tamē confitet se peccasse tradens
sanguinē iustum | mt 26 Item cum
principes et sacerdotes et omē conciliu
quesissent falsum testimonium contra
ihm ut eum traderet morti · nulla c
mortis causa in eo inventa ut ewite
testantur | Sed si fermentato usus fuisset
possent strenue dicere cuia fermentatu
in pascha comedit aut capite cu agnum
mori sedm legem debet Exo xij | Si
dicerent | hoc etiam egisse xp̄m | Eis ipsa
vitas contradicit | Ego palam locutus
sum et mocculto locutus sum nichil
sum et in occulto locutus sum nichil
Joh 18 | nec hoc latere posset ipm
iudeum tal dum domus ubi pascha
fiebat | Item si dicant cp licet i finib
isrl tunc no inveniet fermentatum
tamē cu ipse esset ampius esse potuit
tamē eu ipse esset ampius esse potuit
tamē fermentatum exsibe etipm
luminis fermentatum exsibe etipm
azymum Sub eccl fermentat | Dividi
azymi sub eccl fermentat | Dmiūdo
ex mchilonius transgressor fiet legis
si quoquomodo apud ipm fermentatu
appareret etsi quomodoc illud sm su
isset aliquis civitatis tantu inisedin
retulisset no unq infcius illo quo
aqua commista in Sinu | Et pcipue cu
esset iniciam tam nove sacramenti
quod est totius ecce fundamentum
etc quod in xp̄o manemus et ipe in nob

de qꝰ dis ij | hoc ē saluti | Ergo nec
est ut confiteamur nobiscu cp xp̄us
fermento abiecto in solempnitate
azymorum legem impleuit | aut cp ac
cepto fermentato legem solvit | Sed
sicut mendax inveniretur cp absit tam ē
dicat | no veni legem solve sed imple
Item no tradidisset xp̄m seipm p nob
Ephe v | nec esset traditus ppe delicta
nra quod cu dicit aplus Rom v | sed
ppe sua | nec dedisset seipm p nobis
ut nos redimeret | thy ij | nec iustifi
casset nos gratis p gram suam Rom
iij | sed iuste iustus fuisset p transgres
sione legis si tunc apud eum fermē
tatu fuisset | Exo 3 Ad hoc cp dicitur
Arthos pani p fermentato tm et no
p azymo | Dicendo cp in omnibus scripturis
inveniuntur panem indifferenter dici
sive fuit azymus sive fermentatu |
Leuit 23 | et hic ubi | Et manna
panis dicit | ps | panem celi dedit
eis | pane angelorum manducavit ho
et Sap xvi d | Joh vi c | Exo xvi c | Si
ergo manna quod nulla similitudine
panis est panis sive Arthos dicitur
quo ab azyma nome panis tollitur
que natura forma et sapor visus
tactus et gustus usu cottidiano co
probat esse panem Item Angeli apud
abraham et loth subcinericios panes
leguntur concedisse Gnsis xviij a | et xix b
et angelum attulisse Helye eosdem 3
Regum 19 c | Et in lege | et nichilominus i
nemina panes ppositionis quos
constat fuisse panes azymos | Scia
in lege dicit | Leuit ij d | omnis obla
cio que offertur dno absq fermento
erit | deut xvi | Moyses vocat arthon
i panem afflictionis Item cp ob
iciunt xp̄m anticipasse pascha ab
surdum iudicat cu xp̄m transgressore
legis ponunt si quis pasche noluit 93

obseruare / p̄sertim cum fecerit luc
22 cum cu esset fc̄a hora discubuit
et xii apli cum eis / Et cum lex concedat bis posse
celebrare pascha tamen xiiii luna op
tuit obseruari / Num xix c / Et qui nō
aliter p̄sumpsisset de medio p̄pli sui
periret ut dicit ibidem / Unde constat
q xp̄us ea die fecit cum aplis pascha
qua fiebat uero ex lege scz xiiii luna
primi mensis ad uesperam / Et credendū
est q in hoc ritum legis sicut et in
aliis obseruauit qui nō uenit sol
uere legem sed adimplere / uel pt dici
q h̄ ioh xiii / Ante diem festum pasche
ac secundū cursū noue legis / aut ut et Marc
cum dicit prima die azimorum / accipitur
secundum cursum ueteris secundum quem dies illa
incepit xiiii luna ad uesperam / Secundum no
cursum solis incepit mane / sed secundū
nouam legem incepit a media nocte /
qui habitantibus in umbra mortis lux
orta est eis ys ix scz quando natus e
dns ihūs / Et sic patet solutio con
trarietatis / pt etiam dici q pascha
et azyma equiuoce ponuntur et indif
ferenter sumuntur ab euangelistis / pt ergo re
sponderi ad obiecta p̄hanc distinc
tionem q pascha quandoque dicitur ipsa hora
quando ymolabatur agnus ut dicitur 26
a / Scitis quia post biduum pascha
erit / Et quandoque agnus typicus ut in
eodem / ubi uis paremus pascha
quandoque agnus uerus xp̄us cor v
pascha nostrum ymolatus est xp̄us /
quandoque dies festus / sicut luc 22 app
propinquabat dies festus azimorum qui
dicitur pascha / Et ioh xiii / Ante diem
festum pasche / quandoque cibus paschalis
ioh 18 / Et ipsi nō introierunt ut nō
contaminarentur sed ut manducarent
pascha / Ad hoc q dicunt fermentatū
panem plenum spū et uiuificum /
Dicendo q heresis est asserere animam
inesse panibus fermentatis absque
mysterio dominice passionis / Qui autem di
cunt azymum esse lutum aridum quia
nec sal nec fermentum h̄et / Eadem rone
p̄nt dicere uiuos suos et animas in corpore
et ipsa elementa ex quibus visibilia con
sistunt sic lutum aridum quando nec sal
nec fermentum h̄nt / Item opponunt
greci dicentes q cum ueritas uenit
figura cessauit et euanuit umbra
cum lumen refulsit / Cum igitur pascha
uerum uenit que precessant in typico
cessauit iuxta illud / nouis superue
nientibus uetera proiicietis / leuit 26 / Et
Apostolus ii cor v / Uetera transierunt et
ecce noua facta sunt omnia / ergo sicut
xp̄us uetus pascha confecit sine lac
tucis agrestibus / sic et absque azymis
panibus ueterem ritum in nouo sacrificio
relinquet / ac per hoc nos iudayzare docet
nam utrumque precipitur in lege et preceptū
Exo xii / Et edent inquit carnes nocte
illa assas igne et azymos panes
cum lactucis agrestibus / Dicendo q ec
clesia nō abiecit omnes legales con sue
tudines sicut dictum est supra ibi / Cer
temia huiusmodi quando tenuit sed neque contra
ria superinduxit / sed in melius aliqua
mutauit / nam circumcisionem mu
tauit nō superinduxit contrarium ut
preputium / sed baptismum / Similiter
cum azyma et fermentum sint contraria
nō decebat ut eius tamen contrarius
sibi abiecto azymum et assumeret fer
mentatum / sed cibus fermentatum con
minus bonum abiecit / et azymum con
magis bonum obseruauit uel perficit
Item opponunt q fermentum signat
sermonem spūs sancti quo superue
niente corpus xpi de carne uirginis
est conceptum / Et ideo quia fermentū
signat honore uteri uirginalis et benedictum

P

unionis dicunt rationabiliter sic conficitur de fermentato. Secundo secundum apostolum quod christus de massa peccati corpus sine peccato suscepit tamquam azymum de fermento. Et ut inter christum et ipsum malitie et nequitie nichil intersit sicut inter fermentum et aquam et inter azyma vel veteris masse vel aliene corruptionis invenitur. Una per fermentum christus ipsum intelligitur, et ideo aqua mixta fermento designat ipsum sine peccato conventionem esse christo. Vel sicut azymus panis de pura massa sine fermento conficitur ita corpus christi sine peccato de illibata virgine est conceptum. Item nota quod expositio quam faciunt de fermento quod abscondit mulier res catholici dogmati contradicit. Si enim mulier illa significat ecclesiam, et tria sata secundum trinitatem, ubi ergo erat quod ecclesia mixta beata trinitate fermentum absconderit, nunquam summo et incommutabili bono quicquam ammixtum elevationis fuerit. Item nota quod reverentia corporis christi et in azymo et in fermento patet quod azymum est mundius quam fermentum quia azymum ex munda farina et pura aqua conficitur absque aliqua corruptione. Fermentum vero similia musti vel fex cervisie vel elixatura ordei vel siccis vel lac pectoris immittitur conspersioni farine. Sed constat quod ista apud homines corrupta et sordida reputantur. Unde massa cui fermentum immittitur corrumpitur. Modicum enim fermentum totam massam corrumpit i Cor v, et ubi corruptio ibi deterioratio sive vitiositas. Item fermentum in scripturis in malum accipitur. Luc xii: Cavete a fermento etc. i Cor v: Expurgate vetus fermentum. Itaque epulemur non in fermento malitie et nequitie sed in azymis sinceritatis. Et si omnes scripturas percurreremus, nunquam fermentum in

bona significatione accipitur nisi ibi: Simile est regnum celorum etc. Mat xiii, ubi doctrina apostolorum signatur. Sed azyma nunquam semper in bona significatione accipitur. Pascha enim nostrum i Cor v: Epulemur in azymis. Dicitur autem azymum quasi sine fermento. Zyma enim grece latine dicitur fermentum. Qui ergo in fermentato sacrificant, audiant sibi exprobrantem Ambrosium qui dicit: Venite ad hec esca de simila. Ut ergo nichil corruptum, nichil corrumpens, sed totum sincerum atque sinceritas in hoc esse sacrificio monstretur, non fermentatum sed azymum consecratur. Item attende quomodo maiori diligentia subtiliori signo domini corporis integritatem et unitatem imitatur ecclesia romana a ministris altaris in sacrario confectum offert azymum quod ex grano frumenti et limpida aqua fit, tortus igne et ignis calore constrictus et roboratus. Sicut in una christi persona tres proprias tenet substantias et veneratur, scilicet carnem humanam per granum frumenti et animam rationalem per aquam claram et numen dei verum per ignem. Unica sue deitatis calore tamquam igne carnem et animam sibi constrinxit et consolidavit. Aliter non paratur azymus sed fidelis in notitione totius trinitatis fit hec et singulare corpus christi. Non sicut Theopatite dicunt corpus patris et filii et spiritus sancti. Omnia in consecratione eucharistie tota trinitas operatur sed sola mors christi in fractione et in esu annuntiatur i Cor xi: Quotienscumque manducaveritis panem hunc mortem domini annuntiabitis. Item quod bene conveniunt ista tria mysterio. Nam farina pura sine fermento sicut caro christi est munda a peccati contagione, de uno integro granum frumenti de terra natum Joh xii: nisi granum frumenti cadens in terram mortuum f

Item aqua farina conglutinatur et
anima carni unitur sicut ignis non
est de ... quia deus noster ignis co
37 sumens est, ut dicitur ... Et heb. xii a.
Quia autem disciplinam greci habent
et cautelam super tanto misterio ad
confessionem corporis requirere, ipsi enim dono
vel precio fermentatum a quocumque vino
vel muliere emunt ... ac publico
foro ad mensam domini transferunt illotis
et sordidis tractant manibus, cum secundum
38 quosdam substancialis est pro ... fer
menti farine salis aque et ignis.
Quorum omnium significationes ...
ab eis requirere sicut nos de azymo
assignamus. Item auctoritate veteris et
novi testamenti latina ecclesia notat
azyma in sacrificio. Temere a grecis
... institutione fermentum tam
obstinate defendunt, nullus enim que
mentatus potuit hoc misterium fidei
commendare quam ipse qui tradidit semet
ipsum oblacionem pro nobis et hostiam
deo agnus ille immaculatus qui tol
39 lit peccata mundi. Item dicto ab eis
quare non mutant vinum in aliud li
quorem sicut mutant azymum in
fermentum. Si enim recipiunt vinum
aliud cur abiciunt. Item nota quod
romana ecclesia illud intemerata fide ser
vavit semper et que ab ipsis accepit
apostolis qui eam principaliter sacris
instruxerunt doctrinis et ecclesiastici
ritus regulam docuerunt. A beatis enim
apostolis beato petro et paulo quos bi
nos habuit et defunctos custodit
hunc sacrificii ritum accepit, que
hactenus inviolabili cultu servavit.
40 Greci vero post tempora ... domini
inconsultam per divisas ... dimi
serunt ... divisionis scandalum
imponentes sacrificii ritum temere mu
41 tavit illud ante nondum quod tam
in azymo quam in fermento potest confici
sacramentum nec est de necessitate materie
alterum istorum determinare, nobis tamen est
determinata materia quia ecclesia elegit
et approbavit quod in azymo efficiatur etiam
dominus de azyma confecit. Et ideo grecos
indicamus non quia fermento conficiunt
sed quia quod licitum est dampnant et quia
nostrum reprobant sacrificium.

Et vinum in sanguinem

vinum scilicet cum aqua mixtum. 42
Contra Armenos qui non mis
cent aquam in sacramento eucaristie
contra quos nota quod in calice mittitur
aqua cum vino. De conse. dis. ii In calice 43
domini non debet in calice domini aut vinum
solum aut aqua sola offerri sed utrumque
permixtum, quia utrumque ex latere Cristi
in passione profluxit. De conse. dis. ii c. ii
et c. ... et de conse. c. ... Et quia
quando utrumque miscetur sacramentum
spirituale efficitur, nec calix domini est aqua
sola nec vinum solum nisi utrumque mis
ceatur. Sicut corpus domini non potest esse
farina sola nisi utrumque adunatum et
utrumque copulatum. Sic et panis unius
compage solidatus ut dicit Cyprianus
de conse. dis. ii. Scriptura c. vi. iste
cum ipse dominus sic tradidit. De conse. dis.
ii. ... sacramento. Item cum in calice
vinum et aqua miscentur populus Cristo ad
unari dicitur. Unde si vinum quis tantum
offert sanguis Cristi incipit esse sine nobis
si vero aqua sola plebs incipit esse
i. significari sine Cristo, et sic salutis
... negligitur sacramentum. De conse.
dis. ii. Cum omne. Ad idem extra de ce
lebratione misse c. cum marthe et c. perniciosus et ult.
Aqua per admixtionem transit in vinum
et vinum per consecrationem transit in sacramentum
ablutionis et redemptionis. De conse.
dis. ii. In calice. Et dicitur quod ... miscetur
aqua cum vino utrum hanc intelligatur
populum fidelium semper esse cum Cristo et

xpm manet cum populo suo ut sicut a
qua non separatur a vino sic nec populus
separatur a cristo secundum quod ipse promittit
Matth. in fine / Ecce ego vobiscum sum omnibus
diebus usque ad consummacionem seculi
Et ante a dyacono aqua in calicem
non ponitur sed sacerdoti vel pontifici po
rrecta offertur Ut significet quod sacerdotes vel
pontifices mediatores sunt inter deum
et homines et vice xpi deo peccatores re
conciliant / ij Cor. v / c / posuit in nobis
verbum reconciliacionis sicut per xpm
reconciliati sumus deo ij Cor. v / c /
deus erat in xpo mundum reconcilians
sibi / vel ad Rom. / Ad cautelam aqua
ponitur in calicem sacerdos ne desiciat
quod ad perfectionem pertineat sacramenti /
Et ante vinum primus in calice ponitur
deinde aqua significat dilectionem qua prior
dilexit nos et primus venit ad nos
quam nos ad eum Joh. 15 / non vos me
elegistis sed ego vos elegi Et autem
xpus vino cum aqua mixto usus
fuit verisimile est propter terre illius con
suetudinem quod non esset potabile nisi cum
aqua propter terre illius calorem ubi po
tus vini esset sicut vinum si quis
illud bibet sine aqua / Et verisimile
est quod xpus ibi usus fuit aqua sine
vino quam vino sine aqua quia etiam ibi
magis est consuetum sola aqua bibere
quam solum vinum / propter quod panis vinum
11 et aqua ponitur in sacramento altaris
significant tres principales virtutes sine
quibus non possumus salutem consequi nec
xpo incorporari / per aquam omnia lavantem
fidem de qua Actus Act. 15 / fide mundans
corda eorum / per vinum quod letificat cor
hominis spes de qua Phil. iij / Salvatorem
expectemus dominum ihesum qui reformat
corpus humilitatis nostre etc / per panem qui
de multis granis efficitur caritas in qua
universa lex pendet et prophete / Et ro

ex qua in deo manemus et deus
in nobis / prima Joh. 4 que etiam sola legem
adimplet / Rom. xiij / Et hoc est contra
Armenos / qui non miscent aquam vino
in sacramento dicentes quod sanguis et
aqua separatim exierunt de latere cristi
Et ideo separatim debet esse vinum quod
consecratur in sanguinem in sacramento
altaris / Et aqua in baptismo / Eciam
Et sicut in xpi corpore commixta erant san
guis et aqua sed tamen separatim exie
runt sic separata vinum et aqua que
illa significant in sacramento altaris sunt
miscenda et admiscenda / Contra dis. ij
c. ij / fluxit enim aqua ut bibet populus
dei redundantis aqua in calicem sacrificii
in vita eternam fluxit etiam aqua ut
mundaret sanguis ut redimeret / Contra
dis. ij In calice mittitur vinum et aqua
cum eis sub precio gratis venundati
estimus sine argento redimimur
Ysa. 52 c / cum non corruptibilibus auro
et argento redempti estis sed precioso
sanguine xpi prima petri j / Et Apo. 1 / Redemit
sanguine nos deo in sanguine suo / Sanguis
igitur precium nostre redempcionis aqua
lavacrum significat nostre regeneracionis
Ezech. penult. / Et ideo aqua sola vel
vinum solum in calice sacramentum non
sunt nec baptismum sine fide passio
nis nec passio sine fide baptismatis
sufficit ad salutem Contra illud quod
Matth. 26 / non bibam amodo de hoc genimine
vitis / dicentes quod genimine vitis est
vinum purum sine aqua ex quo placere
videtur quod xpus usus fuit in insti
tucione huius sacramenti vino sine
aqua / vino exemplo xpi tamen vinum
ponendum dicunt in sacramento et non
aqua / Dicendum quod non genimine vitis
dicitur ideo quod non sit ibi aqua sed secundum
quandam diffinicionem vinum scilicet / vinum 11
est aqua putrefacta in vite / vel dicitur

ex ipso tenuissimum peris aque apponitur
in vino ita quod possit absorberi a vino
et propter hoc vinum non amittit colorem
nec saporem nec nomen vini sed aqua
committitur in vinum ut extra de ce. misse /
Cum marte / Que sivisti / circa / infra
et cap. ult. / Quia Christus non mutatur
in eam sed ecclesia in Christum sicut dictum
est beato augustino / Cresce et manducabis
me nec ego mutabor in te sed tu in me mu-
taberis / Greci ponunt ibi aquam
45 ferventem / dicentes aquam calidam et sanguinem
calidum de Christi corpore mortuo exivisse /
Sed contra ipsos beati evangeliste
concorditer narrant dominum ihesum Christum hora
nona fuisse mortuum et post lancea per-
cussum unde sanguis et aqua exivit
et ita cum totum corpus esset premortuum
et frigidum sanguis ille naturaliter non fuit
calidus / quod si aliquo caluit contra aliquis
calor hoc tamen miraculum non retulit / Sed
quero a grecis an aqua tantum aut sanguis
tantum aut simul utrumque caluit / si san-
guis tantum / quare calefaciunt aquam / si
aqua tantum quare ex ea calefaciunt Christi
sanguinem / si utrumque simul / quare non
47 calefaciunt utrumque illud aut non dicunt
quod ex latere Christi dormientis in cruce ex-
ivit sanguis et aqua / ex quibus for-
matur ecclesia quemadmodum ex costa ade
dormientis formata est eva / Cum
Unde culpa venit et gratia / culpa per
feminam gratia per Christum / de con. dist. ij. cum
48 calice Sequitur qualiter fit transsub-
stantiatio / Unde sicut quod archangelus
beate virgini dixit spiritus sanctus superveniet
in te i. operatione spiritus sancti fit trans-
substantiatio / Sicut enim conceptio filii
dei in utero virginis non operatione hu-
mana sed spiritus sancti gratia et vir-
tute facta est / sic hec mutatio et trans-
substantiatio in altari non natura sed
potestate divina fit / Similiter quod accidentia

panis et vini remanent etiam sine 49
in Christi corpore nec in aliquo subiecto quod
est contra naturam accidentis cuius esse
est inesse subiecto / potentie divine et
non nature / ita invisibilis sacerdos
visibiles creaturas in substantiam corporis
sui et sanguinis convertit verbo suo
secreta potestate / de con. dist. ij. ora corporis
/ Non queras ergo nature ordinem in Christi
corpore cum preter naturam sit Christus natus
de virgine / de con. dist. ij. quibusdam et ce-
tera / ubi plura ponuntur exempla
Item consuluisti de pane intincto et vino
in sanguine / Si queratur utrum panis sine vi- 50
no vel vinum sine pane valeat transsub-
stantiari / diversi diversa dicunt / Illud
autem secundum textum evangelii videtur
separatim posse fieri gravius tamen offen-
dit qui negligenter aut ignoranter
alterum sine altero permittit / gravius tamen
qui sciens aut sponte / gravissime qui
formam intendit mutare aut heresim
inducere / Quid ergo faciendum sacerdoti 51
si post consecrationem / vinum comperiat
pretermissum / dicunt aliqui quod vinum
debet apponi et super illud solummodo
consecrationem repetere / Alii dicunt quod appo-
sito vino pane consecratum sicut in
die parasceves debet immittere / sicque sacri-
ficium suppleri / consultius tamen et cau-
tius est in dubiis ut illa talis obla-
tio studiosissime recondatur et super
alia totum officium celebretur / in quo
ad hoc est reiterabile sacramentum
quia non debent iterari verba illa super
eisdem pane et vino Item si queratur
utrum solum vinum possit transsubstantiari
sine aqua / cum dicatur de con. dist. ij. cap.
in sancta calix domini non potest esse aqua sola
vel vinum solum nisi utrumque misceatur
Similiter licet diversi diversa sentiant
illud tenendum pro certo quod si non intendit

hesim indutie al tueri sed oblivione
vel ignorantia pretermisit aqua / Preter
hoc non est irritum sacramentum / ut
dicitur de cons dist. ii / Scriptura / aliud
pro r non debet / de cons dist ii Intelligite /
Anima non dicitur posse fieri quod non debet
22 q 2 / faciat homo quod pt

62 Potestate divina sua
propria virtute ac potestate divina
conficit et post formam consecrationi
tradidit / ipse namque per se virtute propria
benedixit nos autem illa virtute qua
includit verbis / nam invisibilis sacerdos
Christus visibiles creaturas panis et
vini in substantiam corporis et sanguinis sui
verbo suo secreta potestate convertit / de cons
dist ii / Quia corpus panis est / Et nota quod
sicut ineffabilis est illa unio qua deus
est factus homo sic ineffabilis est illa
conversio qua panis fit caro / nec tamen
panis est dicendus incarnatus quia
panis fit caro sicut verbum dicitur incar
natum quia verbum factum est caro / nam
verbum manens quod erat ita factum est caro
quia carnem assumpsit sed desinit esse
carnem / Sic panis desinens esse quod
erat ita fit caro quod transit in carnem sed
non assumpsit carnem / Et ideo in miraculo
non est ratio inquirenda / sed hoc cre
dendum est quod per verba Christi sacramenta
conficiuntur / nam eius potentia creature
panis et vinum eius verbo ad melius
pacantur / de cons dist ii / utrum in fine / Et
corpus / panis est / Omnis enim virtus et
63 omnis potestas ex prima et universali po
tentia est / eidem quia plenissime omni
et semper subest ad restringendum
et ad limitandum confundendum transfundendum
suspendendum et relaxandum / ut de
virtutibus naturalibus exempla patent
Quia virtus ignis suspensa fuit
a combustione rubi / Exo 3 / Et virtus

aque a fluxu et submersione in divi
sione maris rubri / Exo 14 / Et virtus
motiva solis Josue x / Quanto magis
in tanto sacramento creature necesse
habent parere beneplacitis imperio summe
voluntatis dei que tamen ibi operatur
Sicut enim ad verbum angeli filius
dei factus est homo in utero virginis
beate / Sic ad verbum dei venit in sa
cramentum altaris / Et sicut de virgine
per spiritum sanctum vera caro creatur sine coitu
ita per eundem spiritum sub specie panis et
vini idem corpus Christi consecratur / de
cons dist ii utrum sub figura / Et sicut ad
nutum precipientis domini repente ex nichilo
substiterunt excelsa celorum profunda fluctuum
vasta terrarum ita pari potestate in
spiritualibus sacramentis ubi precepit
virtus servit effectus / de cons dist ii /
omnia / patet / Et nota quod omnes locutiones 69
que signant transitum sunt conce
dende sicut panis transit in corpus Christi
vel transsubstantiatur vel mutatur / Et
omnes ille negande in quibus non signatur
transitus sicut iste / panis erit corpus
Christi / Et eadem / panis transit in corpus
Christi / hoc est cedit corpori Christi vel est sibi
accidentibus sine forma sub quibus erat
panis modo erit corpus Christi / Est ergo
ista transsubstantiatio sicut dicit Egidius
in terminis essentialis sive substantialis
non formalis / forme enim accidentales
panis et vini remanent sed omnia
substantialia transeunt / Fit autem
transsubstantiatio panis in corpus
et vini et aque in simul in sanguine
Christi / ut extra de ce missa Cum marte
Item nota quod quamvis panis tantum
transsubstantiatur in corpus Christi / et vinum et
aqua in sanguine Christi / tamen sub utraque
specie est Christus totus et integer non
enim corpus Christi est sine sanguine /

et aqua nec sanguis sine corpore
et anima / Sed species panis est
sacramentum vel sacrum signum corporis
solius corporis / et species vini solius
sanguinis sed utrumque sumitur sub utroque
61 de cons dis ii Ubi pars / Item potestate divina
contra hereticos qui negant miracula
que fiunt in ecclesia / Ad quod inducitur
Mt vii / Multi dicent mihi in illa
die domine domine nonne in nomine tuo prophe
tavimus et in nomine tuo demonia
eiecimus et in nomine tuo virtutes
multas fecimus / Tunc confitebor illis
quia nunquam novi vos / discedite a
me qui operamini iniquitatem / Ecce
quod non arguit eos de incredulitate
sed de iniqua operatione fidem enim
habebant sine operibus sine operibus et
in fide nominis ihesu xpi signa faciebant
Et quod per talem fidem possent fieri
miracula patet per cor xiii Si habuero
omnem fidem ita ut montes transferam
caritatem autem non habeam nichil sum
Item obicitur Mt 18 / Surgent pseu
do xpi et pseudo prophete et dabunt sig
na et prodigia ita ut in errorem in
ducantur si fieri potest etiam electi / Ad
idem inducitur / Apo 16 ubi iohannes
ait / Vidi de ore draconis et de ore
bestie et de ore pseudo prophetarum exire
spiritus immundos in modum ranarum
Sunt autem spiritus demoniorum facientes
signa / Ex hiis dicunt heretici quod
qui in ecclesia romana signa faciunt
pseudo prophete sunt et qui talia faciunt
demonia habent per que illa faciunt
Ecce quod impostoris auctoribus loquitur
de signis fantasticis / Unde qui ea
faciebant pseudo vel falsi dicuntur
E contrario non in ecclesia romana per
experientiam probantur esse bona miracula
et hoc patet expresse de beato petro
Johanne et paulo et aliis multis
Act ii et aliis cap / Quod autem ecclesia

xpi habuit potestatem miracula facien
di patet Mt x / Mr vi / Luc ix et x
et Mr ult fine / ubi dicitur / Signa autem
eos qui crediderint hec sequentur super egros
manus imponent etc / Sed nota quod non
dicit / omnes eos / Item potestate divina
contra hereticos qui querunt quomodo idem
corpus possit esse in diversis locis et
contra eos qui dicunt / Quod si fuisset
tantum corpus quantus est mons
ille diu iam fuisset consumptus / Ecce
de cons dis ii Qui manducat scilicet quod sit iste panis
vi ubi cibus quo xpus satiavit quinque
milia hominum non est comedendo con
sumptus sed auctus est Et vetus iam
de ydria farine et lechito / Item per
similitudines quibus coram vulgaribus
quomodo confitetur / quod idem sol absque
diminutione est in diversis candelis
eadem ignium vel sonus in diversis
auribus / idem lux in diversis oculis
eadem fides in diversis fidelibus eadem
sapientia in diversis cordibus eadem scrip
tura in diversis codicibus eadem forma
in diversis nominibus / Eadem veritas in
diversis credentibus / Eadem ymago
in diversis speculis / Eadem auctoritas
sine divisione ducatus vel prelatio
in diversis subditis Eadem paternitas
in diversis filiis / Nec ista per multitudinem
participantium minorantur nec aliquo modo
consumuntur nec recedunt ab eo ubi erat
prius / sed integra et incorrupta
ibi remanet ac si inde nichil perceptum
fuisset Ita xpi corpus totum integrum
permanens totum cottidie ubi missa
ubi missa rite a catholicis celebratur
de cons dis ii Sed si quis inquid. cum go
hec mercatoris negare nequeunt e
rubescunt discredere mercatorem / apparet 66
heretici quod verbum dei iuxta sacramenti
naturam totum simul in diversis locis
existat / et non mirantur quod ubique
homo iuxta vocis naturam totum

est in omnibus diuisus et permanet
ad plenum nec recedit nec separatur ab
uno / quod quamuis materia in corpore
christi tamen per naturam sit christus natus
de uirgine / sic ergo christus indiuisis
locis est unus sicut in singulis partibus
corpus de consecratione dist. ii / Singuli accipiunt
non est quantitas uisibilis in hoc es-
timanda mysterio sed uirtus sacramenti
spiritualis / de conse dis. ii / ubi supra / Id
idem de manna / exo 16 / D / Et de conse
6a dis ii ubi supra in capitulo apostolus / Nota quod in-
pugnant heretici sacrificium altaris
per illud osee vi / Misericordiam volo
et non sacrificium / Ergo intendit
hereticus / non placet deo sacrificium
altaris / Rursus quod non loquitur de omni
sacrificio / sed de mosaico quod noluit
ex quo corpus christi oblatum est et tamen
Rom vii / Mortificati estis legi per corpus
6b christi / Item obicit hereticus / Si corpus
christi fit corpus christi multum debet augeri
corpus eius cum in tot fiat cottidie
locis / Rursus quod non notat ibi materia
sed conuersionem / Et est sensus / panis
in corpus christi conuertitur / simul
intrat ex quo ad materiam et quo ad
substanciam forma sed accidencia rema-
nent / Cum igitur panis transeat
cum forma sua substanciali et non addatur
materia corporis christi non est corpus christi
augeri / Augmentum enim fit ex addicione
materie augmentantis ad materiam
eius est quod recipit augmentum
Item obicitur Joh vi Spiritus est qui
uiuificat caro non prodest quidquam / Cum
non prodest sensualiter et recto
abeuntibus et carnaliter intelligentibus
scilicet carne mea frustatim comedenda
sub specie sua propria / Iohannes hoc subiungit
verba que ego loquor uobis spiritus et
vita sunt / spiritualiter sunt intelligenda
Spiritualiter enim intelligendum est et cre-
dendum quod christus carnem et sanguinem

suum non uisibili forma sed sub spe-
cie panis et uini omnibus daret ad
manducandum / Iohannes quod eciam subiungit
Sed sunt quidam ex uobis qui non
credunt / De hac materia agitur / de conse
dis. ii / prima quidem non est corpus

Ad perficiendum mysterium 69
unitatis / Mysterium dicitur sa-
cramentum uel sanctum uel abscon-
ditum / uel perfigmentacio occulta uel
occultum secretum uel quod occulta
est dispensacionem sine intelligenciam
Unde apostolus / Loquimur sapienciam in
mysterio que abscondita est / primo cor ii
Hoc pauendum uenerandumque mysterium ao
ad cuius intuendam altitudinem humana
uenerabatur intuitus / hoc mysterium
unitatis et pacis christus in sua mensa
consecrauit Qui accipit hoc mysterium
unitatis et non tenet uinculum pacis
non accipit mysterium pro se / de conse dis
ii qui passus / Cum manducat enim
eciam est sacramentum corporis christi proprie
de uirgine sumptum / Mysterium unitatis
perficitur in sacramento altaris signo
exemplo uirtute / Signo granorum
uino et ab inuicem inseparabilitas
atque indistinccio in ipsa forma panis
uisibilis apparet que signat dilectionis
unionem et indistinctam societatemque
sanctorum inseparabilem / de qua Gal 3
b / non est iudeus neque grecus non
seruus neque liber non est masculus
neque femina omnes enim uos unum estis
in christo ihesu / Item exemplo quia in cena
domini dominus ihesus christus corpus et
Extra de sen(tentia) excom(municationis) Solummodo. Alter(um)
vero vinculum est quo ligati sunt ipsi
fideles ne ipsi excomunicato communicent
nisi in casibus [illegible] certa et anime
confessio 11 q 3 cum multi. Et extra
de sen(tentia) excom(municationis) c. in dubiis et alia.
Notandum q(uod) secundum vinculum sequitur ex
primo. Cum enim rex vel paterfamilias
foras proicit nullus sp(irit)ualis vel secu
laris debet receptare. Cum enim mediata
est civitas mediata est omnis commu
nitatis. Alioquin ipsa familia evacu
aret sentenciam patrisfamilias sive regis
et irritaret eius iudicium et subditi
destruerent quod agitur p(er) regem et
pugnaret civitas contra seipsum ma
gistratum quod fieri non debet 24 q 3
Illud plane 11 q 3 Si quis episcopus venerit
absit si inventus sicut ap(osto)l(u)s [illegible] cap
Ex predictis apparet confusio hereticorum
qui negant sacerdotes ecclesie habere potestatem
ligandi atque solvendi in foro iudiciali
Item claves concessit ap(osto)lis et eorum 4
successoribus. Contra illos qui dicunt ista
potestatem solos sanctos et iustos sacer
dotes habere 1 q 1 Gratia contra tardiores. Et
24 q 1 Graue. Et c 2 § sequentibus ubi
agitur de materia ista p(er) totum. Huius
civitatis distinctio facilis est cognoscere
tenentib(us) potestatem magistratus sive secularis
sive sp(irit)ualis esse potestatem ipsius p(ar)tis
civitatis cuius ipse magistratus. Omnis enim
magistratus civitati sui servit magistrando
solam enim habet execucionem sive exercitium
iurisdictionis que ipsius civitatis est
pleno iure. Et hoc in civitatibus civi=
les que sibi constituunt magistratum et ad
hoc eciam primo constituti sunt reges

r

ut officio regiminis servirent pro il-
los regendo. i Regum viii. Cum reges
romanorum primo reipublice prefectos
se nominabant donec ducti libidine
dominandi imperatores se nominarunt
debent autem esse suorum ministri et sub-
iectissimi et prudentissimi servitores.
Sap. vi. Ad vos isti reges sunt hii
sermones magni cum essetis ministri
regni mei. Principes autem reipublice
b spiritualis romanus pontifex agnoscens
non aliud sibi commissum quam servitutis
officium servum servorum dei se nominat
hunc modum accipiens ab apostolis qui
servos ihesu xpisti se nominabant. paulus
ad Coll. iii. Omnia vestra sunt sive paulus
sive apollo sive cephas. Et ii Cor. 4
non nosmetipsos predicamus sed ihesum
xpistum dominum nostrum nos autem servos vestros
per ihesum xpistum. Ad hoc enim omnis publica
potestas constituitur ut reipublice serviat.
Hac igitur constante suppositione fixa que credit
quod potestas ligandi est potestas iudiciaria
ecclesie quam manifeste iniuncta ministrat
sive per quos pronunciat sive per quos
c examinat causas ligandorum atque sol-
vendorum nichil addit nichil diminuit
huiusmodi potestati. Nichil enim iudicii derogatum
est etiam per iniquissimum assessorem
iniusta per sententiam suam cum per assessorem
sive iniustum sive iniquum de mandato
iudicis et auctoritate fertur non assessoris
contra quem ex sententia sua non minus
sit quam per ferre illam ipsius tamen
magis quanto facio quam dico. Sicut igitur
per carnifices impiissimos a iustissimis
sententiarum potest esse extinctio ac fieri
a cultoribus etiam per iniquos iuste
potest fieri iustarum sententiarum pronunciacio
contra dicta iustissima ac saluberrima

per precones vilissimos vitaque turpis-
simos proclamata et publicata tenent
et valent non obstante turpitudine
aut infamia eorum. Valent autem propter
auctoritatem constituentium. Quanto ergo
fortius sententie ligacionum et solucionum
valebunt et tenebunt propter auctoritatem ecclesie
et potestatem eius cum eius auctoritate ferantur.
Contra cum sedet consilium vilissimus
et iniquissimus pro statuta consilii pro-
nunciat. Nunquid ideo minus valent aut
vigent statuta huiusmodi quia per talem
pronunciata sive publicata sunt. Absit.
Sic sedet ecclesia in solio regni spiritualis
dum gentium principes pronunciari eius
mandato statuta sive edicta a quibus
vilissimis vel iniquissimis nichilominus pronun-
ciat publicat et exsequitur. Sicut igitur
auctoritatem ipsius aut diminuere aut firmare
peccata pronunciancium vel exsequencium
vitare aut infirmare non possunt
Sic igitur iudex ecclesiasticus auctoritate
facit ut ipsius ecclesie organum et mi-
nister manifestum est quia vicia eius
et peccata in nullo infirmant statuta
vel edita aut sententias ipsius ecclesie.
Rate igitur sunt sententie ecclesie
quecumque licet per scelestissimos sint
late. Contra si non potest ecclesia committere
peccatoribus huiusmodi iudicia sive causas
sequitur ex hoc quod nec consilium regimine
animarum iuste committitur cum
magis sit dare consilium sanum quam
dictare quam iustam pronunciare. Et consequenter
sequitur quod neque examinacionem testium
neque depositionem partium super causas a ipsius
sententie possit committere nisi sanctis.
Si enim peccata iudicis sanam faciunt
invalidam eius non peccata examinatoris
testium eius examinacionem ut non immerito
non valeat quia per peccatorem facta

r

Eccl(esi)e inocet et scripta de posicionum se
sine causa ipius nulla est quia p(ro)
peccatum scripta tum et pronunciandum
sit in scriptis / xj q i cum primus / Et ideo
antequam feratur sententia est scribenda /
A Similiter de iniquo examinatore / Ad
hoc igitur de necessitate indiget ecclesiam
dei huiusmodi heretici ut omnino iudicare
alios non possit / primo omnia scilicet eos
eos nisi sancti et nisi possint iudicare
alios / nemo autem inuenitur qui hoc
de se presumere audeat cum apostolus dicat
i cor iiij / nichil michi conscius sum
sed non in hoc iustificatus sum / Eccle(siastes)
ix / nescit homo utrum amore dignus
sit an odio / igitur ex necessitate fiet de
fectus iusticie et iudicium et ecclesia
dei Et quintum inconveniens sit spiritu scilicet
ex premissis / Tanta enim est bonorum et
malorum permixtio tanta scolarium prophanatorum
contagia innocentium oppressio ut vix in
ecclesia dei inveniatur nisi confusio in in
ea aut vix aut nunquam inveniatur in
dex qui malos a bonis segreget vel
prophanos a sanctis arceat et compes
cat innocentium oppressores / Hec enim
pertinent ad officium sacerdotis 3 q i
Deus / Sextum est inconveniens quia
gladium sine potestatem habebit ecclesia
inutiliter quia illam sancti humiliter
refugiunt mali non in illam se in
gerunt impudenter / Tercium sequitur
inconveniens quia nunquam habebit
ecclesiasticus index scriptum primo et per consequens
assessores et testium examinatores
et scriptores sentenciarum et stati
torum distincte ut omnes sint absque
macula peccati / ne iniquitas aliquorum
istorum sinarum irritet aut pessimum
simarum inconveniens est malorum
impunitas atque defensio / tot enim
habebunt refugia tot defensionum
scuta quot invenire poterint impro

bitatis peccatoris peccata / Hii sunt ergo
qui nolunt nisi furcis et palis
aureis eius lutum et immundicias
de civitate et domo dei eius nisi
per sanctos et mundos volunt posse
mundare ecclesiam dei ab immundis / Hii
nolunt posse lapidare agricultores
spirituales nisi lapidibus preciosis nec
ligare posse nisi cinculis aureis
et argenteis / Deinde non ecclesiasticus
potestatem et auctoritatem adeo minuunt
ut malis subditis eam dicant uti
non posse quibus usus eorum maxime
utilis et salubris est / Sanctificatio
enim et contrario omnium operum que per homines
fieri possunt optima et saluberrima
sunt in quibus dicunt ecclesiam dei
malis uti non posse tum dicunt ad
sanctificandum alios ecclesiam per ma
los nichil facere. veritatem et virtutem
sacramentorum eorum ministerio subesse
negantes / Similiter et contrario malorum
que utique per iudicium et iusticia fa
cienda est per malos ministros nichil
facere posse affirmantes qui malis mi
nistris omnino auferunt posse habere pota
tem ligandi et solvendi / Item cum B
de nullo constare possit in vita ista
ipsum esse immunem omnino a mortali
peccato quia xij omnis potest dicere mundum
est cor meum aut purus sum a peccato
et iterum eccl(esiastes) ix / nescit homo utrum
amore dignus sit an odio / nemo
aut possit secundum errorem istum solvere vel
ligare nisi sanctus / et non sanctus
non potest igitur incertum est utrum an
solvat an ligat / Similiter nec scire
potest an ligatus sit an solutus et
ita committet se discrimini committendo
sacramentis / Similiter et illi qui per
sumunt officium ligandi et solvendi
cum non sciunt se habere potestatem quam pre
sumunt / et ita secundum eos illudunt
sepe subditis discrimini se tum con
pellunt eos servare sentencias suas

E

que forte nulle sunt / nulla enim pe-
riculosior illusio fieri potest hominibus
quam si intendatur eis pro absolutione
quod non est absolucio. Item esto
9 quod prelatus toto tempore excommunicationis
causse sit in caritate / et ipsa hora
qua pronunciandum est cadit in peccatum
mortale quo fiet secundum illos cum a
caritate cadat prelatus et a potestate
et ita per huiusmodi vertetur in ridiculum
potestas ligandi et solvendi. Item esto
quod iudex sanctus et bonus precipiat
subdito suo malo et perverso ut excom-
municet aliquem et ille excommunicet de
facto mandato suo et auctoritate sancti et
iusti iudicis nunquid erit excommunicatus
talis / Si enim excommunicat eius auctoritate
excommunicatur ille manifestum est quod iste
mandator excommunicat non obstante
iniquitate mandatarii / Sic eciam ecclesia
per vias canonicum scriptum precipiat vel
mandat excommunicare per litteras suas
excommunicatione dignos ipsos excom-
municat prelati autem velut mandatarii
pronunciant et exequuntur ecclesie censuras.
Et attende quod non refert an dicat mi-
nistros huiusmodi potestate vel ecclesie aut
potestate Christi in hac parte / omnes enim ra-
ciones quas adduximus eque va-
lent ad utrumlibet / ecclesia enim auctoritate
divina utitur maxime quod ipsa forma
excommunicationis exprimit cum dicitur Ex-
communicamus auctoritate dei omnipotentis etc. /
omnes eciam raciones iste eque probant
potestatem ligandi atque solvendi in
foro penitenciali sicut in foro iudiciali
causa autem erroris istius est ignorancia
eorum qui non videntur
potestatem sive officium sive ministerium
ligandi atque solvendi non requirere
in ministro fundamentum iusticie aut
sanctitatis sed solummodo canonice
sive legitime institucionis / canonica

enim sive legitima institucio in episcopo aut
sacerdote requirit prout potest sine subesse
potestate ligandi atque solvendi in dyocesi
vel porrochia / sicut et in rege non
iusticia sive potestate potestatem regiam sed
canonica sive legitima electio sive in-
stitucio ut patet Extra de postulatione
et electione et aliis in multis locis.
Si quis obiciat quod malus prelatus
in peccato ligatus vinculis dyabolicis
hic est vinculis peccatorum non potest aliquem
ligare cum ipse extra communionem sanctorum
sit et extra corpus Christi mysticum quod
est eciam neminem potest extra communionem
facere / Similiter cum sit ligatus neminem
potest solvere / ut 24 q. 1 / Si vero dicant et consequentibus /
dicat manifeste quod aliquis
aliter ligatus est et aliter ligat eciam
per quod ligat vel solvit non est ligatum
in eo scilicet officium vel potestas quemadmodum
rex si eciam ferro ligatus sit vel cap-
tivus vel obses vel ob aliam causam
dummodo liberam administracionem regni
habeat ligat et solvit captivos et liberat
in regno suo quos vult / non ex libero
aut soluto corpore / sed ex libera et so-
luta potestate / Excommunicatus autem vel
suspensus prelatus ideo non potest solvere
vel ligare quia ipsum pontificale vel sacer-
dotale officium / 24 q. 1 audivimus et
aliis capitulis multis / Ab ipso enim vero
corpore Christi quod totum vivit vita gracie
de spiritu gracie perdendi potestatem solus
habet prelatus qui excommunicatorum
sanctorum et sacramentorum auferre potest de
officio suo et potestate licet peccator ut
patet ex premissis / Et non quod excommunicatio 10
quamquam dicitur ipsa excommunicationis sentencia
qua quis excommunicatur cum sint malicie
preferat quamquam dicitur vinculum ipsum quo
quis excommunicationis sentencia innodatur
sed de hac materia plenius in titulo
de sententia excommunicationis. Item errant heretici dicentes 11

bonos non posse excommunicare nulla
quod sua iudicio ecclesiastici posse illos
vinculo excommunicationis astringi / 19
q. 1 / Argumento / dicit enim solum peccatum
excommunicatum esse / 24 q. 2 / Sicque non
12 contra quos primo querendum est
ab eis quid intelligunt per excommunicationem
utrum separationem exteriorem a sanctis et fide
libus an separationem ab interiori communione
ipsorum / Si dixerint intencionem excommunicationis
esse separationem ab interiori communione sanctorum
et fidelium / adhuc querimus ab eis quid
intelligunt per communionem interiorem / Si cari
tatem quia ipsa est communio et societas
sanctorum atque iustorum / de hac nemo du
bitet quin solum peccatum ab ea separet nec
iudicium ecclesiasticum istam esse potestatem
hec enim potestas est in destructionem / Excom
municare enim secundum hanc intencionem esset
corpus misticum quod ex sanctis et
fidelibus constat trucidare vel membrorum
lacerare / hoc esset etiam vitam extinguere
membrorum in societate de spiritu sancto vivent
ium / hoc quoque esset prelatos et iudices
ecclesiasticos qui per statum corporis membra
debent esse in per nominatum corpus et
in ipsam matrem ecclesiam crudelitate
sevire / potestas enim sic excommunicandi
esset gladius in manu filii ad muti
landum patrem spiritualem christum dominum et eccle
trucidandum sanctam matrem ecclesiam / Item
esset gladius datus cum membro ad
scindendum in totum corpus / Hec autem
in sancta non ascendit in cor hominis
primi capitis / Si autem intelligunt com
munionem exteriorem excommunicationem separationem
ipsius sive separationem ab illa tunc est
facilis destructio erroris istius / Quis
enim dubitat bonos sanctos atque ius
tos eici posse de ecclesiis visibilibus
et arceri posse a sacramentis etiam
iniustos / Quis dubitat fideles posse
abstinere a communione corporali vite communionibus

Quis dubitat sacerdotes posse dene
gare eis sacramenta / Manifestum est
igitur eos posse prohiberi a sacris et sacra
mentis et utraque communione privare /
Sed si dixerint / non potest hoc per seipsum sed 13
per deum tantum / necesse est ut dicant alterum
duorum scilicet eos non privari communione de
qua loquimur etiam si eiciantur de ecclesiis
vel ut dicant eos per deum se ingerere sacris
et sacramentis et communioni fidelium /
per deum id est contra prohibitionem prelati vel per
viam violentie / utrumque autem istorum
possunt tam boni quam mali utique enim
possunt se ingerere sacris vel sacramentis
et contra prohibitionem prelatorum vel violen
tiam si viribus prevaluerint / Quare
quantum ad hoc nullo potiores sunt boni
quam mali / possunt ergo excommunicari tam 14
boni quam mali sicut ecclesia intendit
eos excommunicare / Non autem intendit
ecclesia quemquam privare communione interiori
quapropter solum privat communione ex
teriori ut reducat ad communionem interiorem
propter hoc solum pertinet gladio excommunicationis
exterius ut sanet medicina spiritualis
communionis intime 23 q. ult. / Nondum /
Aliter non potest intelligi canonem quod petrum
solum excommunicat hominem nisi quantum
ad communionem interiorem que est communio
vite spiritualis et virtutis / Item dicunt 15
heretici quod signatum clavium est eademque li
gamus vel scilicet clave non errante / ergo
si clavis errat non erit ligatus et
non est excommunicatus qui excommunicatur
iniuste / Item excedit fines mandati
cum prohibitus sit excommunicare iniuste
et ita non valet quod agitur de re
scriptis sive delicta / Et de officio delegati
prudentia / Item dicit apostolus 2 Cor. x
d / et ult. c. / potestatem quam deus dedit
nobis in edificationem et non in destruc
tionem / hoc autem in destructionem anime in
iuste eiciuntur homines ab ecclesia / Non
ergo habent hanc potestatem a deo / Respondeo

M licet littor puniat ultra q iussu
e vel etiam quando prohibitus est pu
nire / michilominus punitur paciens
sic et sit in pena excommunis / Et quo ad
modum ibi tenetur littor aut de innoc
tate pene aut de pena ipsa / sic ex quo
eciter iniustus / Extra de offi dele Ex parte
appellante / mandatum aut limitato ma
dati non efficit quin pena sit pacientis
et hoc est cum pena consistit in facto
tm / Sive enim iniusta sit sive iusta
michilominus est pena michilominus af
fligit nec eius esse pendet ex madato
vel iure sed ex facto / Et quod obicitur
16 loco est que iniuste sunt vel i nunc co
sistunt / M ante dicitur quodcumque ligaveris
intelligendum est q omnis sententia
tam ligationis quam absolucionis
quam ecclesia tulerit super terram eciam celebri
intelligitur / Et propter hoc dicit autoritas
clave non errante / non enim voluntati
prelatorum commissum est solvere et ligare
sed prudenti eorum dispensationi / Et
propter hoc edita sunt iura quibus declaratur
quando sententie eorum nulle sunt / Est
igitur quantum ad triumphantem ecclesiam
rata sententia quam tulit ecclesia mi
litans licet sit sic sancta a iniustus
ligatus quantum ad utraque sed foris tm
17 Ex predictis apparent quinque potestates
sive officia ordinis sacerdotalis scilicet
officium miscellandi / officium sacrificandi
eucharistie sacrificium offerendi / officium
sacrandi alios sive sanctificandi / quartum
officium docendi sive doctores instituere
quod est clavis sciencie / officium liga
di et solvendi in utroque foro quod est
secunda clavis / Episcopi non dicuntur summi
18 sacerdotes / Unde in prefacione de consecratione
episcoporum dicitur deus ad summi sacerdotem
officium vel ministerium elegisti fratrem
[struck through] ipsi soli enim episcopus est ple
nitudo potestatum ministrorum et officiorum

pro facto / officium enim sacramentandi
non habent minores sacerdotes quia
nec sacramentum confirmationis nec ordinis
nec maiora sacramentalia impendere
possunt / claves enim sciencie in
tradicione codicis clavis ligandi
et solvendi in tradicione baculi ple
nius et largius accipiunt / Et ideo
episcopi secuntur quas ipse concessit apostolis

Et de eorum successoribus 19

Et hoc est contra illos qui
assumunt sibi predicandi vel
docendi officium quod pertinet ad officium
clavium quod concessum fuit apostolis
Mt x / convocatis ihesus discipulis
etc idem ibidem / Ecce ego mitto vos
sicut oves in medio luporum / Luce vi / et ix c. item
xxi / contra eos qui non missi ab eo
qui autem est mittendi predicare
Rom x quomodo predicabunt si non mit
tantur Rom xii / Et i Cor xx / Eph ii
i Thy ii d / et commendo fidelibus omnibus
qui ydonei erunt alios docere / fidelibus
dicit / non hereticis / Sciendum autem 20
quod predicantium alii sunt fures qui ab
iciendi sunt quia predicant fraudu
lenter Joh x / fur non venit nisi ut
furetur / Alii mercenarii qui predi
cant pro questu / sed tamen vera / de
talibus predicatoribus dicit apostolus phi
i quid mihi dum omnimodo sive per ve
ritatem sive per occasionem christus annun
cietur / veritatem annunciat qui ea
intendit principaliter seminare in
cordibus fidelium / per occasionem vero cum
occasione lucri vel alterius rei sine
admixtione falsitatis / Et talis tol
lerandus est / pastor vero qui propter veri
tatem annunciat ille amplectendus
est / item de eorum successoribus i. episcopus
et episcopi sunt successores apostolorum patet
lxviii dis quorum / Et presbiteri apostolorum
Extra de sacra unctione / c. unico
Et presbiteri sunt successores / xxi dis

7

In nono concilio cum commissum fuit
aplis / totum commissum est epis / Unde
etiam in sedilibus in quibus sederunt apli
sedent tamen pleni iuris successo
res tamen locum apostolice potestatis et
dignitatis tenentes licet a meritis
aut sanctitate illorum distantes / 80
dist c i et ii / Sacramentum etiam co
21 firmacionis tamen successores aplorum
soli epi conferunt quia soli apli per
manus imposicionem hanc graciam confe
rebant / de cons dist v / Manus / Et Extra
de sa unc c cum venisset / Et hoc sacramentum
insinuavit xpus aplis Joh 20 quando
insufflavit in aplos dicens eis spiri
tum et robur / hanc graciam dabant
apli per manuum imposicionem quam dant
epi per confirmacionem / de hoc sacramento
act xix c / Et act x d / Et luc ult / et
act 8 c et xix a / de cons dist v / omnes
et sequentibus cap / v / In confirmacione
22 requiritur forma vocalis que est hec
Signo te signo crucis et confirmo
te crismate salutis in nomine patris et
filii et spiritus sancti / Requiritur etiam cris
ma quod conficitur ex oleo olivarum et
balsamo / de quo epus pollice signum
crucis fronti imprimit sub predicta for
ma verborum / per hoc sacramentum
confirmatur homo ut pugil ad nomen
xpi audacter et publice confitendum
tamquam pugil virtutis ad plenum tamquam
miles suus in fronte regis sui signum
et crucis triumphale vexillum cum
quo paratus sit hostium cuneos pe
netrare strenuus / Et est contra hereticos
23 qui detrahunt confirmacioni / Sed quo
ab eis cur et ipsi manus imposicionem
faciunt cum in nobis hoc reprehendant
qui eam cum maiori reverencia et so
lempnitate ministramus quam ipsi / Si
temporalium hereditatum vel eleccionum
vel famarum vel donorum confirmacio tanto
studio queritur procuratur et confirmatur

quanto forcius querenda est et expetenda
celestis vite et hereditatis electionis
donorum spiritualium confirmacio sive
roboracio / Contra hoc sacramentum et di
manus imposicio errant heretici mul
tipliciter / primo circa essenciam eius / Di
cunt enim quod non sit aliud quam baptismus
quod patet esse falsum act 8 / c / ubi
Samaritani baptisati in nomine dni
a philippo postea ab aplis manus im
posicionem acceperunt / Ad idem act xix
Item Joh iii dicitur quod ihus non bapti
zabat sed discipuli eius / Et tamen ma
nus imponebat Mat xix Mr x / luc
8 g / Secundo errant quod non credunt
quod possit ab epo dari sed a duobus
filiis quorum unum vocant maiorem
et alium minorem / et eis absentibus
a dyacono vel ancilla sexaginta annorum
de quo dicitur 1 thy v / Que credulitas
patet esse erronea / quia tempore aplorum
non ministrabatur ab alio quam ab epis
ut dictum est / primo philippus unus
de septem ordinatis ab aplis act vi
qui samaritanos baptisavit in no
mine ihu xpi manus non imposuit
sed ad imponendum eis manus missi
sunt eis petrus et iohannes / ut
dicitur act 8 / Tercio errant quantum
ad recipientes / dicunt enim quod parvuli
non sunt huius sacramenti recepti
biles quod patet esse falsum / quia par
vulis et infantibus legitur imposuis
se manus xpus / Mat xix Et Mr x
Quarto etiam peccant contra eius effi
caciam / dicunt enim quod si ille qui manus
imponit vel cui imponitur sit in mor
tali peccato nullam habet efficaciam illa
manus imposicio / Ex quo sequitur /
quod si ille qui manus imposicionem re
cepit totam fidem et ordinem benedi
ctorum non servavit omnino et sic decessit
dampnatus est nisi in aliud vas transiit

x

et ibi iterum manus impositionem recipiat
secundum quod dicitur quia duo ponunt principia
pia / Sed quia multa sciunt ex hac re
convenientia ut patet omni intelligenti
etiam nullo scripture testimonio quod
dicitur confirmant ideo non duximus in
morandum / Eorum successoribus / Nam
24 ostensum est quod episcopi sunt successores
apostolorum / et presbiteri septuaginta duorum
discipulorum / Sicut autem sit communitas
et specialitas prelatorum inter episcopos et presbi
teros ipso numero communium et specialium
vestium designatur / Sex enim sunt vestimenta
communia presbiteris et episcopis / Amictus alba
Cingulum / Stola / Manipulus / et casula
Sicut enim sex sunt in quibus communis
potestas consistit presbiterorum et episcoporum
scilicet predicare populum innuere / confitere
imbentes benedicere et ungere in extre
25 mis / Nove autem sunt ornamenta
pontificum specialia / scilicet / caligae /
Succinctorium / Tunica / dalmatica
mitra / Cyrothece / Anulus / baculus
Sicut enim nove sunt in quibus
eorum specialis potestas consistit scilicet cleri
cos ordinare / Virgines benedicere / Pon
tifices consecrare / Manus imponere sine
confirmare / Basilicas consecrare / Sy
nodos celebrare / degradandos degradare
Crisma conficere / Vestes et vasa con
secrare pallium autem metropolitanorum
26 et primatum et patriarcharum qui necesse est
privilegiata obtinuit dignitatem tam
in novo quam in veteri testamento
Vestis autem huiusmodi non ad ostentationem
et inanem gloriam sed ad signum et
misterium debet fieri / nam unaqueque
vestis signat virtutem aliquam necessariam
sacerdoti atque pontifici / Quo dicitur oportet
Et quod dicit semel factor / Et ideo tam
episcopus quam presber diligenter attendat ut
signum sine signato non ferat / nec
vestem sine virtute / ne sit similis se

pulchro dealbato foris et intus spur
cicia pleno / Matheus 23 c / Cum enim candit
vetus et sanctis vestibus appareat deco
rari quanto foris apparet esse venerabilior
hominibus tanto intus sit vilior apud
deum / Dum decoratis vestibus exterioribus
apparet indecoratus sit moribus / Enim
nichil interius pontificis splendidius
fulgeat quam humilitas / Et de hoc more
apparet quod tam presber quam episcopus ad missam
contra spirituales nequicias pugnaturus
sumat cum vestibus armaturam virtu
de qua Ephesios vi induite vos armaturam
dei / Vestes igitur sacerdotales designant 28
virtutes et etiam representant vestes
Christi quibus indutus fuit tempore passionis
Amictus quo caput tegitur signat sa
lutem que per fidem tenetur / de qua Ephesios
vi / Galeam salutis assumite / Et re
presentat illud opprimentum quod velabat
iudei faciem Christi dicentes Matheus 26 / Prophe
tiza nobis Christe quis te percussit / Alba que attingit 29
corpus sursum atque deorsum signat
fidem que ex gratia provenit esse sursum
et de meritis / esse deorsum / de hoc Rom
vi / Spe salvi sumus / Et representat ves
tem albam in qua illusit Herodes Christum 30
Luc 23 Cingulus signat iusticiam
Cuius duo sunt brachia in esse co
[illegible] scilicet declinatio a malo et
operatio boni / De quo Ysaias Erit iusticia
cingulum lumborum eius / Cingulus 31
representat flagellum quo Pilatus pre
cepit cedi dominum Ihesum Christum Ioh xix
Manipulus qui in leva manu ponitur
signat fortitudinem que contra adversa
bellat / de hoc Christus fortitudo et intus
ieiunantes in patrando adversitatis / Et re
presentat funem quo ligatus fuit Christus
a iudeis Ioh 18 / Stola sive orarium 32
habet duo brachia pendentia et signat
prudentiam et temperantiam / Pru
dentia discernit quid fugiendum

de qua in t xi Estote ergo prudentes
de temperancia que e in superbia non extolli
Math x / Sobrie iuste et pie vivamus
in hoc seculo / Stola etiam reputat
ligaturam qua ligatus fuit xpus
ad columpnam Casula que cetera
33 contegit signat caritatem que operit mul
titudinem peccatorum Jaco ultimo vel ij pe iiij c
Et extra de bap eterno effectu / Casu
la reputat purpureum vestimentum
quo milites circumdederunt dominum
Job xix / Unus non faciunt contra statum
romanam ecclesiam garriunt pro preciosi
apparatum et speciosum et exquisitum
ornatum quo epi et psbri utuntur in
divinis officiis celebrandis creden
tes quod ad ostentacionem humanam et
inanem gloriam sit. ad divini cultus
non ministerium vel ad edificacionem
populi illud fiat / ut illorum vesania
de cordibus fidelium extirpetur / et
in eis christiana devotio augeatur quod sin=
gulas vestes et apparatus huiusmodi signat
ostendimus Pontifex manus ablu
34 it antequam induat pontificalia ves
timenta / ubi notatur quod ante debet sor
des mentis per confessionem abluere
quam ausus sit sancta contractare
juxta illud ys lij / Mundamini qui
fertis vasa domini / Vel per manibus sor
des operum suorum abluit sordes / Postquam
35 non caligas et sandalia vestit
pectinatur et capilli mundificantur et
purgantur a sordibus et pediculis
ad litteram ne immundum aliquid cadat
alicubi super altare dum divinum officium
ymolatur et sacrificium / Moraliter
non caput est intellectus / capilli ca
pitis cogitaciones / Pediculi et len
des capiti et capillis adherentes
pectine i discreta confessione pectinentur
scilicet ut non tantum a mortalibus sed etiam
a minimis i venialibus purgetur post
pectinacionem iterum ablutum / ut notetur

quod debet habere magnum instinctum per emen
dacione peccatorum et magnum suspirium pro
sidio temporum / Has aquas desiderabat Je
remias xix dicens Quis dabit capiti
meo aquam / et oculis meis fontem la
crimarum Camisia sive linea talaris 36
et strictis manicis induitur / Hec per suo
mam continentie membra omnia constringat
Sive camisia linea est / ut sicut lineum
multis ablutionibus et attritionibus
in naturum perdit colorem et novum recipit
candorem / Sic multis afflictionibus
a carnalibus concupiscentiis et pravis consue
tudinibus emendetur ut exuto veteri homine
novum hominem conversatur / Anima cum
ut virtutes induat primo amictus ex
nat / cum labore calciatur sandaliis
ut exemplo apostolorum in predicacionem evan
gelii calciatus scorpiones calcare
valeat et serpentes ut sint pulchri
pedes annunciantis evangelium pacem
ys li / Hoc ornamentum plus laborem
innuit quam honorem quia non est ad
quiescendum sed ad iter agendum
et ad docendum et utiliter laborandum
Sandalia sunt subtus integra neque
sapiant terrenum / desuper aperta per opus
predicacionis Calige usque ad genua 37
tendunt ad designandos mundos mentes
Et sunt loco femoralium quibus ute
bantur sacerdotes in veteri testamento
ad quos secundum eum descendebant altari
nunc autem semper habent femoralia ut
eorum castitas perpetua servatur / Et
cum caligis et sandaliis pedes teguntur
tunc si dicetur Jo Joh xiij Qui lotus est
non indiget nisi ut pedes lavet / Amic 38
tus non quo et collum cingitur et pectus
tegitur et est longo super humeralis
et tonalis / signat interioris hominis cas
titatem / Tegit cor ne cogitet vani
tatem stringit collum ne prorumpat in
malam loquacitatem / Et non quod omnia

vestimenta sacerdotalia que ex lino sunt
signant puritatem et mundiciam vite sicut
quia precius candidant et frequenter
abluuntur. Alba est loco byssine tunice
39 que utebantur sacerdotes veteris testa
menti. Amictus autem sit de lino et can
dida iam est dictum. Zona sive cingulum
additur ad vestes constringendas ut laxe
vestes astringantur ne in se pulverem
suscipiant gressum impediant ventum
admittat. Ne igitur sancta cogitacio vel
operacio tepore fedatur. Ne gressus eius
de virtute in virtutem et profectus eius
secularibus impediatur. Ne ignis cari
tatis vento adulacionis vel concupiscencie extingua
tur. Ab hoc cingulo sive cingulario
pendet duplex succinctorium quia duo
sunt quibus castitas roboratur sive specialiter
conservatur scilicet oracio et ieiunium. Hoc
enim genus demonum non eicitur nisi in
oracione et ieiunio. Manipulus bona
opera significat. Pro quibus ibant et flebant
mittentes semina sua. Sacerdos ergo
qui portat manipulum in sinistra ut in
presenti vita bone operacionis manipulos
semper portet. Sacerdos autem stringit sinis
tram ut designet quod hec temporalis vita
stringenda est ne defluat ad terrena.
Stola sive orarium iugum simul
ctonus sicut iugum collo eius omnes pro
tatur in humeris quoniam enim est sacerdotibus
unde tollite iugum meum super vos. Omnis
dyaconis causa soli levite portandis
honeribus assignantur. Numeri 3 et 4.
Orarium autem dicitur quia quamvis sine
aliis vestibus sacerdotalibus liceat
baptisare et alia multa orando facere
sine orario tamen non licet nisi magna
necessitate cogente. Tunica in veteri tes
tamento iacinctina tunc erat ethereo al
tius coloris. Per quam vita angelica et
celestis conversacio designatur. Iacinctus
enim celi habet colorem. Si autem altius
coloris fuit tunica sit et altius signi
ficacionis. Et si est serica que diver

[ver]mibus nascitur significat humilitatem.
Dalmatica super alia est vestimenta
scilicet fimbrie quam est sinistra. Signi
ficat vite superfluas sollicitudines
et impedimenta que quamvis in alta vita
non sint vetita non ponuntur in dextra. Per
dextram et sinistram vita utraque designatur
iuxta illud Canticorum 2. Leva eius sub ca
pite meo et dextera eius amplexabitur
me. Cum igitur dalmatica utriusque vite
vite recordetur. Cyrotece linee manibus
significant quod manus operacionum episcopi sint
munde caste nitide et ab omni sorde im
munes. Anulus autem coloris varie
tas significat prerogativas virtutum et ecclesias
tica merita. Casula sive planetica que
omnia alia vestimenta claudit et con
tinet significat caritatem quia plenitudo
legis est caritas. 1 Joh 4. Et in qua tota
lex pendet et prophete. Mt 22. Vel significat
mortalitatem. Mitra quia linea est
castitatis candore mundiciam quod significat sic
amictus et alba. Tota autem totus in
capite usque ad pedes lineis episcopus operitur
quia eius omnis honor et gloria cas
titas est et mediatrix. Capiti autem im
ponitur quia ibi sunt corporis sensus
quibus corrupcio castitas facile violatur.
Per lammina aurea sive aurifrisia que
mitram circuindat designatur bonitas
sapiencie que omnia bona ornat. Pallium
idem significat quod superhumerale et ra
cionale quamvis non eandem habeat
composicionem. Causa super utrumque humerum
iacet superhumerale. Causa non inde des
cendens in pectore quasi racionale designat
superhumerale quo humeri episcopi ornantur
et onerantur specialis dignitatis omnis
significat isti humeri totius ecclesie onera
et oves languidas pelli quod peccata por
tare debent. Exemplo eius qui ovem
inventam propriis imposuit humeris et
ad pascua reportavit. Indigne super
humerale gerit qui recusat fratrum onera
proximorum. De quibus dicitur alligant onera

gratia / Rationale ponitur super pectus po
situm ad cordis thesaurum et sapien-
cie secretarum custodiendum ut dicat cum
propheta in corde meo abscondi eloquia tua
dicitur autem rationale ac iudicium quia
eo utitur rationabiliter sapiat et utique iudi
cet et non temere non iniuste neque
inordinate / Est autem pallium in si
nistra duplex anima quia dum sumus in
hac vita que per sinistra intelligitur
in duplicitate sumus / quia vincit ex
tollimur prosperis nunc deicimur adversis
nunc terrenis nunc celestibus inheremus
nunc carni nunc spiritui deservimus sed in dex
tra non pallium non est duplex / quia
in alia vita duplicitas non est / nam
caret macula atque ruga ibi enim est
gaudium sine tristicia / felicitas sine
miseria prosperitas sine adversitate / Est
autem pallium ex lana scilicet vili materia
ut habeat precium non a se sed ab alio et
sic ut non oculis carnis sed mentis
spectabile fiat / ut non ad ornandum
tantum sed ad signandum aptatur / ante et
retro / huius vite curas et sollicitudi
nes significat quibus cor et humeri
pontificis sic gravantur et impediuntur
ut a proprio statu eum avertant et va
na et transitoria ipsum cogitare et por
tare compellunt / Tribus vero crucibus quibus
pallium stringitur signatur tres virtu
tes scilicet fidem spem et caritatem sine
quibus dum dem pallium non tenetur
90 Et nota quatuor colores principales
quibus secundum qualitates dierum sacras ves
tes ecclesia romana distinguit / albus
rubeus / niger et viridis / nam et
in legalibus vestimentis quatuor colores
fuisse leguntur byssus purpura ia
cinctus et coccus / Albis utuntur
indumentis in solempnitatibus confes
sorum et virginum / rubeis in festivitatibus
apostolorum et martirum / nigris pro defunctis
et in diebus afflictionis et absti
nencie / viridis in quibus et ferialibus

Ad hos quattuor colores ceteri referuntur
illud autem notandum quod in rationali quod 91
pallium designat erant .xii. lapides
auro firmiter inclusi per quatuor ordines
terni in singulis in primo ordine sardi
us topasius smaragdus in secundo
carbunculus saphirus iaspis in tercio
ligurius achates ametistus in quarto
crisolitus onichinus berillus / in quibus
scripta erant nomina filiorum israel iux
ta ordinem nativitatis sue singula
in singulis / ut gestaret sacerdos in colle
filiorum israel in humeris et pectore / quatinus
imitaretur fidem eorum et bona vita
eorum et doceret alios imitari / Credunt
quidam in huius rationalis fuisse mag
nitudine duorum digitorum magno studio co
lorum mutacione pretendebat iram dei
placatam fore aut offensam / Jose
phus dicit sardonicem qui in dextro
humero portabatur cum sacrificium pontificis
deo placebat tanto splendore micasse
quod etiam procul positis radius eius appareret
Expressius vero ad plenum si deus eis
esset tantus fulgur in lapidibus ra
tionalis apparebat ut notum fieret multi
tudini eorum auxilio deum adesse et hoc
rationale iudicii nuncupari / Asserit
idem josephus huius fulgore sardo
nicis cessasse annis ducentis antequam
ipse scripsisset hec eum deus moleste
ferret transgressiones legis / post vero
tractatum de rationali sequitur videre quid
signet anulus / Anulus aureus pontifico
et fine et preciosis lapidibus decoratus
desponsandum apparuit / signat quod christus ty
pum gerit illius summi sponsi qui est
alpha et o qui tamquam sponsus processit
de utero virginali quasi de thalamo in
quo requievit tamquam lapis preciosus
septiformis gracie spiritus sancti / ysaias xi
Et ideo christus tamquam prelatus christi
debet ipsum virtutum et operum meritis
imitari ut sic discrecionis digito eum

r

declarter repertet | Baculus sigt tria
officia que debet habe epus | Attrahe
p p̄mū | media rege | punge p ymum
colligere | sustenta | stimula | Vaga
morbida | lenta | Ex p̄dcis patet quod
ornatus et apparatus vestim pontifica
lium et sacerdotalium ad diuini cultus
ministerium et ad edificacionē ppli sunt po
tius qm̄ ad ostentacionē vel inanem
gloriam ut heretici mentiunt' | de vestibus
sacerdotalibus et pontificalibus que precepto
dni sunt facta in lege hetur | exo 28 et 29
item | Eorum successoribus scz epis
nome epi plus sonat oneris qm̄ ho
noris | Epus enim grece latine dicit'
93 superintendens speculatoris officium signs
scdm q dcm̄ est | Eze 3 | fili hominis spe
culatorem dedi te | Et sz plebi sibi co
misse no negligent intendunt sed di
ligent' pspiciant | Et ideo aplus dicit |
qui epatum desiderat bonum opus desi
derat | 1 thim 3 | no dicit honore sed
opus | Qm̄ epus non ideo ut presit
sed ut prosit eligitur | 8 q 1 | cum ergo
94 ordo epōrum quadruptimus est | scilicet
patarchis | pmatibus archiepis siue
metropolitanus | et epis | patarcha enim
grece summus pater latine interptat'
quia p̄mū r aplicum tenet locum |
qm̄ aute sunt patarche et que illorum
dignitas hetur de privilegiis antiqs
pmates sunt qui post patriarchas
maiorem obtinet dignitatem | Archie
pus est princeps epōrum | archos enim
grece dicit' princeps latine | Metro
polite siue metropolitani dicunt' a
mensura ciuitatum quibus preminet
quorum auctoritati subiecti sunt ceteri
pastores et eis sollicitudo totius pro
uincie est commissa | pdicti aute omnes
epi nominant' quia sicut ordinis dig
nitate sic debent preeē sanctitate
de hac materia hetur 21 dist c̄le

Eorum successoribus | Quia sicut re
ges et rectores ciuitatum hnt minis 95
tros atque dispensatores qui bona eorum
tenent qui et racionem reddunt regibus
illis no omnes inferiores atque mino
res dispensatores | Sic et in ciuitate
que xanitas est maximus dispensa
tor et rector est dns ipsa | et ut maio
res dispensatores sunt epi quibus
omnia bona spualia sunt commissa ad dis
pensandum qui et regi uniusali soli
deo de omnibus illis rōnem reddent et
quibus omnes dispensatores suarum admi
nistracionū reddent rōm | Ipse quod uere est
in ciuitate xanitatis siue ecclie uniu
salis esse claugeros hostiarios preco
nes iudices duces magistratus et simi
96 de quibus hr 21 dis c 1 2 etiam illud
aute nondum qm̄ xpus de oibus aplis
preposuit petrum cui commisit totius
ecclie principatum ante passionem
cum dicit | mt xvi | Tu es petrus et sup
hanc petram edificabo ecclam meam
Et infra Tibi dabo claues regni ce
petrus pt ligare sed no accepit ligari
Circa passione uo cum dicit singulariter
petro | Ego p te rogaui petre ut no de
ficiat fides tua luc 22 | post passione
aute cum eum terio ei pcepisset | pasce oues
meas | subiunxit sequere me Joh ult
petrus enim secutus est in fine marty
quia crucifixus | Et in ordine ministerii
quod xpus ondit cum ait Joh 1 Tu
vocaberis cephas | quod scdm unam linguā
dicit' caput Quia sicut caput habz
in se plenitudinem sensuum cetera uo
membra ptem ita ceteri sacerdotes uocati
sunt in ptem sollicitudinis sed summus
pontifex in plenitudine ptatis | Extra
de usu pallii c̄ ad honorem item petrus
secutus est xpm in ueritate fidei m̄ ait
mt xvi Tu es xpus filius dei viui Et
cum multi abiissent retrorsum respondit

nos credimus et cognovimus quia
tu es Christus filius dei vivi / Ioh. vi. F.
97 Item et eorum successoribus / Si queritur
utrum omnes sacerdotes habeant claves
predictas / dico quod sunt claves tam potestatis
quam scientie / Clavis autem scientie est
auctoritas docendi et doctores instruendi
Et non est ista clavis ipsa scientia sicut
quidam opinantur / nec sunt claves ligatas
sed liberas / quemadmodum clericus licen
tiatus ad magisterium statim habet auctoritatem
docendi liberam et absolutam licet non
habeat discipulos sive auditores quos
doceat / Sic et clavem habet scilicet potestatem
ligandi et solvendi liberam et absolutam
rite ordinatus in sacerdotem licet non
habeat domum id est ecclesiam vel parrochiam
quam claudat et aperiat / quemadmodum
liberam habet potestatem equitandi vel naviganı
di qui aptus est ad hoc corpore licet non
habeat equum vel navem quam ascendat
98 Item errant heretici contra sacerdota
lem ordinem quo ad usum clavium
contradicentes indulgentiis et remissi
onibus que per eos fiunt / Primo errant
credentes esse venales huiusmodi remis
siones cum benefactoribus alicuius
loci remittitur tertia pars vel huiusmodi iniunctarum
penitentiarum / dicunt enim Si quis obolum vel
obulum dedit emptor erit ita per obolo
vel obulo ei tertia pars vel huiusmodi iniunctarum
peccatorum remittitur quia sic daretur re
missio per pecuniam et ita remissionis
gratia fit venalis / Item defraudatur
deus ut dicunt cum duorum vel plurium
annorum in unius oblatione oboli re
mittatur et minorum plurium id est [illegible]
horam / Respondeo / Certe ibi non est vena
litas cum ibi per pecuniam nichil fiat /
prelatus enim non intendit coacervare
pecuniam sed dei cultum et honorifi
centiam ampliare / Ad hoc enim edificatur
ecclesia ut dei cultus et honorificentia
amplietur ut in ea eius vel illius
sancti laudes digna veneratione ce

lebrentur / et ut per divinum sermonem re
missiones et gratie certa quod beneficia
dei animabus impertiantur / Sicut igitur
non per pecuniam licet per pecuniam fit in
dulgentia / sed per sola dei honorificentia
et quod cum pecunia et per pecuniam fit illa
indulgentia est quia locus huiusmodi non
potest edificari sine pecunia / Et sicut non
per aquam sed tamen per aquam et non sine
aqua in baptismo fit remissio peccatorum
vel sicut non per crismate sed tamen per
crisma et non sine crismate fit crisma
tio / vel sicut non per pane et vino sed
per pane et vinum et non sine pane et
vino fit celebratio misse / Sic non per pe
cuniam fiunt huiusmodi indulgentie / Ad hoc
quod obiciunt de defraudatione / dicimus
quod ipse honor et decor cultus aestimationis
dei non solum supplet ut de penitentiis
per indulgentiam subtrahitur sed etiam super
habundat / maxime cum sacrificium laudis
orationum incensum et laudum thymiamata
plus deus diligat quam tormentorum pe
nitentialium afflictiones / ys. lviii / numquid
tale ieiunium quod elegi per diem hominem
affligere animam suam numquid sacrificium extenuere
servire Secunda stulticia oppositionis 99
hereticorum est divina inique credunt esse
quod eodem pretio leves et graves peni
tentie redimantur quod est iniquitatis impu
tabunt / quamquam omittunt cum deiunt se
nescire virtute dei necnon clavium pota
tem / Sicut enim non maiorem remissionem
obtinet peccator qui in maiori aqua
baptisatur quam qui in minori / sic qui
maiorem pecuniam offert non maiorem re
cipit remissionem quam qui minorem
Et hoc est quod sicut non ex aqua est
remissio in baptismo sed ex virtute
divina que adest clavibus et ministerio
prelatorum sic compatis enim dei iudicio /
non quid sed a quo datur inspicitur 40
xxxii q. a quibus / Tertio brevius est
eis quod sit facie [illegible] sanctis [illegible]

venalem. Ad quod mirum est super hoc quod nichil sit ibi venalitatis, potest etiam dici quod in veritate magis sit ibi commutatio quam remissio. Sed quia longe levius est aliquid offerre habentibus et habundantibus quam penales labores atque molestias, sic remissio reputatur commutatio penalis afflictionis in minimis oblationis / ut ho et be / de temp° / c 2 § magne. Quarto obiciunt heretici quod huiusmodi indulgentie dant impunitatem peccandi. Quid enim restat ut qui dicunt nisi impune peccent homines si tam levis immo ridiculosa sit peccatorum redemptio. Iniustissimi sunt homines ut isti dicunt qui causa agendi penitentiam visitationes vel alias longas et laboriosas peregrinationes suscipiunt si tres obuli tantum eis prosunt. Respondeo quod illi soli huiusmodi indulgentias percipiunt qui mundi sunt et immunes a mortalibus peccatis. Nulli autem certum est quod immunis et mundus sit ab illis. Timor enim dei timere facit ibi omnis sua bonarum mentium est ibi culpas agnoscere ubi culpe non sunt. Di. 4. Ad eius. Nulli igitur certum est quod indulgentias huiusmodi percipiat. Immo autem debet esse timetque se esse debitorem sibi iniuncte penitentie. Quare certum est neminem propter huiusmodi indulgentias debere cessare ab agenda pena ne committat se periculo et inestimabilem ignem purgatorii incurrat per negligentiam agendi penitentiam. Et propter hoc nulli predicto et presenti promittimus indulgentias istas, sed sub conditione illa si immunes sunt et mundi a mortalibus. Ad hoc vero quod stultos eos dicunt qui laboriosas penas perferunt cum tres obuli secundum indulgentias tantum faciunt, ostensum est supra quod non ex virtute obulorum vel pretio huiusmodi indulgentie obtinentur, licet non sine illis. Ad quod adicimus hoc exemplum. Trina sicut in baptismo plus proficit trina immersio in aqua sanctificatam ad remissionem peccatorum, et hoc propter virtutem sacramenti quam quecumque alie ablutiones in alia quacumque aqua licet fiant penitentialiter. Et plus valet huiusmodi pelvis baptismi aque intentibus quam magna flumina vel totum mare aliter utentibus. Sic modica oblatio aut levis labor in operibus propter que indulgentie fiunt plus possunt ad obtinendam remissionem quam magne oblationes gravesque labores aliter facti, et hoc non propter se sed propter
virtutem clavium. Considerandum etiam est 41
de sanctorum suffragiis quorum specialiter veneratio fit in locis per quibus indulgentie ille fiunt a veneratoribus et cultoribus suis indulgentias huiusmodi et remissiones impetrabunt cum volunt ex benivolentia et puri ex gratia et ideo vere im-
petrabunt. Item considerandum est de 42
meritis ecclesie cuius est vox quando oratio vel divinum servitium ibi fit et ex
persona eius dicitur vel agitur. Item 43
considerandum est de meritis atque suffragiis omnium sanctorum ubi generalis aut specialis veneratio eorum est invocatio huiusmodi.
Item considerandum est de ipsa gratio- 44
sitate et virtute divini cultus qui non potest esse non gratiosus apud deum cum est honor et gratia ipse deus neque enim non virtuosus ad fugandos demones ad minuendos insultus eorum et temptationes et ad debilitandas vires eorum deinde ad provocandam gratiam compunctionis et devotionis et impetrandam gratiam et veniam eas quas obtinendas intendas
augendas et roborandas. Ad stabi- 45
liendas vero indulgentias nobis adhuc sufficiat trina cum preterea est penales sanctificationes aut satisfactiones iniungere eius sic est eas augere minuere et mutare prout ad dei honorem

ficiencia et animarum salutem publi
cam specialem quam utilitatem viderit ex
pedire Extra de re iu[dicata] / omnis res per quas cu
ius prodit inde in preiudicio peccat /
extra de symonia ex tenore / eundem et penalem
afflictionem mutat ut in oblaciones
et orationes et in omne quod deo magis
acceptum esse viderit licitum est prelato
sine quod prelatus et officium mutare ante /
prout ipsi penitenti aut ecclesie dei qua est
aut civitati aut patrie aut toti ecclesie
viderit expedire / Extra de officiis et p[otestate]
iu[dicis] del[egati] pastoralis sollicitudinis / Generalis igitur
prelatis et officium est afflictione optionem quod
sit sicut expedire viderit commutare 26
q 6 hoc / Item eandem omnes summe
bona dicit in honorem ipsius et gloriam d[ei]
regimen vel domus sue utilitatem tene[ntur]
expendere / et ubi maiorem honorem vel
utilitatem viderit ibi largius agere tamen
eius fidei commissa sit eorum dispensatio
26 q ult[ima] intelligant / additiones aut
minuciones commutationes atque penalitates
penalium satisfactionum prelatis
commisse sunt ut 16 c / quoniam remissio
peccatorum / manifestum est igitur pertinere
ad eos ut expendant hoc largius aut
parcius prout negotia vel opera ex parte
tate vel magnitudine divini honoris
requisierit / Et propter hoc quia maximus
honor dei in terra / christiana religio maxima
quam utilitas animarum per eam plantanda
construenda ampliandam defendenda /
ideo huius servi dei scilicet prelati ecclesie
de pecuniaris bonis sibi commissis ex
pendere prout predicte necessitates requirunt
Et hec est causa propter quam ab ecclesia
largissime indulgentie fiunt per sub
sidio terre sancte et generaliter contra inimicos
fidei et christiane religionis eundem est contra
illos qui impugnant indulgentias
quas facit ecclesia contra hereticos et sar
racenos dicentes quod per hoc datur occa
sio in lite occidendi contra legem

Exo xx / deut v / et contra eum est v /
assentes quod non licet hominem occidere
ulla de causa Contra Gen[esis] ii / ubi deus 16
mortem corporis et anime inflixit homini
per comestione pomi / ergo multo fortius
infligenda est pro peccato maiori / Item / si
mors eterna est infligenda pro culpa aliqua
ergo multo fortius temporalis / sed mors
eterna infligitur ut 24 c 3 / pro culpa homi
ci commissi / ergo multo fortius est infli
genda mors temporalis pro culpa commissa
Item deus precepit pro multis causis Exo
21 / et 30 / et 22 / Num 16 / et 21 / deut
xiii / et 18 et 19 et multis aliis locis
Item in novo testamento ut patet Luce
xix / Tunc etiam ostenditur quod licitum 14
est occidere hereticos et paganos / eum
qui dato sibi beneficio impugnat da
torem omnino nocentem et in nullo
illum ledentem eximie debet amittere illud
eundem igitur vita sua quam tenet ut
beneficium a deo habet datorem deum si
impugnat eximie debet amittere illam
omnis autem maliciose et maligne vi
vens vita sua deum impugnat maxime
autem hereticus et paganus ille enim deum
aperte impugnat auferendo illi heredita
tem suam scilicet animas hominum suas et aliorum
similiter gloriam dei et honorem divini cultus
eius et religionem totis viribus et
studiis destruere conantur Ista enim genera
hominum tota fere vita sua in deo impugn
nacione et eius iniuriam et contumeliam
convertunt / eximie ergo eis auferri
potest non solum vita corporalis sed etiam eorum
si anime mortales essent / Preterea aut
impugnandum est contra dei inimicos aut
non Si sic impugnandi sunt et iustum
est bellum contra eos quia tamen deum contra
eos quos deum rebellant / Si igitur usque
ad mortem corporum suorum nolentes omnio
cedere vel desistere a dei iniuriis et contumeliis
impugnandum est contra eos usque ad mortem

corporum suorum / Manifestum est igitur quia
iusto bello occidendi sunt / Si dixerint
quod non est pugnandum sed cedendum vel
sustinendum / Remanebit ergo indefensum
regnum dei et tolletur cultus dei et religio
christiana / et misera vita corporum mortalium
preferetur divine honorificentie et beate vite
immortalium animarum / Item arguatur
ab eis vel / contradicendum sit hereticorum
erroribus saltem verbo / Si dixerint quod non
Restat igitur ut veritas salutaris nec predicanda
dicenda sit nec docenda si erroribus huiusmodi
non sit contradicendum secundum illos / Si
dixerint quod sit contradicendum verbo pugnandum
nadum est igitur contra eos lingua / nullo
autem privilegio excepta est manus a divi
nimi honoris servitute sive servicio
ymo pro omnia eque debitrix eius est ut
lingua / Quare eque manu pugnandum
est / contra errores huiusmodi pro dei gloria et
salute animarum / Item si bestie materi
ales scilicet lupi leones serpentes et dra
cones ferro et igne omnique debellacionis
genere exterminandi sunt pro salute corporum
humanorum ne devorent et occidant /
quanto fortius bestie spirituales pro salute
animarum quas seducendo et subvertendo
spiritualiter devorant et occidunt eos a
deo qui vita est animarum omni gladio
et bello exterminande sunt / Et attende
comparacionem bestiarum materialium et spiritua
lium quia convenientissima est et propria
si sevitiam pravitatem hereticorum si ve
nenositatem pestiferorum predicatorum attendis
Item omnia blasphemus incomparabil
blasphemiarum quam predicator sit est in dei
ecclesia sicut ovis contagiosa et mor
bida in grege / Et sicut membrum cancerosum
incorrigibile cancro incurabili et iugiter
serpente / Ergo idem faciendum de eo pro
salute totius corporis ecclesie quod fa
ciendum esset de ove et membro huiusmodi
putrido pro totius gregis et corporis sa

lute / Quare secandi sunt et excindendi
et modis omnibus ex necessitate tollendi
de medio 1 cor 4 / 1 tim 1 / 24 q 3
Secundum canones compriman[tur] / Quod si forte dixerint
quod vere occidendi sunt impii pertina
ces non autem ab hominibus sed a deo
Respondemus secundum eos ex necessitate quod honor
dei atque religio exterminio exponenda
sit nullaque eis defensio adhibenda
Accidit eciam ut deo honoris nichil pe
nitus debeatur cum nec in nobis nec
malis liceat eius honorem defendere
defensione que repellat expugnantes 18
Item arguatur ab eis si sunt eru
diendi homines vel corrigendi / Si
dicunt quod non / Restat igitur quod homines
omnibus viciis exponantur et deteriores
deterioribus sunt homines secundum ipsos quam
canes et cetera animalia que docentur et
meliorantur per erudicionem et disciplinam
Sed constat ad omnes quod quanto nobili
ores sunt homines quam iumenta tanto
est eis amplior erudicio adhibenda
disciplina et custodia / Item arguatur
Si infantes vel alii homines custodi
endi sunt a precipiciis a submersionibus vel
adustionibus et aliis corporis periculis
etiam inviti / quanto amplius de periculis
spiritualibus avertendi sunt propter mortem
spiritualem / Hec autem mors est dirum et
pessima que a deo separat qui est vita fi
delium animarum / Item si asinus
ceciderit in lutum / nonne flagellis
et stimulis corrigendus est ut inde
exsiliat / nonne funibus trahitur ex
ut noluit levatur / Quanto fortius
homo totis viribus et studiis de lacu
miserie et luto fecis est extrahendus
quantumcumque invitus / Manifestum est igitur
disciplinam invitis hominibus esse adhi
bendam / Et non solum non doctrinam ut
heretici dicunt / Item arguatur ab eis
si furiosi sunt retinendi sive ligandi
inviti vel si auferendi sunt eis gladii

vel alia instrumenta nocendi ne sibi
vel aliis noceant. Sed nemo sane mentis
hoc negabit. Multo fortius ergo
facienda sunt ista sinodis mente ne sibi
vel aliis noceant. Si nocumenta spiritua
lia quibus anime perimunt incomparabiliter
sunt maiora magis quam temporalia de
clinanda. Patet igitur quod non solum doctrina
adhibenda est hereticis sed initio etiam
disciplina. Et ideo si minores pene non
sufficiant secundum qualitatem delicti et ob
stinatie crescere debet quantumlibet eterna
tionem necesse est quod sit mors corporalis vel
equalis illi. Per hanc enim a levibus fla
gellis venitur ad graviora a gravibus ad
vulnera et ab illis ad tormenta et a
tormentis ad ipsam mortem. Et per similia
[illegible] incitamenta. Huiusmodi est
[illegible] per incitamenta et comparationes
culparum eternarum. Opponunt heretici
[illegible] xiii ubi dicitur sinite zizania
crescere usque ad messem ne forte simul
eradicetur et triticum. Dicendum illud esse
dictum tamen ut tritico parceretur. Non enim
voluit parcere zizaniis sed tritico soli
[illegible] nondum. Si vere voluit parci
zizaniis in tritici detrimento, et ideo non
potest eis parci sine tritici detrimento, noluit
eis parci. Ubicumque ergo crescunt zizania
in suffocationem aut detrimentum tritici
nullatenus voluit ibi parci. Ubicumque
ergo in proximi [illegible] dei vel
diminutionem crescunt ibi nullatenus
crescere sunt sinendi sed eradicandi et
hoc per corporalem mortem quia aliter era
dicari non possunt incorrigibiles et contu
maces. Et ideo sunt necessario occidendi si
non obtinent quod ideo sinendi sunt quod forte
possunt converti. Dicendum quod sinendi
sunt ubi certum est de commissione corporis
sed ubi manifestum est corporis [illegible]
nec signa commissionis apparent sunt
de medio tollendi [illegible]

et [illegible] ne dum [illegible] parcitur
parcitur per eos fidelium multitudo perditur. 59
Non sunt ergo sinendi heretici obstina
ti in medio fidelium sub spe conversionis.
Sicut nec lupi sinendi sunt in medio
gregis ovium ea spe quod convertantur in
oves. Et sicut non sunt sinende fere ar
dentes ea spe quod in arbores [illegible]
convertantur. Et sicut leprosi non sunt sinendi
in medio sani populi quia forte sanari
poterunt cum tamen suo contagio alios in
ficiant et corrumpant. Item non [illegible] 60
claves ecclesie. Dicendum quod ea est potestas
clavium ad remissionem penarum purgatoriarum
quantum ad officium ligandi et solvendi
que est potestas sacramentorum ad remissionem
penarum et culparum gehennalium quoad
officium sacramentandi. Ad utramque istarum
remissionem debet quisque accedere. Quinque 62
dignitas consistit quantum ad nos. Prima
prima est fides sacramentorum et clavium
quia tradit virtus et efficacia ipsorum
nisi [illegible] per accidentem indignitatem. Secundum
est desiderium percipiendi ea que per sacramentum
et officium clavium divina largitas
prestare consuevit. Tertium est humilitas
in accedendo et suspiciendo tamquam pauper
et indignus huius officiis et ita debet
quisque accedere. Quartum est devotio, que
est affectio gratie et gratitudinis.
Contraria non huius ipsum effectum sacramentorum
impediunt certum est. Cum enim de virtute
et efficacia sacramenti desidit quantum
accipere non affectat qui se non indigere pre
sumit qui ad eadem indevotus accedit
merito eius perceptione fraudatur.

Pectus mutus de quo e
dictum supra ibi. Et tandem
unigenitus dei filius et cetera supra

Sacramentum vero 61
Sacramenta sunt signa
visibilia sensibilia divinitus

instituta tamquam medicamenta in quibus
tegumento rerum visibilium et sensi-
bilium divina virtus sensibilibus operi-
tur quod ex significatione aliquam spiritualem
gratiam per quam anima curatur ab infirmita-
tibus viciorum et ad hoc principaliter ordinantur
tamquam ad finem ultimum / valet tamen ad
humiliacionem erudicionem exercitacionem
sicut ad finem qui est sub fine / Item
62 Sacramentum est sacre rei signum / dicitur
dist. i / Sacramentum / Signum non est res pre-
ter speciem quam ingerit sensibus aliquid aliud
ex se faciens in cognicionem venire / Et
quod dicitur / Signum / est omne sacramentum
signum / sed non econverso / Sacramentum enim
similitudinem gerit eius cuius est signum
aliter non proprie diceretur sacramentum / Sacramentum
enim proprie dicitur quod ita signum est invisi-
bilis gratie ut ipsius ymaginem gerat
et causa existat / non igitur significandi
tantum sacramenta instituta sunt sed etiam san-
ctificandi Que enim significandi tantum gratia
instituta sunt solum sunt signa et non
sacramenta sicut fuerunt sacrificia car-
nalia et observancie cerimoniales
veteris legis que non poterant iustos
facere offerentes / Hebr. ix Omnia ista impo-
sita erant deus in servitute non in iustifica-
cionem et ut essent signa et umbra
futurorum / Hebr. x a / Et ideo dicit Hugo
sacramenta omnia erant signa rei sa-
cre quam tamen non conferebant / Unde
hec est differencia secundum Augustinum
inter vetera et nova quia illa promit-
tebant tantum et significabant ista vero
dant salutem / Item sacramentum
63 iuxta Hugonem ipsius racionem / Sacramentum
est illud quo vel sacramur vel ins-
tro sacramus alios / Sicut vestimenta
ad vestitiones / et ornamenta ad or-
natus et munimenta ad municiones
sic sacramenta ad sacraciones / Et
generaliter omne illud quo vel cuius

adhibitione sive applicatione perfici-
tur aliqua actio ad ipsam actionem
se habet similiter / Quemadmodum igitur
cuicumque et quandocumque et ubicumque
necessaria est vestitio illi et tunc ibi necessarium
est vestimentum sic cuicumque et quandocumque
et ubicumque necessaria sacracio et sacramentum
non assimili aut ad propositum tantum sed ex
premissa radice que est propositio prima sed
nota quod dicitur ante humanam naturam
sacracione et sanctificacione nemo
dubitat nisi qui qualis nascitur ex
adam ignorat / Agnoscere autem ipsam
sanctificacionem necesse habet genus hu-
manum propter hoc quia incognitam
neque consideraret neque quereret nec pro
obtenta gratias ageret largitori / Necesse igitur
habuit genus humanum ut velut
signa et velut libri significacionis
exhiberentur ei sacramenta in quibus cerneret
et velut legeret suam sanctificacionem
agnosceret agnitam desideraret desideratam
quereret quesitam obtineret obtentam cum
gratiarum actione custodiret Usitatum
est enim apud nos ut donaciones 69
fiant signis sigillis et litteris Cum
igitur melius erudiri quam per certa et
nobis nota non potuimus expedit e-
rudicioni nostre ut donaciones divine
quasi signis sigillis et litteris fiant
convenienter igitur est invencione vi-
sibilis sacramenti presentatur invisibilis
unctio gratie ut cum ablucione vi-
sibili in baptismo presentatur invisibilis
ablucio peccatorum / Et hec est causa
institucionis sacramentorum in ecclesia
dei omnia duplici de causa instituta
sunt sacramenta scilicet humiliacione eru-
dicione et exercitacione propter humili-
acionem ut dum homo ex precepto dei
reverenter subicit se rebus inferioribus
ex hac humilitate et obediencia

x

nicatur aput deum gratiam / Iiii° ex
ercitacionem ad tollendam ociositatem
et occupacionem noxiam et ut se exer
ceat in istis / Vi° erudicionem sicut iam
dictum est / Unde dicit papias sacramentum
est signum promissionis vocatum sacrum
quia violare quisque de fide promittit /
sicut quando quis venit contra fidem
vel promissum iuramentum / Item sacramentum
61 Sacramenta dicuntur quia sub tegu
mento visibilium rerum divina virtus
secretius salutem operatur eorundem sacrorum
unde a secretis virtutibus vel sacris
sacramenta dicuntur / quia virtus divi
na secretius operatur in eis et ideo divina
solius hic est virtus sine potestas sui huius
efficatie / Item sacramentum est sacracionis
signum et causa / Sacramenta enim in
strumenta sunt sacracionis et sancti
ficacionis nostre et signa et libri in
quibus leguntur et congnoscuntur Ad
62 sacracionem autem et sanctificacionem pertinet
remissio peccatorum et infusio gratie
que fit in baptismo / de quo hic / Robo
racio gratie que fit in confirmacione / de
quo supra ibi civitas ipse concessit
Augmentum gratie que fit in sacramento
eucaristie et ordinis / de quibus dictum est
supra eodem / Diminucio culparum
que fit in matrimonio / de quo infra ibi
coniugati / Culparum mortalium abso
lucio et restitucio gratie que fit per penitentiam
de qua infra ibi / Venialium et per penitentiam
Culparum venialium absolucio et remis
sio que fit per extremam unctionem / de qua
hic / et ibi / iacobi ultimo c / et quod dixi unc
cionum venialium / primum / Baptismus in
tractes mundat / Confirmacio pugnan
tes armat / Eucaristia Unit / et in
corporat deo / ordo contemplantes instruit
et adimat / Matrimonium munit et de
fendit / penitencia cadentes relevat
Extrema unctio exeuntes deo parat
et valet devote suscipienti ad salu
tem et ad peccatorum remissionem illa de cor

poralis infirmitatis allevacionem / Jacobi
ultimo c / Ad huius sacramenti integrita 63
tem requiritur oleum consecratum / vo
calis expressio orationum et inunctio in
firmi / Sed non debet dari nisi adultis
et petentibus in periculo mortis et per minis
trum sacerdotis / Impenditur autem labora
tibus in extremis ut emundacio a sor
dibus sponse et sponsi thalamum in
gressuris / et ut communis ad eterne
refectionis convivium invitatus / et ut
adornacio et monacio accedentibus
ad eiusdem comoditatis solempnitatem
/ et ut vasis mensis celestibus in
fundis et in thesauris celestibus repo
nendis / Quia sicut infantes per bap
tismum ab originali peccato mundantur /
sic exeuntes per hanc unctionem ab omni
actuali peccato liberantur / Fit autem hec
unctio per singulos sensus et per certas
partibus determinatis scilicet in oculis auri
bus naribus manibus pedibus lumbis
utque per quos sensus homo deliquit
per unctionem huiusmodi dimittuntur Inter 64
unctionem confirmacionis et extreme
unctionis est differencia septiformis
scilicet in efficacia in materia in forma
in loco in tempore in suscipiente et in
dispensante In efficatia quia illud
statim disponit ad melius agonizandum
hoc ad celcius evolandum In ma
teria quia illud oleo permixto bal
samo / hoc vero oleo consecrato
In forma verborum quia alia hic /
et alia ibi / In loco quia illud in fron
te hoc autem in diversis partibus In
tempore quia illud in sanitate hoc
autem in egritudine In suscipiente
quia illud non solum adultis sed
etiam parvulis / hoc vero tantum adultis /
In dante quia illud ab episcopis tantum
hoc autem a sacerdotibus datur / De ite
racione vero huius sacramenti secundum
varias ecclesie consuetudines et tenendum

x

no cum merit phlebotomum quod repe
tat. Si morbus non redit medicina
non iteretur. Si non morbus non pt sepi
beri quare debet medicina phleboti
Sicut ordo iterari pt ita et unctio.
Utrumque Jacobus commemorat ut utraque
altera conferatur ad alleviationem anime
et corporis. Cur ergo negaret unctio
posse iterari cum pxt illud ordo iteretur.
69 Et nota quod ter ungitur generaliter
xanus. Primo in baptismo in quo li
beratur homo a dyaboli servitute et eli
gitur ad regnandum cum deo. Secundo
in confirmatione ubi confirmatur in gratia
ad pugnandum contra demones et peccata.
Tertio in extrema unctione ubi fit
purificatio a sordibus peccatorum ut deo
decentius presentetur. Hec triplex unctio p
figurata est in dauid qui primo electus
unctus fuit in regem a samuele in do
mo patris in medio fratrum suorum. Ex
tunc ductus est spiritus domini in dauid i
Regum 16. Secundo unctus est in regem
super israel in Ebron ubi regnauit septem
annis. Tertio unctus est in ihrlm
ubi regnauit super totum israel xxx
annis ij Regum v. Et i paral 11. De
diuersitate et efficacia unctionum habetur
Extra de sa unc. Et est hoc contra here
ticos qui huic detrahunt sacramento
Et contra nationes qui non utuntur
hoc sacramento. Contra quos agit Jaco
b. Ex predictis patet numerus sacramentorum
qui septenarium excedere non pt. Huius
septem sacramentis quasi septem
fluminibus ministrator et misericors
deus genus humanum purificat sancti
ficat et replet et gratiarum diluuio i
ablutione illius inundat tamquam fons
patens in ablutionem peccatorum et men
struate. Zach 13. Item Sabin. Circa
ordinem sacramentorum nota. Circa
aut attenditur ordo in prio secundum quod
et sic pt quodlibet precedere aut simpliciter
et sic facto sunt ordinata per ea que dicta

sunt. uel prout sic ordinari. Sacramenta
sunt medicina. Omnis autem medicina or
dinatur ad morbum. Omnis uero morbus
aut est contractus et talis est peccatum
actuale aut est innatus et talis est
originale. Contra talem morbum scilicet
innatum est baptismus. Circa uero ex
originali sequitur pronitas peccandi est
necessaria confirmatio que confirmat ho
minem ne cadat per peccatum. Circa uero quantumcumque
tamen sit confirmatus aliquando contingit cadere
per peccatum actuale necessaria est penitentia que delet
actualia. Ex casu autem qui fit per actu
ale relinquitur quidam defectus et est duplex
quia aut in parte hominis sicut in spiritu
Et contra talem defectum datur eucaristia
aut est in toto homine et talis clangu
uor quidam contra quem datur extrema unctio
Illa uero duo scilicet ordo et matrimonium
sequuntur tamquam minus generalia. Ordo autem
precedit matrimonium ratione dignitatis.
Hec sacramenta tamquam per medicamina
genus humanum curant secundum quod competit
egrotanti et egritudini et occasioni e
gritudinis et operis curationi secundum quod
auctor salutis instituit dominus ihesus xpus 10
Hec sacramenta sunt quasi uesti
gia quibus imprimitur notitia xani nominis
Et sunt signa quibus dirigimur in uiam
salutis eterne. Ps. Perfice gressus meos
in semitis tuis etc. Item Sacramenta
sunt alligature quibus imponitur ad sana
da peccatorum uulnera alligantur. Sed in
firmo sanati ob anim peccatoris uulnere
huiusmodi fascie deponentur. Septem ergo 11
sacramenta reuiuent septiformis gratie
que per septenarium nos reducit ad
primam quietem ad caelum ciuitatis ad
octaua resurrectionis et curat a septifor
mi morbo scilicet actuali originali mor
tali ueniali et penali scilicet ignorantia
malicia concupia et conseruant in
sanitate anime ut consistet nosu sep
tem uirtutum trium catholicarum et quatuor

cardinalium / nam baptismus primo
disponit ad fidem / confirmacio ad
spem / Eucaristia ad caritatem / penitencia
ad iusticiam / Extrema unccio ad perse
veranciam que est fortitudinis complementum
ordo ad prudenciam / penitencia ad iusticiam
matrimonium ad temperanciam Iste sacrum
sacramentum est invisibilis gracie vi
sibile signum de quo dist. 2 sacrificium
Et est hoc contra hereticos qui detrahunt
signis visibilibus sacramentorum Quia
ante sacramenta signa visibilia fe
aut admitta illa habere deberent exem
plis familiaribus ostendimus / Oves enim
cuiuslibet gregis signo aliquo visibili
distinguntur ab aliis / Et contubernia
militum signis / Et eidem parte Et etiam
templa a prophanis sine quibus iste
omnis dignitas laycalis signo aliquo
visibili sicut cinctione gladii Item
a2 omnis administracio aut officium sicut
thesaurorum custodia tradicione clavium
Item honor et dignitas sicut honor
regis in imposicione corone visibilis
aut collacione in throno visibili ex
quibus omnibus et consimilibus satis vi
detur conveniens ut spiritualia graciona
lia que sub signis visibilibus conferantur
hoc etiam est utile hominibus propter erudi
cionem insipiencium quia ab eruditis
nisi signis non cognoscerent / Secundo
propter gratitudinem sive devocionem ut qui
in tam sublimia et amicitiis sive tam
remota vocari vel assumi se videt
in divine bonitatis admiracionem et
laudes prorumpat / Tercio propter humiliacionem
cum enim altitudinem donorum istorum
attendit et quam longe sunt a suis me
ritis considerat divine largitatis bo
nitatem admirans erga se absque suis
dum merita nulla vel forte contraria
invenerit / nec per beneficiorum magnitu
dine extollatur / Et hec est vera humiliacio

scilicet meritorum evacuacio vel attenuacio
et indignitatis sue cognicio / Quarto
utilia sunt propter roboracionem suscipi
encium / Sicut enim per sacracionem aut
sanctificacionem amodo timeat et non
ex hoc contra omnem execracionem secure
desistat / Sicut per unccionem integrum re
colat et non contra vilissima necessitatem
quod servitute viciorum totis viribus se
attingat / Sicut militari officio preditum
se senciat et arma ignorare et infidelitatem
et segniter in bello agere non erubescat
Sicut tam preclara civilitate honoratum
se gaudeat et eversionem civitatis se
opponere negligat leges quas et iura ipsius
pro viribus non defendat / Et nota quod
signa sensibilia quorum est dicere non
habent efficaciam ordinacionum ad graciam
licet habeant longinquam representacionem
de sui natura / Et ideo hoc optinent quia ab
auctore gracie instituuntur ad significandum
et sic essent ex naturali significacione et re
putacione et ex iuncta institucione
significativa et ad graciam representacionem
per quam anime curarentur / Quia autem sacrum
consistunt dici visibilis forma sive
visibile signum · caute intelligendum est
Anima nec baptismus neque ordo neque
matrimonium in se ipsis visibiles sunt
licet forma sacramenti eucaristie sit
visibilis / dicimus ergo sacramenta vi
sibilia signa secundum modum quo dicitur
monachus albus vel niger / non enim
refertur visibilitas ad essenciam sacra
menti sed ad causam et circumstanciam
sicut ex circumstancia habitus mona
chus denominatur / Et nota quod virtus a3
et utilitas sacramentorum ostenditur attes
tacione miraculorum / de quibus signis
que in baptismo salvatoris leguntur
Mt 3 luc 3 et Mr 1 / Et de constantino
imperatore in legenda sancti Silvestri
Item Experiencia velut sensu spirituali

ut ibidem et in multis aliis / de ex
perientia etiam constinet testes sunt qui
fide devotione et reverentia qua decet
illa percipiunt / prohibent tamen aliqui
vel corruptione palati cordis vel incre
dulitate vel ingratitudine / alii quia ista
tota sua vis in proprium reservat / alii in
simulitate perficiunt ne sine meritis
humani sensum attenuant sed gratie di
vine . Item testimonio sanctorum elo
quiorum ut in evangeliis et canonicis
institutis . Item ratione probatorum ut
in disputationibus sanctorum contra hereticos .

ap Et nota quod in omni sacramento consideran
duo scilicet vis sacramenti sine qua esse
non potest et dignitas propter quam honorandi
solempnitas adhibetur . Circa omnibus
sacramentis quedam sunt ad decorem et
honestatem sacramenti / quedam ad esse
et substantiam sacramenti / Secundum quod dicit Hugo
de sancto Victore / Sacramentum est elementum
corporale ex similitudine representans , ex
institutione significans / ex sanctifica
tione invisibilem gratiam continens

A7 Baptismum de baptismo
specialis est tractatus extra
de bap / et eius effectu / Et de consecratione
dis . 4 . per totum . Et de summa . 3 . lib . / Hanc autem
ad eliciendos errores hereticorum qui
huic sacramento detrahunt attendimus
Cum igitur communis erat plaga peccati
toti generi humano communem remedium
requirebat / Et quia communis inquina
tio erat communem lavacrum erat toti gene
ri humano exhibendum / Et quia communis
exercitatio generum sacramento indigebat
curare debebat omni diu communem in
corporatione universorum communem tinctis pla
gis remedium communem tinctis inquina
tionibus lavacrum communem tinctis ex
stirnationibus sacramentum fidei adhibe
. Item omnes electi lavandi erant
in lavacro dei proprii / Veritas autem vir
tus sola unica unitatem ipsi efficit

necesse erat unum ritum institui per quem
de genere humano in societatem et cor
poralitatem spiritualem populi intrantes
exciperentur et in unum dei populum unirentur
ideo necesse fuit unum ritum unum celesti
et unam legem in mundo institui et
ubique predicari et in eo uniri omnes
nationes / Et hoc est sacramentum
baptismi de quo agitur in fine / Docete
omnes gentes baptizantes eos in nomine
patris et filii et spiritus sancti / Omnia igitur
non decet creatorem facere nisi convenien
tissime quod facit / nec decet eum per
fecte minus convenienter committere
ex quo ritum baptismi instituit nulli
persone ulla ratione licet alium ritum
vel introducere vel servare nec licuit
ab eo tempore quo ritum istum induxit
creator / Similiter neque istum neglige
vel non servare a tempore illo / Servare
ab eodem tempore omnis alius ritus
perditionis est atque damnationis
nec unquam alio ritu generaliter provisu
est toti generi humano ante institutionem
baptismi / et non alio ritu ita convenienter
potuit provideri sicut baptismo fuit
provisum ut docet Gregorius / de consecratione
dis 4 / Quod apud nos quod aqua baptis
mi hoc egit apud veteres vel pro parvulis
sola fides vel pro maioribus virtus sa
crificii / vel pro hiis qui de stirpe abra
he prodiere mysterium circumcisionis
Excepto quod dicit Beda quod regni celestis
ianuam nondum intrare poterant tamen
in sinu abrahe post mortem beata
requie consolati superne pacis ingressum
felici spe expectabant / per baptismum non
aperitur ianua celestis regni baptizatis
sicut infra dicetur / Et ideo circumcisio
bene fuit mutata in baptismum quia
sacramentum baptismi communius et
perfectius et gratie plenioris est / In
circumcisione dimittebatur peccatum tantum

sed non postulatur gratia adiutrix
ad bene operandum vel ad augmentum
gratie et virtutum / sicut fit in baptismo
77 Sacramentum autem baptismi sanguine
xpi rubricatum culpam remittit penitus /
vitatur et ad regnum celorum pervenitur
Extra de bap. et eius effectu / maiores
§ ij / Item decencius et honestius est
aqua ablui quam lapideo cultro abscidi
Item sicut nimius neque propter dolorem
asperitatem ad fidem accedere abhorreret
Significatur de parvulis qui ante octavum
diem moriebantur / prudentius cum Beda
dicimus quod per eum tribulit et salubriter
clamat Joh 3 / nisi quis renatus
fuerit denuo / ipse clamabat in lege
Gen. xvij / Masculus cuius preputii caro
circumcisa non fuerit delebitur anima illa
de populo suo quia pactum meum irritum /
fecit Ext. de Bap et eius effectu maiores
§ In lege tamen forte ingruente neces-
sitate mortis ante octavum diem circum-
cidebantur sicut fit in ecclesia de baptismo
78 Et nota quod circumcisio fuit pellicule
que est in pudendis abscisio / Que
fuit data viris tantum ut circumcisione
quasi quodam caractere de populis aliis
discernerentur / Item ut esset in signum
fidei Abrahe qui credidit se habiturum
filium in quo benedicentur omnes gentes
Item ut per mandati obedientiam Abraham
placeret deo cui Adam displicuerat per
prevaricationem / Fuit autem data masculis
tantum quia quotquot nascebantur de
sexu virili tali mundicione indigebant
sed non omnes qui nascebantur de muliere
quia primus non indigebat / Secundo autem
facta fuit in carne preputii quia fuit insti-
tuta in remedium peccati originalis / Etiam
ibi primo sensit homo peccatum inobediencie
signum ibi inobediencie fuit ponendum
Tertio non cultro lapideo quia per lapidem
xpm omnis erat mundacio facienda

octava die i. in signum resurrectionis
scilicet octava etate futura / circumcisio
et alia legalia terminata fuit in morte
xpi extunc enim nocere possunt tamquam
quam prodesse / Item baptismi de insti- 79
tucione baptismi quando cepit varie sunt
opiniones / Aliqui dicunt esse institutum
quando ait dominus Nicodemo Joh 3 b / nisi
quis renatus fuerit / Alij dicunt tunc
esse institutum quando xpus baptizatus est
a Johanne in Jordane ubi mysterium in-
notuit trinitatis / Luc 3 et de cons. dist. 4
Venit / Et tunc contactu sue mundissime
carnis vim regenerationis contulit aquis
de cons. dis. 4 nunquam / Causa autem institu- 80
tionis baptismi est innovatio hominis
ut homo qui per peccatum vetus fuerat
per baptismi gratiam renovetur quoad
depositionem viciorum / pellit enim feditatem
et collat virtutem / aufert decorem / Et
hoc est res eius sacramenti scilicet interior
mundicia sive iustificatio / Non xpus
huiusmodi instituit sacramenta quedam
ex eis confirmando et approbando et consumando
ut matrimonium et penitentiam quedam initiando
et consumando instituit ut sacramentum
baptismi et eucharistie et ordinis / Hec
enim tria primarie statuit et ipsemet
suscepit baptismum / Nota triplex est
baptismus fluminis flaminis et sanguinis 81
Baptismus fluminis dicitur ablucio
facta in aqua materiali / Act 1 / Johannes
baptizavit aqua vos / Baptismus fla-
minis dicitur acceptio spiritus sancti ad
robur Act 1 / Vos autem baptizabimini
spiritu sancto / Baptismus sanguinis
est passio / Luc xij / Alio baptismo
habeo baptizari / Item Mt x dicit Jesus
filiis Zebedei / Calicem meum bibetis
et baptismo quo ego baptizor bapti-
zabimini / Item baptismi Johannes 82
legitur baptizasse sed in aqua non in
spiritu sancto / Joh 1 Ego baptizo in aqua

Item solum corpus abluebat / aptitis
vero non mundabat / de quo dist. 9 / nec re-
generabantur. Item baptismus iohannis
erat penitencie non in remissione / iste
baptismus iohannis ad hoc proficiebat
quia usum baptizandi preparabat ad Christi
baptismum / et propter hoc diu portabat sa-
cramentum quia significabat sacrum
Christi baptisma / et dicitur est baptismus
iohannis Act 18 5 / quia ibi erat
operacio invisibilis tamen exterius lavans
non invisibilis gracia dei interius operans
baptismus iohannis in nomine venturi
domini ihesu tradebatur Act 3 / de baptismo
iohannis hic et de quo dist. 9 aliud ewo
regina / Item quibus / omnia negavit
se scire spiritum sanctum cum baptizatos se di-
cerent iohannis baptismate qui in ad-
venientis ihesu non in suo nomine bap-
tizavit / et ideo post fuit in Christi nomine
baptizati / Act 19. Item baptismi
83 / accedencium ad baptismum alii susci-
piunt sacramentum et rem sacramenti
ut parvuli / et alii qui devote accedunt
alii rem etiam sacramentum ut qui
pro Christo martirium suscipiunt ante bap-
tismum / vel qui corde contrito ad baptis-
mum accelerant / et interim moriuntur
Item bap. Baptismus diffinitur
a dyonisio in libro de ecclesiastica ie-
rarchia sic / Baptismus est sacre re-
generacionis tradicio / i. baptismus est
quoddam principium sanctissimorum manda-
torum sacre actionis ad aliquarum divinarum
et sacrarum actionum susceptiva oppor-
tunitate formans nostros animales
habitus ad supercelestis quietis prepa-
rans iter nobis faciens et est sensus /
Baptismus est principium sacre actio-
nis i. prima sacracio vel primum sacrum
operatum bonum hominis de spiritu sancto /
Item baptismus est aqua diluendis

criminibus per verbum dei sanctificata
augustinus in sermonibus / Baptismus est tinctio
i. ablucio corporis exterior sub verborum
forma scripta / si enim fiat ablucio
verbo non est ibi sacrum / de quo dist. 9 per
aquam / papias dicit / Baptismus est
tinctio et lavacio / sacrum baptismi
quod est sacrum regeneracionis i. secunde genera-
cionis quo generamur ut simus filii dei
et heredes / hec est spiritualis vite inchoa-
cio / hac regeneracione mundatur quod generacione
contrahitur / de quo dist. 9 xx sine / placuit
ut quicumque parvulos ut omittit si bapti-
que matris ubi dicitur quod donec natus
sit ex utero matris licet baptizata mu-
lier enim secundum adam natus non est
secundum Christum renasci non potest quamvis
post renasci nisi primo sit natus. Et 84
nota quod sicut homo secundum naturam nas-
citur ex femina sed de viro quia vir fe-
cundat feminam ut de semine humano
concipiatur ita secundum graciam homo ex
aqua renascitur sed de spiritu sancto enim
aquam sanctificat ut de semine divino
purificetur / nam quod natum est ex car-
ne caro est et quod natum est ex spiritu
spiritus est Ioh 3. Item sicut in carnali
generacione qua proles ex viro et femina
nascitur / alius est qui carnaliter gignit
et alius qui carnaliter gignitur. Sic
in sacra regeneracione quasi soboles
ex aqua et spiritu sancto renascitur.
Alius debet esse qui spiritualiter generet et
alius qui spiritualiter generatur / ut dicit Extra
de bap. et eius effectu. Item est sacrum
renovacionis / eo enim vetustas culpe
exuitur et deponitur et novitas gracie
induitur / de quo dist. 9 / per aquam / non ex quo
iuxta illud Galat 3 quicumque baptizati
estis in nomine ihesu Christi Christum induistis /
Et est hoc sicut destructio vini per aqua
generis per resolucionem materie primo et

gnatio contrite in eadem materia in
contrarium modum suffusio / ps ... cum
tate tua quia ignite corpus ad nichilum
redigetis. Item sicut fluit cera a fa
cie ignis. Sicut enim in cera sigillum
nec scriptura nec sigillatura remanet
sic in baptismo omnis scriptura mor
tiferi erroris omnis dyabolice similitudinis
deformitas evanescat. Item est lava
crum renovationis et regenerationis
ii thim iii / Et hoc significatur per exinctionem
et ablutionem et albe vestis indutionem
et per alia que fiunt in baptismo. Iste
est gratum submissionis personis et exer
citiis eius r dyaboli et peccatorum omnium
/ de quo dicitur quod nec unum tetigit / Hec opera
tio divina est sicut destructio ymaginis
glacialis vel nivee solvente / Et z
solvuntur quasi glacies in sereno peccata
tua. Item signum dominice passionis et
1 mortis et sepulture Christi / Unde illa
trina immersio qua sub aqua abscon
ditur sicut mortuus in sepulchro signat
triduanam dominicam sepulturam / de quo dicitur
quod ... / Et cum illa trina immersio signat
passionem mortem et sepulturam Christi
quia prima et secunda infans non ex
toto magna absconditur sicut Christus
non latuit in passione et morte sed in
tertia totus immergitur sicut Christus la
tuit in sepulchro ad designandum quia sic
vetus homo totus sepelitur ne ultra
aliqua vestigia eius appareant ad peccandum
Attende quod immersio debet fieri in toto
corpore vel saltim in digniori parte. Ista
quod verborum expressio et immersio magna
fiat ab uno et eodem tempore propter servan
dam unitatem in sacramento et significandam
2 in mediatore uno Christo / Cum ante bap
tizandus tenetur extentis brachiis
super fontem ad modum crucis notatur
quod per baptismum debet esse crucifixus
mundo et mundus sibi / Consepeliun
tur ad similitudinem mortis Christi in ele
mento aque quod est affinius terre quia
in terra animus sepeliri non posset / Etiam
immersio cum invocatione trinitatis
efficitur statim / Cetera que precedunt vel
subsequuntur sunt ob reverentiam sacramen
ti / Signum abiciat iste ter immersus
est magna ergo iste ter baptizatus est
Similiter albus alba album tres sunt
voces et una earum est nomen ergo
ibi sunt tria nomina / vel iste comunicat Christi
corpus in specie panis similiter in specie
vini. ergo bis communicat vel duplex
ibi corpus Christi / quod non sequitur. Illud 3
autem notandum quod virtus sive efficacia
baptismi et res eius sive sanctificatio
est spiritualis novitas et sanctitas celestis
quia hereditas / veteris hominis mors / vitiorum
et peccatorum sordium ablutio et deletio. re
missio quo ad culpas et quo ad penam
de efficacia baptismi agitur de quo dicitur
quod ... x C Ad hoc baptismus valet

Ad dei invocationem

Ad invocatio sancte trinitatis
verbum dicitur quo baptismus
conferetur in nomine patris et filii et spiritus
sancti / Contra ydolatras qui ad invo
cationem demonum vel ad superstitiosam
observationem planetarum vel caracterum
vel huiusmodi operantur / contra quos dictum est
supra ibi / unus solus verus est deus
Item ad dei invocationem contra illos qui
dicebant / Ego sum pauli ego vero apollo
ego cephe / contra quos dicitur quod
divisus est Christus. Item ad dei invocationem sanctifi 4
catio opus est solius divine virtutis
ac misericordie et illa est maxime in
necessaria ne non invocata et quasi ne
glecta merito dedignatur adesse / Etiam
ad omnem sanctificationem que ministerio
hominum fit est virtus divina et cleme
ntia invocanda / Et sub qua forma verborum
sit facienda hec invocatio habetur Extra de
bap et eius ef. c. i ii iii iiii v Et attende

et enim hec sit forma baptisandi
Ego baptiso te in nomine patris et
filii et spiritus sancti / Sine obmissione
et inposicione vocabuli sine prepostera[c]ione
ordinis superdicti et sine mutacione
aliqua forma huius est dicenda / Et
hoc est contra illos qui non virtuti
verborum sed sanctitati hominis attribuunt
potestatem baptisandi et cetera sacramenta
conficiendi / Contra hunc errorem dictum
est supra ubi agitur de clavibus et infra
ibi hec forma ecclesie

Et in nomine trinitatis

Contra nocianos qui non cre
dunt Christum fuisse filium dei coeter
nus dictum est supra ibi Unigenitus
dei filius / Et contra catafrigos et Mon
tanum et priscam et Maximillam qui
Christum secundum quendam paruum hominem mo
tanum dicunt / contra quos Job c. 6 / Spiritus
est deus / Luc ultimo / Spiritus carnem et ossa
non habet / de hiis tribus habetur 24 q. 3 Quidam
Et de consecratione dist. 4 / Hii non enim ante testi
monio scripture non confirmant quod dicunt
eorum fantasias non diximus memorandum
item in nomine trini / et supra ibi Sm
genitum eterni / Eodem c. / Hec sancta trinitas
Et est hoc contra Arrianos ut dictum est
supra / Et contra illos qui baptisant in
hac forma In nomine trinitatis et Christi
de quibus habetur de consecratione dist. 4 c. [illegible] multi
Et contra illos / qui baptisant sub
hac forma In nomine domini / de consecratione dist.
4 c. Si revera / vel in morte crucifixi / vel
in nomine domini nostri Ihesu Christi / de consecratione dist. 4 c.
Apostolus / Et contra illos qui baptisant in
nomine Christi / de consecratione dist. 4 c. Siquis presbiter

Patris et filii et spiritus sancti

Prima si unam de trinitate
personam non nominaret in bap
tismo verum baptisma esse non posset
de consecratione dist. 4 c. Si non sufficit / Et nota quod

in baptismo trine fit mersio sancte
trinitatis / Trina in baptismo submersio
delet tria vicia scilicet venalia contemp
tibilia et irrascibilia / Et tria genera peccatorum
scilicet cordis oris operis / Et tria genera concu
piscentiarum oculorum carnis et vite. Alie
etiam cause assignantur / de consecratione dist. 4 c. Post- 4
quam nos / Et capitulis sequentibus ubi dicitur quod
ideo ter facienda est mersio in baptismo
quia datur in nomine trinitatis et in
nomine Christi qui die tercia resurrexit a mor
tuis Illa enim trina repetita mersio ty
pum dominice exprimit sepulture / et tamen
si semel tantum mergatur verum baptisma
accidit / Et qui semel tantum merserit non 6
peccat nisi consuetudo ecclesie subsistat
et hoc modo tantum fieri debere affirmat /
De hac materia agitur de consecratione dist. 4 c. De trina
submersione in quatuor capitulis sequentibus

Consecratur in aqua

Hec enim duo in baptismo necessario
requiruntur scilicet verbum et elementum
ut extra de baptismo et eius effectu c. Non ut apposuisti
1 q. 1 Detrahe verbum / Per aquam baptismi A
transitus est de terrenis ad celestia de
morte ad vitam de culpa ad gratiam
de inquinamento ad sanctificationem
Non omnis aqua sanat sed illa que
habet gratiam Christi / Non sanat aqua
nisi spiritus sanctus eam consecret et
ideo Christus aquam contactu sui corporis
sanctificavit quia nunquam posset aqua
peccata credentium purgare nisi tactu
dominici corporis sanctificata fuisset / Sic
de consecratione dist. 4 c. Per aqua nunquam / Et hoc est
contra Sarracenos et hereticos qui so
lam ablucionem corporis per aquam factam
sufficere ad remissionem peccati sine contritione
et confessione / Ad quod probandum indu
cunt Joel Effundam super vos aquam
mundam et mundabimini ab omnibus inqui
namentis vestris / Sed hoc intelligitur de
aqua munditie per significationem baptismi

Item contra iohannes baptisavit
in aqua tantum / Similiter quod ad assumptionem
et sanctificationem baptismi baptisma
iohannis fuit non ad remissionem peccatorum
/ de quo dicitur quod non regenerabant / Item oppo
nunt quod naaman ablutus in iordane
liberatus est a lepra per quod significari
dicunt / quod aliquis per solam ablutionem
aque liberatur a sorde peccati / Similiter quod illa
ablutio significavit baptismum quod iterata
non fuit sicut baptismus iterari non debet
unde quod dicitur quod / non licet / Et ibidem dicitur /
dicunt semel quod est contra novacianos
et donatistas qui baptisant baptisatos
ut 2 q 3 quidam / Item consecratur
in aqua / contra vibianos qui sig
num crucis per adustionem faciunt et pro
baptismi ablutione imponunt / estima
tes se per hoc in igne sancti spiritus bapti
sari / quoquo divine auctoritati ecclesia
gelice veritati apostolice et traditioni evi
dentissime contradicunt / Et dicunt quod con
venit ecclesiam ex huius veritate signorum
sacramentalium esse conforme vel dis
crepantium esse similitudinem quod est in aqua
8 ipse enim christus qui tactu sue carnis
aquis vim regenerativam contulit bap
tisatus est a iohanne in aqua ad
exemplum nostrum sicut legitur matthei 3 marci
1 luce 3 / Et apostoli baptisabant aqua
materiali et visibili ut patet actuum 8
de philippo et eunucho / Item actuum x
de petro et cornelio / Item actuum xix et
xviii / Item hebreorum x / Accedamus cum vero
corde in plenitudine fidei aspersi corda
a consciencia mala et abluti corpus aqua
munda teneamus spei nostre confessionem
nota quod primus dicit / aspersi corda a con
sciencia mala / Et post subdit / Abluti cor
pus aqua munda / Ubi sit omnem totum
hominem in baptismo aqua mundari
ad idem / Ephesiis v / christus dilexit ecclesiam
et tradidit seipsum pro ea mundans eam
lavacro aque in verbo vite / Item

In aqua / contra in alio liquore non
fit baptismus / Extra de bap et eius 9
effectu / non ut opponetur contra illos qui
in igne vel glacie vel alio liquore co
tendunt baptisare / Ideo ante baptismum
fit in aqua contra per aquam fit ablutio 10
potius quam per alios liquores propter quod
magis convenit sacramento / Ceteri enim
liquores plus inficiunt quam abluunt
Et aqua ceteris liquoribus habundantior
et nemo potest se propter indigentiam
excusare / Item In aqua / contra totum 11
genus humanum propter sua interiori ar
det amore illorum que carnis et mundi sunt
et econtrario friget propter sua superiori et
velut congelata riget ab amore spiritua
lium et eternorum bonorum / apparet manifeste
totum genus humanum incendio preter
et extinctione indigere / Et ideo ut sit ad
hoc habeat sicut debet et sicut requirit
necessitas salutis iniungendum fuit in ig
ne et aqua ad quod designandum conse
cratur aqua et cereus accensus apponitur
in baptismo / contra gratia sive sancti
ficatio que datur per baptismum est infla
mativa ex parte preterite congelationis et
extinctio eius ex parte preterite arsionis /
ut dissolvat et inflammet in nobis
pristinum gelicidium et extinguat in
nobis pristinum incendium / contra totum
genus humanum requirit necessario quinque
extinctorium et quinque inflammatorium
quinque lavatorium quinque fontem
purissimum atque benificum quinque forna
cem sacratissimi ardoris / Et ut ad unum dicatur
quantum efficaciam gratie dei in qua fiunt
omnia que saluti sunt necessaria in qua
fiat plena sanctificatio et perfecta sancti
tas digne intuentibus ibunatur / Item In a 12
qua / licet sacramentum baptismi non fi
at nisi in aqua virtus tamen et sancti
ficatio ipsius datur per passionem et pe
nitentiam / nam ubi necessitas excludit

sacramentum fides et contritio supplet defectum de quo dicetur questione baptismi vite. Si enim parvulis non valentibus credere sufficit baptismus multo magis sufficit fides adultis valentibus sed non valentibus baptizari. Quia magis est fides quam aqua. Si ergo quod minus est potest sanctificare quanto magis quod maius. Supplet enim omnipotens benignitas quod ex necessitate deest sacramento. Quia non alligavit deus potentiam suam sacramentis. Et ideo fideles esse possunt aliqui per virtutem fidei aliqui per fidem sacramenti. Extra de baptismo et eius effectu debitum

Quod teneantur parvuli

13 Quod contra Pradicatas et contra errorem hereticorum qui dicunt parvulis inutiliter baptismum conferri. Extra de baptismo et eius effectu. Maiores de quo dicetur questione placuit ut quicunque parvulos. Sed nota circa hoc diversi hereticorum diversa senserunt. Quidam dicunt quod parvuli non habent peccatum sicut pelagiani et ideo non indigent baptismo. Quod nituntur probare sic. Peccatis velle et nolle est omne meritum sed in parvulis non est velle et nolle. Ergo in parvulis non est meritum. Item ubi est necessitas ibi non est libertas. Sed ubi non est libertas ibi non est peccatum. Parvuli non ex necessitate concipiuntur in concupiscentia. Ergo non tenentur peccato eius quia in concupiscentia generantur. Secundo quod ab origine ex eo lex sunt naturalis ut similia ex similibus producuntur de homine homo de rationali rationale. Oportuit igitur ut post peccatum ade quia adam servituti et

14 infirmitati sunt subiectus omnes qui ab eo descenderunt per carnis concupiscentiam tales nascerentur. Et ad hoc nota exempla seminis quod quantumcumque sit purgatum cum seminatur nascitur tamen cum palea aristis cortice et humore. Contra per hoc quod dicitur peccatis velle et nolle sit meritum. Dico quod hoc de peccato actuali

15 intelligitur. Augustinus enim dicit quod originale peccatum est voluntarium non voluntate originis sed ab origine voluntatis quia hoc scilicet peccatum originale contractum est a voluntate primi parentis que fuit causa huius peccati originalis. Eodem modo potest responderi ad hoc quod opponitur de necessitate et de libertate ut de quo dicetur questione finissime.

16 Item opponunt heretici. Ponatur quod pater et mater sunt sine peccato cum celebratur carnale commercium nec peccat qui generat nec qui generatur nec qui creat. Ergo nullo modo inducitur esse peccatum in parvulis. Secundo. Quemadmodum semen proprium habet dispositionem et possibilitatem ad eum effectum a quo seminatum est. Ex semine ante humano non nisi homo. Ex semine bovis non nisi bos. Et ita de aliis generatur. Quorum accidentia seminis ut complexio et alia nature accidentia ipsum fetum sequuntur et comitantur. Unde et palea granum expoliatum sequitur. Et quemadmodum omnes ex circumcisis generatos circumcisos non oculato oculatus. Et de truncato nascitur integer membris. Quia hoc in natura seminis est ut dicit Augustinus super illud Ephesios quomodo dicuntur per fidem. Et licet parentes mundati sunt per baptismum non tamen generant secundum illam generationem qua denuo sunt regenerati et mundati sed potius secundum eam qua ipsi carnaliter primo sunt generati. Unde ut dicit idem Augustinus peccatum in parvulos non transmittit propagatio sed libido nec fecunditas nature humane facit homines non sine peccato nasci sed feditas libidinis qua habent homines ex illius iustissima condempnatione

17 peccati. Et nota quod peccatum originale sit curatur in baptismo quantum ad reatum pene quod remanet quantum ad actum et motum concupiscentie. Sic curatur in parte quibus transfunditur in prolem. Sic tollitur macula quod remanet scripula

de qua oportet nos purgari quod du
dummus in hac vita / de quo dicitur in
ibi Baptista / ut omnes quidem obiciunt
heretici / Si anima contrahit originale
peccatum. Aut illud contrahit ab anima
aut a corpore / Sed in corpore non est peccatum
ergo non videtur peccatum contrahi a corpore
Si non contrahitur ex anima ergo videtur
anima esse ex anima et ita ex traduce
Secundo dicendum sicut vinum optimum ex ipso
vase corrupto trahit vicium sic anima
ex carnis corrupcione / Et licet obiciatur
quod vinum non contrahit saporem ex vase
nisi quando est in eo / Et ita cum in creacione
vel anima post primam et gracie resti
tucionem nulla sit corrupcio culpe / non
potest anima filii ex generacione patris
culpam contrahere / Secundo dicendum sicut
sapor qui in vase est et si non vinum
in vase in vino tamen vicium est et corrup
cio ille idem sapor sit et corrupcio
que in carne est in ea tamen pena in se ista
est in anima non vicium est et corrup
cio enim animam dicit sapere vel carnie vel
ha iniqua est quemadmodum ebriosum
est vinum sapere vas in quo est sic autem
osum est anima sapere carne vel tam
iniqua est Rom 8 Qui in carne sunt sa
piunt / Et philosophus Gloria in confusione
eorum qui terrena sapiunt / Potest eciam
secundo dici et si in vino non sit ebrietas
de vino tamen et de bonitate vini contra
hitur ebrietas abibente / Et licet in se
nec vel fermentante nichil sit nisi bo
num eius tamen commixtione eius anima
ebriatur humana quemadmodum vicio
ebrietatis quod ex vino contraxit e
brius agitatur / sic et anima humana
vicio animalitatis que utique eius ebrie
tas est quam ex carne per huiusmodi ebrietatis
commixtione contraxit / Sicut ergo de
vino per occasionem infunditur ebrietas
in bibente cum nichil ebrietatis sit in
vino sic de carne animalis brutum
infunditur in anima licet inundata

sunt apertis / contra predictos errores
antiquos probatur ex pluribus quod sit peccatum
originale / Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum etc et per
Et sicut in Adam omnes moriuntur ita
et in Christo omnes vivificabuntur per Apostolum
Et sicut per unius delictum mors in
omnes homines in condempnacionem / sic per
unius iusticiam vita in omnes homines
in iustificacionem vite / Rom v quod de quo
dicit quod probatur ut quamque pluralis / Et 2a dis
tinccio eius / Hoc peccatum dicitur originale 18
causa per peccatum ex peccato Ade ortum est /
Sicut enim ab anima peccante infecta
fuit caro Ade et prona effecta ad libidi
nem / Sic libidine seminata et semen tra
hens infeccionem viciosam inficit et vi
ciat animam cuius quidem infeccio non
tantum est pena sed eciam culpa que cor
rumpit naturam et natura corrupta
corrumpit personam / peccatum autem origina
le est sicut caninitas contra naturalem
rectitudinem / et sicut ebrietas contra
naturalem sobrietatem / et sicut stultitia
contra naturalem subtilitatem / et sicut
languor contra naturalem sanitatem
et sicut lex immitabilis et tyrannus
invincibilis nisi adiutorio gracie dei
debilitetur / hic movet mala desideria
que actuales sunt concupiscentie et arma
dyaboli quidem peccatum originale dicitur vicium
cuius totam naturam hominis inficit et
corrumpit Quod vicium facit parvulum
habilem concupiscere adultum eciam con
cupiscibilem reddit / Sicut enim in oculo
ceci vicium cecitatis est / et in videnti in
nocte / sed non discernitur inter cecum et
videntem nisi luce veniente / sic in prin
cipio illud vicium non apparet donec e
tatis provectioris quis insistat Et 19
nota quod pollucio quia caro contrahit
dum concipitur est causa originalis peccati
que vel vicium sive corrupcio sive
feditas appellatur / Unde cum anima
carni infunditur ex corrupcione carnis

maculatur. Sicut si detur elemosina
panis vel cuiuscumque fructus vel speciei
aromatice in manum leprosi vel alias
immunda ex eius contactu fedatur et ita
immundis immunda reputatur. Et per hoc patet
solucio questionis que fit utrum anima talis
sit ante baptismum qualis a deo creatur.
Anima creata est a deo bona et munda
sed polluitur sicut pollutas lepre manus
mundum pomum polluit sibi datum. Iste
20 dicitur fomes peccati sive incentivum sive
pronitas ad peccandum. Item dicitur lex
membrorum sive lex carnis sive concupiscentia
vel concupiscibilitas. Item dicitur eciam
animalitas quia sicut brutum animal
non habet imperare ut errorem estimacionis
sue corrigat neque ut appetitum temperet
aut extinguat quo bestia promit pacos
sic nos non habemus in propria potestate estima-
cionem corrigere vel dirigere nisi gracia
divina adiuvemur. Hec animalitas e-
uellit lepra et feditas qua indignus
est parvulus consorcio sanctorum quem-
admodum canes porci et alia animalia
ipsa sua animalitate indigna sunt
consorcio hominum. Unde parvuli decedentes
21 sine baptismo in igne purgatorii
non admittuntur. Ignis enim purgatorii
locus est mundorum. Sicut ergo extra
castra sanctorum tamquam infideles eiciuntur
non tamen in carcerem dampnatorum id est in
infernum detruduntur. Sicut ergo eiecti
de castris pro lepra infligitur quod nec est
pena sensibilis. Sic et pena parvulorum
nec de eieccione dolent actualiter nec
quod carent visione dei et regno celorum
sicut non doles quia non habes im-
perium vel papatum vel quod cares aliis
bonis. Doleret tamen si eiusmodi
doloris capaces vel passibiles essent
sed pro dampno originalis tantum essent ani-
malitate excepti hoc a dolore dampni sen-
22 sibilis sunt immunes. Si quis autem

et queratur quare quomodo lepra transmit-
titur in posteros. Respondeo quod eodem
modo quo lepra corporis. Si quis merito
peccati sui primus sunt lepra vel quomodo
alia infeccione infectus, ergo sunt in
parte leprosi pena peccati. Hec divine
iusticie ulcione transfunditur in infantes
lege nature vel ulcione divine iusticie.
Hoc eciam patet ex physica racione. Si
enim infeccio ymaginis per semen
transfunditur in partum, multo forcius
infeccio affeccionis et libido voluntatis
que eciam est vicinior semini et proximior
ymagini. Unde varietas coloris virgarum
transibat ad ymaginem fetus animalium La-
ban Genesis 30. Similiter color patris
ethyopis in filium regis et regine ut
dicit glosa super illum locum. Unde li-
berata sunt regna a crimine adulterii
hoc quodam philosopho discernente.
Et hec faciunt contra illos qui dicunt
quod peccatum originale nichil est. Alii 23
heretici dicunt quod parvuli sine peccato
et eis non prodest baptismus quia non
habent fidem. Quod intimatur per tale exemplo
Christi qui in adulta etate baptizatus
est. Ubi mandatur formam dedisse ut dicunt
ut non baptizentur nisi adulti. Item
obiciunt quod qui baptizabantur primus
cathecizabantur id est instruebantur. Sed
quo possunt cathecizari id est instrui par-
vuli qui erudiri non possunt. Respondeo
quod cathecismus premittitur parvulis non ut
tunc instruantur sed audiunt quo in-
strui debeant in annis discrecionis.
Eadem racione fides exigitur a patrinis
et ipsi vincunt credo id est spondeo fidem
quia habituros est tempore determinato
de qua dicit prima quodam. Item
intimatur per tale ante ascensionem: qui
crediderit et baptizatus fuerit salvus
erit. Ad idem ait ille euntes docete

omnes gentes baptizantes eos / Ecce
quod dicit prius docete gentes et postea
subdit baptizantes eos / baptizandi
igitur primo sunt docendi / Sed parvuli
non docendi quia non sunt capaces doc-
trine ergo non sunt baptizandi / Item
dampnabuntur cum habeant originale peccatum
et ita filii ire / Ephe ii a / Secundo quod non
sequitur / parvuli non sunt docendi ergo
non baptizandi / falsa est consequentia ab
inferiori ad superius / omnes enim docendi
sunt baptizandi sed non econverso /
Ad hoc etiam dicitur Extra de bap. et eius effectu
maiores ubi dicitur / quod auctoritates quas
inducunt intelliguntur de adultis / Unde
notandum quod peccatum originale sine con-
sensu contrahitur / Et ideo sine consensu
remittitur / peccatum vero actuale cum consensu
committitur et ideo non potest sine consensu
remitti / Cum ergo in parvulis non
est peccatum nisi tantum originale ideo sine
omni consensu illorum remittitur per vir-
tutem baptismi / Item obiciunt etiam
sacramenta non habent locum circa parvulos
ergo nec baptismus ar. i q. i Sunt
plures / Secundo quod hoc sacramentum
est necessitatis et non illa et istud est
contra originale peccatum sine cuius re-
missione non est parvulis salus vel
adultis / et ideo est necessarium utrisque /
de consecratione dis. 4 / firmissime item obiciunt
quod in prima institutione baptismi
non leguntur baptizati parvuli / Secundo
quod adhuc vigebat circumcisio que
delebat originale non oportebat parvulos
baptizari quia circumcisi erant / adulti
baptizabantur ut vim regenerationis aquis
inesse intelligerent / et alios ad baptis-
mum invitarent / de consecratione dis. 4 / Ex quo

Quoniam adultis quod tempore
parvuli qui adulti debeant
baptizari probatur Joh. 3 nisi
quis renatus fuerit ex aqua

Item Luce 18 Sinite parvulos venire
ad me talium enim est regnum celorum /
Et nota quod dicitur / Afferebant per se enim
non veniebant / Item appellat eos in-
fantes quasi non fantes quia nondum
loqui poterant / per se ergo fidem non
habebant / nec opera et tamen dominus in-
ponebat eis manus et benedicebat eos
Marci x / Et sicut mundabantur
per fidem illorum qui portabant eos sic
et nunc / Ad idem Mat. 18 cum humiliaverit
se sicut parvulus iste hic maior est
in regno celorum / Extra de bap. et eius
effectu / maiores / debitum / probatur etiam per mi- 29
racula similia quod pueri possunt salvari
in fide alterius Mat. 8 de servo centurionis
Item 9 de paralitico et 15 de filio chananee
Item Luce v / de paralitico Item Joh. 4
de filio reguli / Item ad preces Marie
et Marthe Christus Lazarum suscitavit
Item ad preces Petri Thabita revixit
Act. 9 Et ad preces Pauli adolescens
Act. 20 / Item ad preces summi pontificis
fuit Eliodorus suscitatus 2 Machab.
3 c. / Item ad preces Helie filius mulieris
matris familias / Reg. 17 c. Item ad
preces Helysei fuit resuscitatus puer
4 Reg. 4 c. / Si ergo meritis illorum
alii salvati sunt in corpore et anima
multo fortius pueri per baptismum in
fide aliorum possunt lavari / de consecratione dis. 4
Illud sum. cetera. Si nullo modo potest re-
mitti parvulis peccatum enim quod imputaretur
Item impugnat heretica antecedenti-
a ad baptismum dicentes eos cathe-
cizari cum non sunt capaces discipline
dicentes omnia esse falsa que ibi
dicuntur / quia parvulus nec credit nec
petit nec vult fieri christianus / Deridentes
etiam exorcismum et exsufflationem spiritus
immundi dicentes quod frustra adiuratur
et exsufflatur ut inde exeat si ibi non
est / Respondetur si est inde exiturus ergo

ibi est / hoc aute dicunt ad irridend
pandu matrimonium / dicentes preci
uuite esse demoniacum / preterea si no
e p essentia frustra adiurat ut exeat
quia sic no exiret / Respondeo q no est
ibi essentialit sed eius effectus scilicet ori
ginale peccatum / et quo ad hoc uere exire
est in baptismo / Item no valet q dr
Exi ab eo ergo ibi est essentialit / petro
dixit xps / luc v / Exi a me quia homo
peccator sum dne / no tamen xpus intra
eum erat essentialit / Item si irrident
insufflatione / irridet xpm qui sufflauit
29 in aplos quid eis dedit spm sctm ut ro
batur Joh 20 / nota q cathecismus
grece latine dicitur instructio / Cathesi
zare est idem q instruere ut de symbolis
et fidei rudimentis Exorcismus grece
27 latine dicitur adiuratio / Exorcisare e
adiurare / ut exi ab eo spus imunde
Cathecismus et exorcismus neophiti
corp sunt magis q sacramentalia
26 q sacramenta dicenda / neophitus
nouitius interpretatur ul rudis et dicit
nup ad fidem conuersus ul in disciplina
religiose conuersacionis rudis / hec p
cedunt baptismum no q sine hijs non
24 pt esse sed ut baptizandus instruat
in fide ut sciat ad que sit obligatus
et ut in eo ptas dyaboli minuat /
28 Item opponunt heretici Cur interroga
paruulus de fide cu sciatur omnio neq
crede et no respondere posse / nonne uideti
uidetur patrinus si respondet p paruulo
cu paruulus no credat nec valeam
hoc scitat / Respondeo / Quia quemadmodu
paruulo nascenti et nescienti omnio
prestant multa bnficia ministerio parentum
sicut cibus potus uestitus et cetera
que educacionis sunt et nutritiue
nec impedit in aliquo nec repellit
ista bnficia ignorancia illius

no eni p hec minus inoluit pan
nis aut fouetur et pascitur quia
ignorat ista sibi fieri / Similit me
diante ministerio ei adhibetur et sanitas
ei acquiritur licet illa sibi nesciat ad
hiberi / Sic occasione parentum spiritualium
mediante ministerio diuinitus institutis
ei sanitas spiritualis confertur nec ignora
paruuli impedit deuocionem parentum aut
bonitate diuina / Quia ergo parentes
spirituales sunt illi et ue mr spiritualis
eccia eni mater est omnium qui corporaliter
no spiritualit generantur / no obstabit neq
impedire poterit ignorancia paruulorum
quominus hijs oracionibus parentum dei bo
nitas largiatur / eisdem tam spiritualis
sanitatis quam alia dona ad vita
spiritualem pertinencia / Si eni ministerio
parentum carnalium et eciam corporis meritis
temporalibus dei bonitas largitur filiis
carnalibus uitam et sanitate corporis
et alia temporalia bona quibus etia
quisq ipsum deum impugnat / Quanto
magis meritis et oracionibus parentum
spiritualium dabit filiis spiritualibus dona
quibus sibi digne et laudabilit seruiatur
Sicut eni alienum opus fuit primorum
parentum peccatum quo paruulus erat
dampnacioni obnoxius / Sic et alienum
opus est quod faciunt spirituales parentes
ad salute infantis / de quo dicit q Bap
tismum uite paruuli / Nichil eni p paruul /
placuit ut eciam parauit / Item si deus
p peccatum alterius dampnaret puerum
ante baptismum et no saluaret eum
p fidem alterius no superexaltaret in
diuina misericordia / Sp q dicit apls
Ram v / Si in vnius delicto mors reg
nauit p vnum multomagis habun
danciam gracie et donacionis et iusticie
accipientes in vita regnabunt p
vnum ihesum xpm / Sicut eni p primum
hominem in peccato et morti nascimur
sic p xpm in vita eterna / i baptismo

renascimur / de consecratione dist. 4 denique
Et sicut parvuli nesciunt culpam eam
qua ex carne nascuntur sic nesciunt
gratiam qua per Christum renascuntur. Iste
sicut debet defendere inter parvulum
et parte et innocente per ipso et tota causa
nomine illius agere parvulo non intelli
gente et penitus ignorante / prodest
parvulo quod utiliter pro eo egerit illo pe
nitus ignorante vel etiam contradicente
vel rebellante / Sic multo fortius in
causa animarum quod fit per tutore animarum
spiritualem proficit ad lucrum spirituale
parvulo / de consecratione dist. 4 mater ecclesia /
29 Item si leges humane et iustitia
humana providit parvulis carnales
tutores et alios adiutores ad acquisi
tionem conservationem et multitudinem bonorum
temporalium et caducorum / quanto fortius
lex divina parvulis ad obtinenda bona
spiritualia et eterna providit atque certos pa
trinos providit Credo confessio sine
professio est fidei que fit nomine parvuli
qua obligat se ut filiolum erudiat
vel erudiri faciat in fide et obligat
eum ad observationem fidei cum habuerit
discretionem cum obligatio melioratio est
sue conditionis / Et credit parvulus
per patrinum et patrinus credit ei et ad
opus et ad comodum eius / Et sicut in
iudicio post confessionem vel professionem
tutoris fertur sententia pro parvulo
ita post confessionem fidei per immersionem
baptismalem confertur parvulo gratia
baptismalis / Sicut de hac materia habetur
de consecratione dist. 4 parvuli / et sequentibus inferius etc.
Item opponunt heretici cum interrogetur
parvulus de fide cum innocens non possit
respondet Richard quia infans proprie
loqui non potest pro quo vox sanguinis sui
sui / et talis vox sui clamat ad eum
de terra / Astat et clamat in ecclesia filiorum

nitur ecclesia et ipse etiam infans nititur
quodammodo non offerri ad deum de fontibus
salvatoris et suis vagitibus clamitare
Domine vim patior responde pro me / Flagitat
auxilium gratie quia vim patitur a natura
clamat sua tenera misera clamat ig
norantia pueri clamat Adam infirmi
tas / Ita igitur clamat hec omnia sanguinis
status / fides matris destitutio parvuli
et miseria destituti et clamitat ad pa
trem qui sepius negare non potest / nec
michi dicat quia non habet idem eam
mater impetrat suo involvens sacramento
quousque idoneus sit suo assensu per
tempore evoluta / non minor fides ecclesie
quam mulieris chananee que sibi suf
fecit et filie Matthei 15 / Et nota quod pare
tes tenentur ad hoc quod pueri baptizentur
quia si tenentur providere illis necessaria cor
poris secundum legem nature multo fortius
necessaria ad salutem anime / 1 Thimothei 5 ubi di
citur si quis suorum et maxime domesti
corum curam non habet fidem negavit
et est infideli deterior Item Ephesiorum 6 /
pueros vestros educate in disciplina
et correctione domini / Unde sicut adultus
salvatur per fidem ita parvulus per fidei
sacramentum / Contra predictos hereticos
nota quod tria precedunt baptismum scilicet
cathecismus exorcismus / oratio /
quia sicut primo concipitur deinde nu
tritur et tunc perficitur in generatione
humana / Sic baptizandus primo
per cathecismum id est per instructionem fidei co
ncipitur / postea per exorcismum id est adiura
tionem nutritur cum dyabolus ab eo expellitur
post per orationem perficitur in vero homine ecclesie
ut deo renascatur / Et sic cathecisatio
concipit / Exorcismus alit et oratio
informat / Ideo hoc enim fit cathecisatio
ut baptizandus voluntarie illud
sacrum recipiat / Exorcismus ut potestas

dyaboli ab eo expellatur / oratio io
ut in bono pcepto psevet / Contra
hereticos irridentes ea que fiunt in
baptismo / nota q omnia fiunt ex
causis racionabilibus secundum antiquis
approbatis / Quare tunc saliua nares
aures eius tanguntur di de qst dis q
postea tangunt / Quare nares et no
os / de qst dis q / ppt glam / Quare
insuffletur / de qst dis q postea fiunt
nosti quare signat signaculo crucis
de qst dis q / postea signat quare
exsufflatur et exorcisatur / de qst dis
q Ex hinc sal celestis / Quare item
exorcisetur / de qst dis q / dehinc sal
quare fons benedicitur / de qst dis q
benit sal / si no sufficeret / quare a sa
cerdote vnguitur oleo in pectore et inter
scapulas / de qst dis q Et inde cre
interrogatur / abrenuntiat sathane
et omnibus opibus eius / de qst dis q
primum qrquirere interrogatio credo fiat
de qst dis q / primo q / quare trina i
mersio fiat / de qst dis q postea nos
et in synodo / quare vngit in cerebro
de qst dis q / postea asten / et oibus sequentibus
quare candida vestis traditur baptisa
to / de qst dis q / post bap acti / quare
desuper texta filo niveo q sight ditan /
passione / et ponit in superiori parte
ut p omnia fidem teneat dominice passio
nis / Item baptisato traditur cereus
ardens / in manu / ut exemplo bonorum
operum illuminet corda proximorum iuxta id
Matth / Sic luceat lux vestra coram hominibus /
Si queratur si in baptisatis pasche et
penthecostes baptismus solempnius
quam in diebus aliis celebretur / Item
cum in diuoluis efficacia baptismi co
psistit / in effusione sanguinis cristi
que in sabbato pasche figuratur / et in re
missione peccatorum que fit p spm scm
eius solempnitas in penthecostes retinetur
de hac materia agitur de qst dis q nond in
et bone / et vii cap sequentibus

In forma ecclesie baptisatus 30

Contra hereticos qui dicunt q minister
malus baptisare no pt quia qui
sancti no sunt sanctificare alios no
possunt i q i / Quemquam sacerdos / maledictum
q eo aut cetera facta / eu ceteris cap sequentibus
Et cap Baptisaverit / ubi agitur de hac
materia / infirmus dicitur ea ncc / Et de qst
dis ii ubi dicitur eo michil a bono magis
michil a malo minus psicitur sacerdote
i q i / Contra catholicam / Et sup ubi dom
est de clamibus satis immsum est hinc
eod / Item in forma ecclesie scz que
data est nec vult baptisantes eos 31
in nomine patris et filii et spiritus sancti
secus est si forma ecclesie no conser
uetur / ut i q i / Si quis confugit / Quae aut
sit forma ista est extra / de bap et eius
effectu / c ii / Greci no et quedam alie
nationes no dicunt / Ego te baptiso
vel similiter inditur q no ve baptisent
extra de bap c i / Item xl Quomodo
sine bono sive malo / et si hereticus
i q i c / nemo in heresi spiritus sancti
ii q i / Si que forte si quis dedit /
de qst dis q / Antiqua / Quia ministerium 32
baptismi commisit dominus tam bonis q
malis sed sibi retinuit potestatem qua
novit iohannes cum vidit columbam
descendentem sup xpm et dicentem / hic est
qui baptisat ioh i c / non nocet minister
malus ubi bonus est dominus / Quia
neque qui plantat neque qui rigat est
aliquid sed qui incrementum dat deus
i Cor iii a / Item baptismus datur 33
p desperatos ministros quoniam no ministri est
p quoscumque detur ministros quia non
illorum est sed dei / et ideo dona dei gratie
sunt hos purificare p malum ministrum

Sicut enim per lapideum canale cursit aqua ad areolas et canali nichil conferitur sed ortus inde plenum fecundatur. Sed de hac materia dicetur plenius supra ibi / Secundum claves ecclesie. Item dicitur
34 quocumque / ista tamen quod alius sit qui baptiset et alius qui baptisatur / contra illos qui seipsos baptisant / Extra de baptismo / debito / Et ideo xpus voluit baptisari a Johanne. Ut supra.

Rite collatum

35 Rite collatum / Ista quod semel tantum / contra hereticos qui dicunt quod quotiens homo peccat totiens debet iterari baptismus contra quos Ephes. 4 / Una fides unum baptisma / Unde non debet iterari baptismus 1 q. 1 quod quidam et De cons. dis. 4 c. 1 / Non autem dicitur iteratum quod nescitur factum de cons. dis. 4 solemniter. Et ideo ubi non est certum quod fuit collatum est libere conferendum / Extra de sacra unctione c. 1. Non enim est presumptio temeritatis ubi est diligentia pietatis. Item Rite collatum / Ritus est species
36 sanctificationis secundum quem opinionem consistunt legis / Ritus autem attenditur quo ad illa quo notantur ad dei invocationem / Forma verborum que notatur ibi / Ad dei invocationem / patris et
37 filii et spiritus sancti / Elementum aque quod notatur ibi / consecratur in aqua / persona baptisandi que notatur ibi tam parvulis quam adultis / Et persona baptisantis / que notatur ibi per dominum
38 cunctos / Si queratur que intentio exigitur in baptismo / Dicendum quod baptisantis quia intendat facere quod facit ecclesia catholica / de cons. dis. 4 / Si non sanctificatur / Retulerunt.

Proficit ad salutem

39 Proficit ad salutem / Opponit hereticus / quod non salvos nos facit baptisma non carnis depositio sordium sed conscientie bone interrogatio in deum. Ex hoc infert hereticus / Sed baptismus aque est depositio sordium carnis ergo non salvum facit / sed conscientie interrogatio / hanc autem interrogationem facit qui baptisat sicut patet in forma baptismi / Item proficit ad sa 90
lutem baptismus per gratiam sanctificationis baptismalis ianuam celi aperit et liber patet eius ingressus. Item spiritus sanctus in baptisatos ibi descendit. Item filii dei et heredes per gratiam adoptionis in baptismo efficiuntur quod patet per illa tria signa que apparuerunt in baptismo salvatoris / Unde celi aperti sunt super eum / Et descendit spiritus sanctus sicut columba in ipsum / Et vox patris audita est / Hic est filius meus dilectus / Mt. 3 Mr. 1 Luc. 3 / Cur autem hec tria in baptismo salvatoris potius quam alibi sunt ostensa cum ex baptismo nichil ei accrevit sanctitatis aut gratie nisi ut triplex virtus ista baptismi ostenderetur. Ipse enim xpus est liber 91
in scriptus intus et foris in quo quidquid factum est vita erat i. liber vite nostre / in quo non solum omnis regula nostre informationis sed etiam quibus virtus divina operatur legi potest / Unde omnis xpisti actio est nostra instructio / Ex predictis patet xpum baptismum cepisse baptismo materiali / Item patet discipulos eius usos fuisse ante ascensione Joh. 4 c. / Et post Act. 2 f / viii / ix c. / x h / Ex quo patet quod ecclesia romana in hoc sequitur xpum et eius apostolos quare ergo eam reprehendit hereticus tu non habeat auctem contra nos quod xpus vel eius apostoli hoc renovaverint vel formam aliam dederint. Item proficit ad salutem 92
ut patet Rom. vi Coll. ii Unde per sacramentum baptismi xpisti sanguine rubricati culpa remittitur auctoritate

pulum act 11 / baptisetur unusquisque
vrm in remiss. Joh. iii nisi quis re
natus fuit ex aqua et spiritu sancto
celi ianuam cristi saglius suis meritis
reseravit fidelibus. Ext. de bap. maiores
§ sane / predicta faciunt contra hereticos
qui baptismi detrahunt sacramento
93 conventibus autem de apostolis quando
et ubi et a quibus baptisati / respondetur
de cons. dis. 4 credo si eos / et ioh. 13
qui lotus est etc. et probabile est quod
ipsi taliter fuerunt baptisati cum alios do
cuerunt baptisare et baptisaverunt exem
plo cristi qui cepit facere et docere / act. i
ad idem rom. 10 item expresse patet
de paulo quod fuit baptisatus act. ix
item si queratur quare ritus baptis
mi tam communis tam necessarius tam co
veniens saluti humani generis sit tam
diu dilatatus / respondetur ibi supra et
tandem circumcisio / item si queratur
qualiter providebatur saluti hominum ante
baptismum / respondetur de cons. dis. 4 quod
apud nos / sicut dictum est supra ibi /
sacramentum non bap. / item si queratur utrum
sufficeret ad salutem modernorum que
sufficiebant ad salutem antiquorum
ad quare non respondeo quod non licet
legem divina auctoritate impositam
tantis sanctorum testimoniis approbata
tantis miraculis firmata tam longis
temporibus observata et sucepimus uti
litatis ac salubritatis evidencia
tam acceptam cuiusque negligere vel
mutare neque quevis in sensatam
sunt veterum consuetudinum figuralia post
quam venit veritas manifesta. nec
unitas ecclesie discrepancia rituum
est scindenda

94 **Et si post susceptionem bap**
tismi per quem omnia peccata origina
lia et voluntaria dimittuntur
non ut non sint sed ut non imputentur

inperfecta quo cum alia peccata preterunt
actu sed remanent reatu ut homicidium
dium et huiusmodi / et econverso concupis
cencia originale preterit reatu et rema
net actu / illud autem nondum quod 95
peccati originalis culpabilitas deletur
per graciam baptismalem remanet autem
eius penalitas ad exercicium et ad
custodiam humilitatis / sicut apostolus
in se ipso ostendit / ii cor. 12 / ne mag
nitudo revelacionum extollat me
datus est michi stimulus carnis mee
etc. item remanet ad mensionem
timoris ad recordacionem gracie libera
ris et ad momentum motacionis gracie
et auxilii et hostis unanimitate conti
nua inpugnacione / remanet ergo
peccatum originale ad rebellandum et
exercendum non ad opprimendum sed
ad vincendum ut de eius victoria 96
coronemur / de hac materia agitur de
cons. dis. 4 c. ii et c. non ex quo / si quis
autem querit / quare mors et alie pe
nalitates remanent in homine post
baptismum cum ibi facta sit plenaria
indulgencia peccatorum / maxime cum in
morte cristi pro peccato ade plene sunt sa
tisfactum / respondeo quod nichil equius est
quam ut oneretur quis onere suo secundum
quod ait apostolus ad hebreos / extra de
decimis / cum non sit cap. 1 pastoralis
nichil autem magis iustum apostolus in
filios quam ipsa caro / sed debitum mor
tis omnis est et debitum ad quod se
obligavit peccando adam et quo debitis
carne ade oneravit per peccato genus in
se unde iustissime transit ad omnes
filios ade non tamquam pena sed tamquam
omnis patrie hereditatis / nota quod in
peccato ade secundum augustinum plura inveniuntur
peccata omnia ibi fuit superbia / dum homo
in sua potestate quam in dei potestate esse
dilexit / et sacrilegium omnia deo non cre

dedit et homicidium quia se in mor
tem precipitavit / Et fornicatio spiritualis
quia mentis integritas corrupta
fuit per suggestionem serpentis / Et fur
tum quia cibus vetitus est usurpa
tus / Et avaritia quia plus quam sibi
sufficere debuit appetivit / Et alia quam
in hoc uno peccato inveniri possunt / Et quia
peccatum ade totam naturam humanam
corrupit et ex eo humanus defectus ma
navit ideo dicitur fuisse gravius quam cetera
peccata scilicet quantum ad culpam externam
etiam / a quo per primam benedictionem
sumus beniam constituti et per cristi
sanguinem liberati

Quintus pro lapsus dicitur in

Quintum / Contra Iovinianos /
qui dicunt quod ex quo quis bap
tizatus est ulterius criminaliter peccare
non potest / Ad quod inducunt illud Johannis
omnis qui natus fuit ex deo peccatum
non facit et non potest peccare quia ex deo na
tus est / Ad idem i Johannis v / Secundo cum
augustino quod verba predicta intelliguntur pro eo
posito quod cum manet in firmitate
baptismi non peccat et quamdiu in gratia
tione dei perseverat peccare non potest quia
non est conventio lucis ad tenebras
nec cristi ad belial / ii Cor. vi f / quia
lex iustissima / iniquitas / ceperunt / vir
tus / cristus et antichristus non simul co
veniunt in eodem / quamdiu ergo sciat
se aliquis in gratia dei perseverare
quamdiu non peccavit / sed hoc predicta colli
gitur de pena / de quo dis. ii § si hanc
sumam / ubi agitur de predicto errore / quod
autem post susceptionem baptismi potest
homo peccare patet i Johannis i et ii et Iaco
bi iii / Heb. vi / Et ecclesia tota die orat
dimitte nobis debita nostra Mt. v / patet
etiam per exempla / quia petrus negavit
dominum postquam ei datum fuerat quod lotus
est Johannis xiii b / Iudas etiam post bap
tismum cristum tradidit / qui baptizatus

fuerat extra de pena dis. ii / Item post
baptismum confitetur se peccasse petrus
i Johannis i et ii / paulus etiam post baptismum
dixit / Castigo corpus meum et in servi
tutem redigo ne dum aliis predica
verim ipse reprobus efficiar / i Cor. ix
f / predicta etiam faciunt contra noctia
et Iovinianos qui dicunt nulli impu
tandum esse peccatum in fide manenti / 2 q. 3
quamdiu versus assam / Item prolapsus 98
impenitentium / lapsus est in pena ideo tunc
dicitur et quia turpitudo seu feditas eru
bescendi et quia immositas toto mo
tu animi fugienda et quia abhominanda
vilitas indignandi / quia compositas
odienda et quia mortifera et detestan
da maledictio et incommutabilitas ex
horrenda / Item prolapsus cum moritur
peccatum lapsus est ruina ab alto gratie
ad infimum culpe quasi de celo ad infimum
de pietate salutis commissionis et fenu
culas viciorum et peccatorum / et quia non
indiget relevatione quia cum cadit
est confractus / ideo per se non potest
surgere / Item quia omne peccatum est 99
offensa necessario requirit reconciliationem
sive reconciliationem que non potest fieri
nisi per satisfactionem quibus contribulati
et contriti / Et hoc est contritio / Item
Item quia peccatum est iniustitia exigit
iustificationem et tormentum ipsius peccatoris
que fit tamen iudicio ipsius peccantis
ubi est accusatio et testificatio contra
delinquentem et hec est confessio et
ubi in iudicio fit iustificatio deceptis
et emenda iniuriam passo et hoc est
satisfactio / Item quia peccatum est exe 11
cratio necessario requirit sanctificationem
sive sacramentum et ideo necesse est ut
habeat similitudinem sanctificationem sive
visibilem cum ipsa sanctificatione in
tiori / Sanctificatio autem hec non est
nisi per orationem et benedictionem sive divini
nominis invocationem / per hoc ergo apparet

q penitencia est sacramentum quia est sig
num sacrum atque sanctificacionis signi
dicto similitudinem habens cum ipsa
sanctificacione interiori / Manus enim
sacerdotalis super caput penitentis manum
divinam sive virtutem adesse significat
ad sanctificandum penitentem et sacerdotium
accedimus et status exercitacionibus
12 Item peccatum est vinculum quo superbia
ligat hominem in capite ira et invidia
in corde loquacitas in lingwa avaricia
in manibus accidia in pedibus gula in ore
luxuria in genitalibus vinctio requirit abso
13 lucionem Absolucio autem sacerdotalis
aut benediccio absolucionem interiorem et
spiritualem qua omnipotens dei virtus ac cle
mencia in penitente operatur expressa
similitudine significat Hoc etiam quod cum
laicus incensus qui per totam quadra
gesimam extra ecclesiam fuerant penitentes
introducuntur in eam inde sanctifica
cionis per christum / per peccatum a domo dei ex(c)lusi
et a communione sanctorum separati per penitenciam
recipiuntur et restituuntur ad utraque illorum
ecce lucerne torum que per peccatum extincte
fuerant per penitenciam reaccenduntur ut igne
spiritus sancti ardeant et luceant sicut
primus status quod de hoc materia dicitur 40
di. s. x. Et sic prolapsus in peccatum

Peccatum potest per

14 penitenciam reparari / sicut hic dicitur
Et hoc est contra illos qui
dicunt quod non potest fieri peccatum nisi quod
fuit sine mortalis / Cuius erroris ab
surditas patet fere per omnes scripturas
novi ac veteris testamenti / et quod omnibus
omnium opinio et ipsa experiencia sensuum
ac evidencia operum contradicit iste
15 opinioni nota peccatum est actio ex de
fectu boni medii / Augustinus peccatum est
retinendi vel consequendi quod iusticia
vetat et unde liberum est abstinere /
Aliter enim peccatum est voluntarium malum

quod nullo modo sit peccatum si non sit volun
tarium 15 q. 1 s. / c. 1 et hoc de intelligitur
de actuali et mortali / Extra de bap
et eius effectu / Maiores s. / Hugo Item /
peccatum est factum dictum vel concupitum
contra legem eternam / lex non eterna est
voluntas dei / Augustinus peccatum nichil est
et nichil fiunt homines cum peccant /
Si quis querat quo potest peccatum bonum
corrumpere vel admiserit cum nichil sit
Augustinus respondit in libro de natura boni
Sicut abstinere a cibo non est aliqua
substancia tamen substancia corporis si omnino
abstineatur a cibo stringitur et langwescit
Sic peccatum non est substancia quo tamen
corrumpitur anime natura Item nichil
aliud est peccatum quam absencia iusticie
ubi debet esse Item peccatum nichil aliud
est quam dei contemptus quo preceptum
eius contempnitur / Gregorius / peccatum est
mali facere debitum bonum delinquere / 16
nota quod ordo iusticie est quod bonum in co
mutabile preferatur commutabili bonum
honestum preferatur utili voluntas
dei preferatur nostre / racio presit sensuali
tati / et quia lex dei istum ordinem pre
cipit et oppositum vetat / Unde ergo
bonum commutabile prefertur incommutabili
vel utile prefertur honesto et voluntas
nostra prefertur divine et sensibilis affec
tivis prefertur racioni tunc tunc committitur
mortale peccatum / de quo dicitur / quod est pre
varicacio legis divine celestium quod
inobediencia mandatorum / Hoc autem co
mittitur si obmittatur quod lex precipit sive
fiat quod lex prohibet / Ex quo oritur
duplex genus peccati scilicet delictum et ob
missum / Unde non commutabile bonum
plus diligitur debito sed non prefertur
incommutabili et utilitas non prefertur
honesto et voluntas nostra plus de
bito diligitur sed non prefertur divine
et caro concupiscit sed non prefertur iu
dicio racionis tunc non est mortiferum

sed veniale quia non est directe contra le-
gem dei mortale autem dicitur quia aufert
vitam separando a deo per quem anima vi-
17 vificatur / Si quis obiciat quod si peccatum
non dicere medium non vel ad extremum
cum ista non sint aliqua natura [illegible]
cum per dictiones quasi non privativas privatio-
nem notatur ymmo aliquid ponit / non
dicere enim in se incredulitatem notat
quod est malus actus mentis / Item non
vel ad extremum notat eundi contemptum
vel voluntatem malam vel propositum malum
sicut e contrario / declinare a malo ponit
voluntatem et propositum vitandi malum
18 Et nota quod peccatum cum sit corruptio
et privatio boni quod est maxima est
etiam corruptio et privatio boni corporis
sicut privavit adam immortalitate et
impassibilitate quas habuit ante peccatum
corpus hominis / corruptio autem boni
et privatio accipitur active et etiam passive
secundum efficientiam vel effectum et ideo dicitur
peccatum et pena / peccatum causaliter et active
secundum efficientiam quia privat et corrum-
pit bonum / pena secundum effectum et secundum pas-
sionem que effectus est peccati / Sunt enim
quedam peccata que sunt etiam pene peccatorum
sicut primum enim peccatum et ultima penarum
ignis eterni quedam sunt peccata media
et pene peccati / Gregorius contempnenti
in quo non vult penitere ponit deus offe-
diculum ut gravius impingat / peccatum
enim quod per penitentiam tenus non diluitur
mox suo pondere ad aliud trahit et est
peccatum et causa peccati aut peccatum et pena
peccati aut peccatum simul et causa et pena
peccati / Osee iiij / Sanguis sanguinem teti-
git id est peccatum additum est peccato / Rom
i propterea tradidit eos deus in passiones
desideriorum / Et apocalypsis ultimo / Qui in sordibus
19 est sordescat adhuc / pena peccati dicitur
cuius causa est aliud precedens peccatum
sicut dicitur causa peccati sequentis
quo fit ut idem peccatum et causa sit peccati
et pena / Sed aliud peccati pena et aliud
causa unde gregorius peccatum quod per penitentiam
non cito diluitur suo pondere ad aliud
trahit quia iusto iudicio dei obnubi-
latur peccantis cor ut precedentis peccati
merito etiam in alia cadat sicut enim deus
non liberat penitet desperando utrumque enim
benedicuntur et supplicia peccatorum
non tantum sunt tormenta sed etiam vitiorum
incrementa / peccatum vitandum est 80
ratione multiplici / primo quia placet
dyabolo quod patet ex eo quia licet sciat
dampnationem suam adhuc crescere semper
tamen incitat ad peccandum / ut patet
ex assiduitate peccandi et temptandi
quia non cessat circuire querens quem
devoret j petri ultimo / et 3q i / multi /
Secundo vitandum / quia deo summe displicet
quod patet ex eo quod deus nichil odit nisi
ratione peccati / Sap xi / nichil odisti eorum
que fecisti / quia et ipsum dyabolum
odit tantum propter peccatum quod deus non fecit
Et ita patet quod plus habet deus exosum
peccatum quam ipsum dyabolum / quia propter quod
unumquodque tale et ipsum magis tale
Item peccatum displicet deo ex hoc quia
deus non habet ita bonum amicum in celo
et in terra quem non habet odio ad nigro-
rem si invenit in eo mortale peccatum
et vidit et filios suos pre omnibus pro im-
mensa dilectione mori voluit in ignem
eternum priceret si invenit in eis peccatum
mortale Item patet quia voluit deus
filium suum crucifigi ut cum eo crucifi-
geret peccatum / ys 53 / propter scelus populi mei
percussi eum / Tertio vitandum est peccatum
quia homini summe nocet / nichil potest
plus nocere homini quam peccatum quia nulla
nocebit adversitas si nulla dominetur
iniquitas / Boni autem quia diligentibus
deum omnia cooperantur in bonum Rom viij
Item nichil est adeo salubre homini
quod peccatum non reddat noxium /
Bona enim convertit in mala et me-
dicinalia in venenum lutum in morte

salutem in dampnacionem sicut patet in
sacramento eucaristie / quod qui accipit
in peccato iudicium sibi manducat et bibit
i cor. xi c. Item ipsum turpissimum ipsum
reddit homini quasi fimbriundum / ps
domine ne in furore tuo arguas me et c.
Nonne furor videtur qui filios suos in
igne pitit / nec inde eos extrahit iste
peccans nobiliori parti hominis nocet scilicet
anime quia spoliat virtutibus et donis
graciarum et deturpet ac delet ymaginem
dei in ea et facit eam quasi brutalem
et inficit eam / unde eccl. xxi dentes
illius dentes leonis interficientes
animas hominum / nec solum nocet anime
peccatum sed eciam corpori / unde sequitur quasi
rumphea bis acutam / dicitur enim bis
iniquitas bis acuta / quia inficit
animam et corpus / quarto vitandum
est peccatum / quia omnia bona aufert
homini et pene omnia mala infert / primo
aufert deum / secundo regnum celorum / tercio
fraternitate ecclesie et eius suffragia /
quarto bona propria / quinto aufert
homini seipsum quia in servitute dyaboli
trahit eum / nam qui facit peccatum ser-
vus est peccati / Item vitandum est peccatum
quia reddit hominem abhominabilem
deo et angelis et hominibus / ps corrup-
ti sunt et abhominabiles facti sunt
Si omnes homines mali et demones et
bestie et alie creature que homini possunt
nocere essent ab una parte / magis ti-
mendum esset ab uno mortali peccato quam
omnia illa quia magis nocet ut
patet ex predictis / Et ideo est semper
ad penitenciam recurrendum quia quod potest
reparari ut hic dicitur / contra hereticos
qui dicunt quod post remissionem peccati
que fit in baptismo non est locus penitencie
illud quod inducunt heb. vi impossibile est
eos qui semel sunt illuminati et gus-
taverunt celeste donum et participes effecti sunt
spiritus sancti gustaverunt nichilominus bonum dei verbum

virtutesque seculi venturi et prolapsi
sunt / rursus ad penitenciam / heb. x c. Vo-
luntarie nobis peccantibus post accep-
tam noticiam veritatis non relinquitur
hostia pro peccato / Respondeo prime auctoritati
quod loquitur apostolus contra quendam dicebat
baptismum iterandum in remissionem
peccatorum / quod apostolus negat scilicet motus
ad penitenciam rursus per baptismum renovari
Ad secundam auctoritatem dicit quod non relin-
quitur hostia pro peccato sicut in veteri testa-
mento / ubi datum est genus offeren-
di hostias pro peccatis / sed iam semel christus
pro peccatis mortuus est i petri iii / Et
mors illi ultra non dominabitur / Rom. vi

Per veram penitenciam 61

Quod penitencia sit necessaria patet
luce xiii / nisi penitenciam egeritis
omnes simul peribitis / quantum autem sit
utilis patet act. vi et c. / penitenciam agite
et appropinquabit regnum celorum / act.
vi b / Item alibi penitenciam agite et bap-
tizetur unusquisque vestrum et accipietis
spiritum sanctum iste dicit quod penitenti ut dele-
antur peccata vestra / Ideo penitencia ...
et ... / ps dixi confitebor adversum
me iniusticiam meam et tu remisisti in-
iquitatem peccati mei / ys. x c / narra si
quid habes unde iustificeris / Si
tenebras ... populi peccata confiteri
prov. xxviii qui abscondit peccata sua / quan-
do revelat et c. Item Ezech. xviii quan-
tum et agite penitenciam ab omnibus peccatis
vestris / sed quod obiciunt heretici / ps sa-
crificium deo spiritus contribulatus / Et Ezech. xviii
In quacumque hora ingemuerit peccator
salvus erit / non dicit ibi confessus
fuerit / sed ingemuerit / Respondeo salvus
erit id est salus eius incipit vel dico quod
istud intelligitur quando facultas confi-
tendi non habetur vel propter defectum sacerdotis
vel propter debilitatem infirmi / quia tunc
invisibilis sacerdos scilicet deus eum qui
vult confiteri et non potest absolvit debitum

mortis eius / Si non facultatem ha
beat confitens necesse est confiteri et
satisfacere / Quia sicut dicit Augustinus
in libro de penitentia / Ad agendum penitentiam
non sufficit mores in melius mutare
et a malefactis recedere nisi de hiis que
facta sunt satisfaciat per penitencie dolorem
per humilitatis gemitum per contriti
cordis sacrificium / per elemosinas ie
iunia et orationes / Item Ambrosius / non
potest quisquam iustificari a peccato nisi fuerit
peccatum ante confessus / Sicut enim precepta
est interior penitencia ita et oris
confessio et exterior satisfactio si assit
facultas / Unde necesse est penitentis est
qui confessionis votum habet / oportet
ergo penitentem confiteri et tamen antequam
sit in ore confessio si votum sit in
corde prestatur ei remissio / Propter dixi con
fitebor adversum me / dixi id est deliberavi
votum enim pro opere habetur / Et nota
62 quod confessio generalis fit cotidie in
ecclesia pro peccatis venialibus que cotidie
committimus et pro oblitis quorum memoriam
non habemus / Et hec faciunt contra
illos qui dicunt quod homo non potest
penitere post peccatum / Contra quos dicit
Job / et 26 / q / Luc 17 c Rom 7 et
63 11 Item pro heresim penitentiam contra
fictas et falsas penitencias / de quibus extra
de penitencia dis 4 / falsas fieri / Et contra
illos qui asserunt pluribus irretitum
culpis de uno non penitere eius sed (?)
veniam a deo consequi posse sine pe
na aliorum / Ad quod plerumque in
ducunt / Naum / Non iudicabit deus
bis in idipsum / Et item non consurget
tribulatio duplex / Quod fieri ut di
cunt si oportet iterum confiteri pro quo
satisfecit ad arbitrium sacerdotis /
Respondeo quod aliud intelligitur de hiis qui
committuntur ad plenum qui punitionibus fla
gellis corriguntur / Cum non non puniuntur
ad plenum temporale supplicium est eis

pene eterne initium / ut in Pharaone
Herode et ceteris huiusmodi / Nam dicit Ieronimus
ibi / duplici contritione contere eos
Item inducunt ad idem id est pluit deus
super unam civitatem et super aliam non
pluit / et eandem civitatem ex parte complevit
et ex parte aridam reliquit / Quia sicut
dicit Gregorius / Sunt qui cum quedam
vicia destruunt in aliis graviter per
veniunt / Tunc etiam veniunt dicentes
Si is qui levium peccatum confitetur alio
tacito et satisfactionem explevit immediate
si peccatum tantum commissus post confitetur
non quod pro utroque ei penitentia imponitur / longe
est a ratione et consuetudine ecclesie sancte
que pro eodem peccato si non iteretur nulli
bis penitentiam imponit / fuit ergo illa
digna satisfactio / Unde etiam peccatum deletum
videtur / Respondeo quod non fuit satisfactio 64
quia non dignus fructus penitencie / Nam
ut dicit Augustinus / Satisfactio penitencie est
peccatorum causas excidere nec suggestionibus
eorum aditum indulgere / Ad illud non
quod deum est complevit / non ad criminis
veniam sed ad opus pietatis destructionem est
referendum / que destructio pluvia dicitur
quia ex fonte gratie dei stillat vel
sic ad verum penitentiam paulatim veniet
et eo minus puniatur quo minus pec
cavit / quod autem non sit vera penitentia scilicet 65
si unum confiteatur alio scienter reticito
patet auctoribus rationibus et exemplis
Deus enim simul surdum et mutum a de
monio liberavit / Luc 11 / Et de Magdalena
septem demonia simul expulit / ut scilicet
omnia omnia simul eiicienda doceret Augustinus
ubi / Et legionem demonum simul eiecit
ne ibi aliquis remaneret Marc 5 / et nam
sicut dicit Augustinus / nunquam sanavit
dominus aliquem / quem non totum salvaret
totum hominem sanavit in sabbato Ioh 7 a
c / Et extra de bap et eius effectu /
maiores / Quecumque enim impietas misi
dilitatis est ab illo qui iustus est

et iustitia dimidiam sperare veniam
et sine vera penitentia gratiam invenire. Vera
autem penitentia ad baptismi revocat purita-
tem et mentis lacrimis abluit macu-
lam quam contraxit. Item constat
dum inimicum esse omnino criminosum. Un-
de non potest quis veniam sperare qui unum
peccatum reservat, quia sine dei amore
non potest gratiam obtinere. Veram enim penitentiam
tio constat esse cum speciebus pluribus de uno
solo agitur penitentia, vel cum sic agitur
de uno ut non discedatur ab alio. De
penitentia dist. 3 perfecta. Et Vere: larga dei pietas
veniam non dimidiabit. Quia totum aut
nichil te lacrimante dabit, ut ibi Semper
66 patet. Contra quod obiciunt heretici
quod baptismus vel confirmatio vel
ordo iterari non possunt et ita videtur
quod nec penitentia. Ar. 4 q. 7 sicut primus.
Dicendo quod alia est ratio in penitentia
67 que est secunda tabula post naufra-
gium, quia in predictis sacramentis
primum naufragium est in originali peccato.
Contra quod valet secunda tabula
scilicet penitentia, et si pluries incurrat nau-
fragium peccati, oportet quod remedium penitentie
totiens succurrat. Quamdiu est in statu
presentis vite quicunque et quotienscunque
divinam clementiam voluit implorare
dummodo peccatum mortale facto destrat
verbo accusat et detestatur. Ponens
numquam iterare peccatum. Item Augustinus
adhuc instruit perfidi dicentes: Si semel
peccantibus post baptismum valet
penitentia, non tamen semel peccantibus
prodit iterata. Alioquin remissio ad
peccatum esset invitatio. Item dicunt. Quis
quis non semper peccaret si semper redire
posset. Dicunt etiam dominum incitatorem
esse peccati si semper peccata dimittat et
penitentibus semper subveniat. Errat
autem dicit beatus Augustinus, quia deus
semper presto est peccata destruere que non

ita destruet si ea amaret. Et est hoc
contra illos qui dicunt quod non debeat
penitentia iterari. De hac materia agitur de
penitentia dist. 3 fere per totum. ¶ Item
Per veram penitentiam. Et est hoc 68
contra hereticos qui dicunt quod
non valet penitentia ad remissionem
peccati, quia sine penitentia sunt dona et vo-
catio dei, Rom. xi. Et de ista dist. 3 Sine
penitentia. Ad quod etiam inducunt: Amos v
a. Virgo Israel cecidit, non est qui suscitet
eam. Ad idem 32 q. 3. Sed Paulus
gratiam intendit probare Romanis in hunc
modum: Deus gratis dimittit peccatum,
ergo non in merito hominis, ergo non
per penitentiam. Si enim per penitentiam remittit
merito penitentis remittit. Item in Ephe.
3 b. Non ex operibus iustitie que fecimus
nos sed secundum suam misericordiam salvos nos
fecit. Item Rom. ix c. Non est currentis
neque volentis sed dei miserantis. Item
prima gratia est illa quam deus operatur
in nobis sine nobis que est peccati re-
missio. Ergo non mediante penitentia re-
mittitur culpa. Dicendo quod sola gratia
dei remittit peccatum, nec penitentia est
causa efficiens remissionis peccati, sed
sola gratuita voluntas dei est causa
sine qua non, quia nisi homo peni-
teat a deo peccatum non remittitur. Sicut sol
domum illuminat quia aperitur fenestra,
non tamen apertio fenestre est causa effi-
ciens illuminationis sed occasio, et sol
est causa illuminationis. Quod autem dicit
non ex operibus, sic est intelligendum: est
quod opera non excludunt gratiam nec gratia
opera, quia ex gratia opera et ipsa gratia est
causa efficiens salutis. Similiter gratia
non excludit penitentiam nec penitentia gratiam,
quia et penitentia quedam gratia est. Eodem
modo intelligendum est: non est volentis
neque currentis, scilicet, quia operibus cursus
et operatio vel bona voluntas sit sa

lutis occasio tamen efficiens causa
salutis existit penes gratiam dei miser
entis / Concedimus etiam / quod primam
gratiam et peccati remissionem operatur deus
in nobis sine nobis i. non meritis
nostris exigentibus / tamen non sine meritis
Et ideo dicit math. 3 / facite dignos fructus
penitentie scilicet non secundum qualitatem et quanti
tatem sit culpe qualitas et quantitas / dicit
2a / ad idem Rom vi / Sicut exhibuistis
membra vestra servire iniusticie et iniqui
tati / ita exhibete membra vestra servire
iusticie in sanctificationem / Ex quibus patet quod
penitentibus sunt satisfactionis opera iniu
nenda / potest etiam auctoribus confirmari
circa predictus Jeremie 18 c / Si penitentiam
egerit gens ista etc Ad idem 26 a / Si
convertatur a via sua mala et penitentiam
penitebit me mali etc Item Eze 18 c Si
impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis
Ad idem Rom ii et xi / facto ult. s /
Ad destruendum rationibus hunc errorem
arguitur ab huiusmodi errantibus Quando aliquis
dampnum sit per penitentiam non resurgat cum
quis lapsus fuit in peccatum si non valet
penitentia ad remissionem peccati cum enim pe
nitet et potens sit satisfacere pro viribus
et ultra vires aliquid facere sit naturaliter
impossibile cum natura impossibilium
nulla sit obligatio / Ex quo patet quod ultra
deus ab eo amplius non requirit
Anima igitur totum facit quod deus ab
eo requirit et exigit iusticia / facit igitur
quidquid iustum est Item ex quo penitens
facit quidquid deus ab ipso requirit necesse
deo satisfacit atque iusticie ergo nichil
amplius petit deus ab eo pro eo quod pecca
vit quantum igitur ad deum perinde est ac si
non peccasset / valet igitur penitentia ad hoc
quod in statum pristinum restituit penitentem
aliter enim non servaretur equitas in iudicio
penali Item in iudicio penali tamen
69 ablatum deo restituitur scilicet integrum
peccatorum recuperans et quecumque sunt

peccatoris aliter non non restituitur in inte
grum nisi eo penitente gratiam dei re
cuperaret quam illa ante habebat et totam
gratiam recipit quam ante peccatum habebat
Item sicut penitentes ex parte sua
plene et integre deo pacificantur nichil
omnino retinentes adversionis nec con
tra voluntatis / sic necesse est deum eisdem
ex integro pacificari / et nichil ire vel in
imicitie retinere quod fieret si subtraheret
penitenti partem pristine gratie quam
ante peccatum habebat Item secundum hoc deus
esset amicus penitenti et inperfecte inimi
cus et atrocius vindicaret in penitente
subtrahendo partem gratie et post hoc partem
glorie quam si mille sicut eum corporaliter
occideret / Quia melior est dies una in
atriis tuis super milia scilicet vite temporalis
sine naturalis / Item contumax et peni
tens contrarii sunt et maxime a se
distantes in genere peccatorum / Contumax
autem per ipsam contumaciam remotus a
misericordia dei et gratia iustificationis
est / necesse est igitur penitentem esse proximum
misericordie dei et gratie iustificationis
necesse ergo est misericordiam dei in proximos ha
bundantius operari sicut et in naturalibus
fieri videmus ignis enim remotiora
et proximiora sibi vehementius calefa
cit / et lux ea que propinquiora sunt
illuminat plenius et ita de aliis / Cum
si dei iusticia ita coartat eius misericordiam
circa penitentes ut circa contumaces
et omnino nolentes reverti si operatur
dei misericordia in penitentes aliquid sua
miseratione necesse est ut illud sit vel
restitutio gratie / et sic habemus propositum
Anima per penitentiam est reversio et reditus
animabus ad dei gratiam et honorem vel
est diminutio pene infernalis / et per hoc
est effugium et evasio a dampnatione
eterna per penitentiam / Omnis enim huiusmodi ali
quotiens est in suo toto amplius necesse
est recordare divina iusticia et misericordiam

nulla est repugnancia inter eos /
Sicut autem se habet ad contumaces
iusticia sic ad penitentes misericordia / Quapropter
erit penitentium utique admodum ad
contumaces misericordia sic ad penitentes ius
ticia / Quare sicut contumaces eternaliter
non liberat misericordia sed quanto conterit
de eorum iniquitate pena sic penitentes
non dampnabit iusticia quamvis in eo
quod iustum est addicat penam / Item sicut
se habent ad invicem contumacia et penitencia
sic liberatio et dampnatio eterna / Etenim
sicut iusticia ad dampnationem eternam
sic misericordia ad liberationem propter utrumque
ut causa efficiens hec ac per se erit
ergo et penitentium ut quemadmodum
contumacia ad eternam dampnationem / Sic
et penitencia ad oppositam liberationem quare
quicquid autem contingit per contumacia
ad eternam dampnationem totum illud et
tantum ex necessitate valebit penitencia
ad oppositam liberationem / Et item si iusti
cia per contumaciam merito infligit eternam
dampnationem / necesse erit ut et misericordia per
penitenciam operetur oppositam liberationem / Mo
dis enim omnibus necesse est ut quomodo
contumacia causa est eterne dampna
cionis sic et penitencia causa sit opposite
liberationis / Item sinceramus ahhominationes
erroneis qualiter intelligunt deum
non misereri penitentibus eo usque ut eos
pristinam graciam non restituat sive
recipiat / Necesse habent dicere deum non posse
vel non velle aut nescire reparare lapsum
quem ex de nichilo creavit / est nepharius
et manifeste inconveniens / Restat
igitur ut dicat deum nolle misereri pe
nitentibus eo usque quo diximus / Non
possunt autem effugere quin quemadmodum
divina potencia dei esse super omne pos
sibile / sciencia sive sapiencia super omne
scibile sic necio bonitate super omne
sibi congruens / Similiter dicere
ut iusticia eius sit super omne iusti
ciale et misericordia eius super omne miserabile

Sicut ergo nullum possibile effugit
eius potentiam · nullum scibile scienciam
eius ita similiter iusticiale iustificationem
eius nullum miserabile misericordiam eius
nullum iudicabile ut dicamus iudicium
eius et nullum dampnabile dampna
tionem eius nullum ira dignum iram eius
Quod autem est iusticiale iudiciale atque
dampnabile utique dignum dampnatione
ut peccator rebellis et contumax contra
dei optimam voluntatem / Quod vero mi
serabile ac misericordia dignum nisi peccator
penitens ac reversus toto studio arbi
tribus ad emendandum deo quod deliquit
et ad obediendum decreto beneplacito sue
voluntatis / Manifestum est igitur ex L
dei misericordia penitentibus misereri quamdiu
ipsum quod penitent de divinis recipiunt
divine bonitatis / Item nulli dubium
est quin tota voluntas mala qua quis
est cupidus sive luxuriosus extingui
potest in illo et contraria in eo voluntas
fieri / Videmus enim avaros fieri lar
gos / immo luxuriosos postea castos /
Certum est autem ex contrarium super
veniens destruit contrarium suum. Si
militer Quapropter omne vicium est delebile
naturaliter ab anima humana et omnis
virtus naturaliter in ea plantabilis
omnis quod mala voluntas eiusdem est
naturaliter in contrariam mutabilis / M
Omnis igitur anima humana naturaliter
ad statum innocentie pristinum reverti
possibile est et in statum pristinum
reparabilis / Amplius convenientius
est deo medicanti innocentem sanitate
restituere eis quod tam studiose curat
quam fuit sanitas pristina / Similiter
et reformatori deo ignominiosum est
minorem formam minoremque decorem
restituere imagini sue quam primus habuit
Sic reedificatori deo dedecus est minoris
speciositatis et magnificentie reedi
ficare edificium quam fuit et ab hostibus

eciam in firmioribus muris et tur
72 ribus munire quam prius / Hec omnia
facit deus in uno eodemque peccatore
penitenti si ad minorem graciam eum re
stituit quam esset illa a qua cecidit cy
dit ad meliorem statum sit per penitenciam
reparacio patet per exempla in petro pau
lo matheo maria magdalena maria
egipciaca et aliis multis / Ubi autem
in scripturis aliquid contrarium sonare
videtur non diminucio gracie gratum
facientis intelligenda est sed potius di
minucio glorie illius que est conminitas
integritas et illesa permanencie eterne /
Magdalena enim licet in celo sit multis
virginibus sublimior illam tamen
gloriam virginitatis licet minorem habe
re non potest / 32 q v / Si paulus Item ad
73 hoc sensus iste contradicit huic errori
videmus enim sepe contractum in hoibus
post delicta eos ad sublimiora bona
pervenire post peccatum et ad maiora eciam
quam essent illa a quibus lapsi sunt post
per peccatum ut patet exemplis et auctoribus
dis v § Ecce / et cap sequentibus / Vi
74 demus eciam bruta animalia domari et
corrigi a ferocitate sua et brutalitate
sicut apparet in avibus qui minis
et verbibus corriguntur et ad multa
erudiuntur / eciam ad loquelam / Ad hoc
75 eciam inconveniens huius errori
deveniunt ut solum hominem ponant
incorrigibilem et inemendabilem et
indisciplinabilem cum ista incorrigi
bilitas magis ei conveniant quam aliis
animalibus / Amplius si natura ar
76 borum et plantarum potens est in repa
racione omnium eorum que vis et contrarietas
yemalis eis abstulerat sicut videmus
in verno tempore omnia vegetabilia
i. herbas et plantas reparare queque
asperitas yemis abstulerit scilicet flores
et folia frondes et fructus et secundum hec
omnibus restituere et exornare / Quanto
fortius natura humana eo vestigio
desperi debuit ut absque spe ullo resur
gendi cadat per peccatum Amplius si ser 77
pentibus aquilis avibus accipitribus
et ceteris aliis quamplurimis virtutem
sui renovativam dei bonitas providit
multo fortius homini magis et illam
indigenti deus providit / Item si corpori
humano vires dedit quibus a casu
corporali posset resurgere / qualiter insipi
entissimus deus tam necessaria tamque
salubri virtute a casu ymaginem suam
animam humanam ad similitudinem suam for
matam tam periculose dimitteret destitu
tam / Item remedio corporum nostra
dei medicina providit · multo fortius
remedium animarum / Si enim corpora non
sunt curanda nisi propter animas quia
nec utilia nisi propter animas quia nec
utilia Si creator omnium deus corporalibus
morbis tam prudenter quam remedium
providit medicinas multo fortius pro
vidit salubriter i. medicinas necessarias
animabus / Item per vanam pt de penitentia

Reparatur scilicet per secundam
penitenciam scilicet proprio sacerdoti
Rcontra illos qui dicunt sufficere
soli deo confiteri absque oris confessione
et sine medio sacerdotali quinque erronee
sunt deducti et decepti / de penitentia dis j
in fine § ceterum auctoribus / Et natio
nes transmarine ut jacobite et cetere
de hac materia agitur de penitentia dis j / Et
Extra de penitentia et re · Ad distinctionem 78
huius erroris nota quod iniuriam quam est
deus erga peccatorem merito est enim
suspectum et ideo potest ipsum recusare ne
iudicet ipsum iniuriam quam habet ad
versus eum per eo quod paulo ante fuit
inimicus Extra de confessione dele · suspicionis
et de ap cum speciali / Si ergo iudicium et
iusticiam de ipso deo peccator faceret per penitenciam
noluit merito et nunc in eadem causa

alius quam ipse iudex erit ipsi audiat
delicta quam ipse qui deliquit alius cog-
noscet et punitabit / ideo audiet autem
alius tamen presente nisi ipse qui deliquit
confitente et enarrante / quia ipse
solus et maxime alia omnia novit /
Confessio ergo alii facienda est quam deo
amplius soli deo facta confessio ipse
inde iudicet et puniet utrum absolvat
aut condempnet penitus ignoratur
omnino autem ignoratur nec pro absoluto
nec pro condempnato se habere debet / sed
pendebit dubius pendente sententia
in hac tota vita sua huiusmodi iudicium reser-
vatur in alteram vitam / et ita confessio
in nullo valet quo accedet ad punitionem
temporaliter ergo illud reputabitur iudicium
vel iusticia / de quo nulla appareat sententia quia
nullus apparet absolutus vel condemp-
natus. Item hec est forma iudicii
89 ut iudex sedeat in medio et actor et
reus ante iudicem alter alteri ex adverso
deinde advocati et testes / advocati
ut deinde causam instruant / testes de
facto / de hiis per ordinem extra q. q. q. c. ietum
Scriptum est autem in iure positivo ut
nemo audeat sibi ius in re sua / quod si
presumpserit careat re posita ut 16 q. 1 c.
certum Et 1 q. q. c. ult. / Omnia igitur premi-
tentes in eo iudicio quo cum deo iudican-
dus est reus et actor impetitur / in eo
in eodem iudicio iudex esse non potest / Sub
alio igitur etc. alium iudicandus est / Si
autem deus velit subire iudicium nostrum
patet Ysa. 43 contendamus simul / nar-
ra si quid habes unde iustificeris / Et
Michee vi iudicium domini cum populo suo et
Israel iudicabitur / Iob 31 Si contempsi
iudicium subire cum servo meo et ancilla
mea cum disceptarent adversum me / Iudi-
cio ergo necesse est iustissimo deum agere
90 cum peccatoribus cui huic iudicio principaliter
presidet in corde confessoris pro tribunali

dei vicaria / scilicet officialis sacerdos /
confessoris huius sententia est absolu-
tio peccatoris a criminibus et liberatio a me-
ritis suppliciis et restitutio pristine
gratie et prime debite glorie / In aliis
iudiciis per accusationem intenditur incarce-
rationem corporis qui accusantur / hic autem in
absolutionem restitutionem et remunerationem
etc. quia in hoc iudicio quicquid prima scri-
bit in conscientia stilo compunctionis in
tabulis cordis / totum dei misericordia delet et
complanat magna lacrimarum et in igne
penitudinis purgat et consumit / Michee
ult. proiciet in profundum maris in profundum
amaritudinis lacrimarum omnia peccata nostra 91
Cum huic iudicio appellare liceat a dei
iusticia ad dei misericordiam tamquam ad maius
tribunal / Quia misericordia eius super omnia
opera eius / ps. / Et ideo condempnatus per ius-
ticiam absolvitur per misericordiam / Judit 3 Eccus
28 / Et ostendit Gaudens cum iusticia est
ut deus eum condempnet qui cum deo est et
eo quod ex deo est / Et ideo necesse est ut quem
in confessione stat accusatus contra
se ipsum pro deo / dum habeat sibi assistentem
contra mala sua et excusatorem ab illis
ac defensorem / 1 Jo. ii / ad Item non 92
Rationes quibus evidenter ostenditur con-
fessionem alii fieri quam coram deo / Sicut
iniustitie et iniurie temporales sive cor-
porales iudices sunt positi qui per hiis
puniunt et vindicent et ministros
qui iudicum sententias exequantur / Similiter
fori sunt spirituales iniurie iudices sunt
et alia que iudicum sunt / Quamquam erit
de hiis necessario iudicium / et ideo iudex
sine iudices / Certum autem est quia quia
de hiis iudicare nequeunt absque cog-
nicione / hec autem plene non potest esse
nisi per confessionem cum sint multa in-
vestita et occulta / Confessio igitur
facienda est de rebus istis huiusmodi

medicinalibus. Aliter enim peccator non consequitur
finem sive fructum spiritualis medicine
qui est pacis mentis reformatio nisi sacerdo-
ti confiteatur. Anima qui confiteri contemp-
nit iniurius suo deo existit et iudicium
eius impedit. Et dignum est ut Buchardus
dicit ut homo hominem se humiliter pro-
sternat qui noluit humiliter astare cre-
atori. Si vero penitens ad sacerdotem non
potest pervenire inmortalis supplet sacerdos
quod mortalis non potest adimplere, quia
confessionem contemptus non exclusit sed
necessitas impedivit. Item si cure
medici missus est eger et hoc non vel
lege non dico ipsa voluntate sed officio
et dignitate ipsius medici necesse habet
eger et debitor hoc facere quod suum est
ne impediat officium. Quapropter necesse est
detegere illi ac revelare vulnera sua et
morbos. Anima igitur manifestum est
sacerdotes curatos curam medicine habere
spiritualis omnium eorum qui eis sunt commissi
et hoc non voluntate eorum sed ipsorum me-
dicorum officio et dignitate. Cum ergo
palam est quod absque iniuria sacerdotum
non possunt parrochiani abscondere ab eis
morbos suos et vulnera nisi ex reve-
latione quoniam periculum sequitur. Amplius
si morbos et vulnera spiritualia ex de-
bito et officio tenetur unusquisque re-
velare illi qui potest prodesse, ut 22 q. ult.
hoc mederi, non minus autem tenetur sibi
ipsi consulere, immo longe amplius ex
eodem debito quam cuivis alii. Multo
ergo fortius tenetur morborum suorum
spiritualium revelationem sive confessionem
facere sacerdoti qui prodesse debeat. Ponat
ergo omnino se penitens in iudicio sa-
cerdotis nichil sibi reservans ubi omnia
ea iubente paratus sit facere pro recipienda
vita anime que faceret pro evitanda
corporis mortis [?] morte eterna per hoc
recuperat vitam gratie hoc debet cum

gaudio facere, mortalis per hoc fruitur
quod faceret per differendam mortem minime mo-
riturus. Item si de omni tali quivis 83
necesse habet commissarius sive dispensa-
tor racionem reddere superiori suo in officio
dispensacionis, incomparabiliter autem am-
plius habenda servanda dispensanda
et exigenda temporalia incomparabiliter
maioris premii est spiritualis quam temporalis
incomparabiliter ergo fortius reddenda
est ratio spiritualium commissorum spiritualis
quam villicationis ab unoquoque nostrum
maioribus nostris sed spiritualibus. Certum est
autem quod sacerdotes curati animarum nostrarum
curatores maiores nostri sunt in hoc tenentur
superiores dispensatores racionem de nobis
et nostris hoc est tota vita nostra reddituri
sunt, sicut Hebr. xiii dicitur: Obedite prepositis
vestris et subditi estote eis quia racionem
reddituri sunt pro animabus vestris. Item 84
si servus dampnificacionem domini sui
viderit et perpetratorem eiusdem per quem
dampnificacionem illius vel averti vel
restitui potest non denunciaverit cum sine
periculo dampno et incommodo hoc facere
possit peccat mortaliter et ipsi domino suo de-
bitam fidem non servat et ipsi dispensa-
tori debitum auxilium ad custodiam rerum
domini sui non impendit. Cum igitur quilibet
peccator viderit se ipsum dampnificantem
dominum in semetipso auferendo et seipsum et
totius vite sue sermonem, ex necessitate
tenetur hoc denunciare sacerdoti tamquam
custodi et dispensatori dei, presertim cum
hoc sine incommodo et periculo possit facere
ipsius quem denunciat. Non enim minori
fide tenetur domino de alterius dampnifi-
catione quam de illa quam ipsemet fa-
cit eidem. Item si quis furtum vel 85
latione absconderit in domo sua, et post
eius manifestationem furtive sublata
et omnia male alienata restitui pos-
sunt dampnificatoris nisi manifestaret

peccat in ipsum iudicem et in illos
qui dampna vel iniurias sunt passi
et iudicandus est ut furti particeps
et socius furis / Quare peccator qui se
metipsum abscondit et sacerdoti qui
iudex spiritualis est non detegit et ex
ponit et puniendum non tradit cum per hoc
dampna resistitet passis et iniurie
emendarent hiis quibus sunt irroga
te / corporaliter puniendus est ipsemet
ut furis socius et furti particeps eo
ipso neque quod furem non indicat exponit
sed et tradit eum in confessione
Et ita tenetur quilibet confiteri suum
peccatum sacerdoti / non enim magis aut
maiorem fidem deo et sacerdoti suo
tenetur cuicumque malo quam in se
metipso / Et hoc est quod dictum est regi
israel per prophetam in regum xx / Quia di
misisti virum morte dignum de manu
tua erit anima tua pro anima illius
96 Item cum peccator a baptismali
sanctificatione lapsus est sic civis
ab ipsa civitate sanctificata rece
dens et quasi in adversarium eius
consurgens et in hostem conversus
Cum autem peccator est sicut ab hos
tibus rediens ad sanctam civilitatem
civilitatis sanctificate restitui volens
et petens quia obediavit satisfactionem
offerens / numquam per magistratus civitatis
talis est recipiendus et restituendus
qui non obtulit super eo quod non tam
perniciose ad hostes se transtulit et
deserens civitatem impugnavit /
nec recipiendus est nec restituendus
a sapienti magistratu / Satisfactionem
autem nec faciet nec offert nisi qui
culpam suam recognoscit et se deli
quisse confessus fuerit / Manifestum
est igitur de omni obediente hoc cum
peccat ipsum non esse in consortio sanctorum
nec restituendum esse civilitati quam
tam turpiter deseruit nisi culpabilem

se per confessionem reddiderit et satis
factionem obtulerit / Manifestum est igitur
omnem peccatorem adulte etatis debitorem
esse confessionis et satisfactionis per
arbitrio sacri magistratus id est sacerdotis 81
Item cum peccata mortalia nichil
aliud sint quam fastationes mediata
sive damnificationes animarum
manifestum est igitur ea esse revelanda
hiis qui ex officio possent debent
et possunt prodesse / xi q iii / Sepe etiam
xx q iii / hoc videtur / Item deo cum
iure de quocumque homine iusticiam
et iudicium deo exigente manifestum
est cuiuscumque debet deo assistere ac stare
pro eo etiam contra seipsum / Iustam enim
esse dei causam ubique et in omnibus
notum est / Semper autem pro iustitia stan
dum est et contra iniquitatem nulli
igitur licet deo in causa sua contra
quemcumque causam habeat denegare
presentationis officium vel promotionem
vel testimonii sententiamque pronunciationem
vel eiusdem executionem / Ergo contra
temetipsum teneris esse procurator pro deo
et testis et advocatus et iudex et
sententie executor / Teneris ergo
testificari contra teipsum et allegare
et alia que iudicum sunt facere contra 88
teipsum in causa dei / Testificari autem
contra te hoc est confiteri et amplius
teneris ex necessitate confiteri coram
iudice qui inter deum et te sedet me
dius hic autem est sacerdos / Si enim cau
se seculares agende sunt et examinande
coram iudicibus et rectoribus secularibus
ergo et cause animarum sive spirituales
ventilande sunt coram rectoribus anima
sive iudicibus spiritualibus / hii autem sunt
sacerdotes / Si enim in temporalibus iudices
iudices illi quibus leges temporales
date sunt in manibus qui latores et
expositores sunt earum ad ipsum sic recto
res et iudices animarum sunt quibus
ad implendum et docendum et sciendum

ipsos lex animarum data est. Hii autem
sunt sacerdotes, quia alii sunt doctores
quam sacerdotes, supplementum est sacer-
dotalis officii. Idem dicimus de doctoribus
legum secularium in administracionem cui-
89 et secularium iudicum sunt recepti.
Quia non parum in iudiciis est servanda
equitas. Cum necesse est penitentem etiam
dure et videre iudicem suum et ea que
per ipsum vel contra ipsum in iudicio suo fient.
Hoc autem potest fieri nisi habeat hominem
iudicem. Et ideo necesse est ut deum et
hominem peccatorem homines iudicare.
Quia si quemcunque potestas invisibilis ut
deum et penitentem iudicaret solus
deus illum videret et audiret non peni-
tens et ita non servaretur paritas in
iudicio illo si essent iudices in foro
penali celestes virtutes aut invisibi-
les potestates. Item si emendanda sunt
90 delicta animarum que emendanda esse
certum est sunt autem emendanda per
legem. De lege autem dei sive animarum
quibus attendendum est nisi eis qui ex offi-
cio hunt eam docere. Hii autem sunt sa-
cerdotes. Quare per consilia eorum emendanda
sunt delicta animarum sicut de consilio
rectorum secularium delicta secularia.
Sed nec ista neque illa emendari possunt
nisi veniunt in noticiam eorum per quos
emendanda sunt, illa in noticiam
secularium et ista in noticiam rectorum
spiritualium venire oportet. Quare delic-
91 ta animarum que anima et integre
sciri non possunt nisi per confessionem
cum et occulta sint pro maiori parte et
occulte etiam radices et circumstancie
ipsorum, necesse est ergo in noticiam rectorum
spiritualium devenire. Si autem per confes-
sionem spontaneam ipsorum delinquentium
non veniunt in cognicionem iudicum
spiritualium non corriguntur sive sine fruc-
tum spiritualis iudicii, qui fructus est
interne pacis reformacio. Quum enim con-
fiteri contempnit iniuriosus deo existit

quia omnis ius non recognoscit et eius
iudicium impedit. Et ideo necesse est ut confi-
teantur spontanee confitentes. Item 92
sicut non tenetur exprimere falsitatem
interrogatus in iudicio ita et non supprimere
veritatem. Utrumque enim reus est et qui veri-
tatem occultat et qui mendacium dicit
xi q 3 quisquis nolit. Cum igitur in iudicio
penali abscondit peccata sua et non vult
confiteri non solum pacem ad deum non
consequitur sed etiam contra se concitat
manus bellum. Nondum autem ex 93
communitati hominum consulendum fuit
de iudicibus spiritualibus quorum iudicio sa-
tisfiet deo et homini. Nam offensio sic
peccatore tam coram deo necesse est deus illum
recipit. Alioquin iniuste agere videtur si
partem stare tam gravaret ultra quam exi-
git iusticia et ius quibus se offert.
Omnes autem penitentes offerunt se tam
in curia sive consistorio ipsius dei et
hoc in hac vita. Cum si non habet hic
curiam sive consistorium ubi tanta est
multitudo eorum qui se offerunt.
Quis non videat quantus sit defectus
iste deum nec sibi ipsi faceret de huiusmodi
reis tam gloriosam iusticiam impediret
glorie quanta est in eos qui inviti
patiuntur exercere iusticiam comparacione
illorum qui se non solum sponte expo-
nunt patibulis sed etiam velut ministri
dei et lictores atque tortores atrocis-
simi in se ipsos dei iniurias et contume-
lias ulciscuntur. Deinde quantum desit 94
gubernacioni hominum et si peccatoris est
dicere redigitur officia si in tanta parte
regni sui non providetur qui iura reddat
penitentibus. Necesse est igitur deum esse
hic iudices et curiam sive auditorium
ubi iustificentur iustificandi et restituantur
restituendi. Auditorium autem sive 95
consistorium et iudices non possunt esse
nec debent nisi ad accusatorem et
testificatorem. Hec autem non possunt

integre fieri nisi per ipsos qui peccaverunt
tamen quia multa sunt occulta tamen
quia spontanea accusatio et confessio
96 191 / Cum non in penali iudicio pe
nitentialis iustitia totaliter intellecta
futura totaliter evacuat iustificationem
necesse est ut pars partem hoc est ut
accusatio accusationem testificatio testi
ficationem allegatio allegationem condemp
natio condempnationem vinctio vinctionem
confusio confusionem ac per dictam
iustificationem contra se ipse dampn fideliter
compleverit futuri iudicii iustificationem
evacuet / 1 Cor. xi / Si nosmetipsos iu
dicaremus hoc est / Si contra nosmet
ipsos partes iudicii penalis ageremus
non iudicaremur utique / Has autem
partes iudicii tanto tenemur contra nos
97 metipsos districtius exercere quanto contra
nos plus possumus quam contra alios
et quanto districtior ratio de nobis quam
igitur quam de aliis eo quod de potestate
arbitrii naturali maiore potestate nobis
suppositi sumus / Et quia incompa
98 rabiliter magis tenemur deo quam nobis
ipsis vel proximis nec non tenemur deo
habenti causam contra nos assistere
in omnibus partibus iudicii / Et ideo
interrogati audire qui stetit medius
tenemur invicem unitatem de omnibus
que ad causam spectant illius expeditionem necessaria
sunt ut sint plene remisse iniquitates
et tecta peccata que ante penitentiale
iudicium a nobis fuerant commissa
Bernardus / Habet homo in domo propria et
propria familia accusatores iudices
testes et tortores / Cetera accusant
conscientia / testis est memoria / Ra
tio iudex / voluntas carcer timor
tortor oblectamentum tormentum / ita
inde punietur unde delectatur /
Cum igitur homo in futuro iudicio
timet ne contempnetur impuniti debet
hoc penale iudicium exercere / Et nota

quod aput deum non tantum valet mensura
temporis quantum doloris nec abstinentia
tantum ciborum quantum mortificatio vi
ciorum / sed tempora pene pro fide et com
paratione penitentium canones perpenit
breviari et per negligentia prelati /
per quibusdam tamen culpis modi pe
nitentie in canonibus sunt statuti /
Per lapsus ergo imperium per Bernardum 99
post penitentiam reparari sicut hic dicitur quod
est contra catonos et novacianos
et alios qui negant penitentibus peccatorum
veniam ut 24 q. 3 / Ad quod indu
cunt Luc. ix / Nemo mittens manum
ad aratrum et respiciens retro aptus
est regno celorum / Item Luc. xii / Cum
dixit verbum in filium hominis remittetur
ei qui autem spiritum sanctum blasphemaverit
non remittetur ei neque hic neque in futuro
Item Matth. xii addit hoc / neque in hoc seculo
neque in futuro / Item per Joh. in fine
est peccatum ad mortem / Secundo dicit
nulla per dictarum auctoritatum prohibetur
penitentia fieri / Et quod dicitur non remittetur
scilicet de facili intelligitur / difficilius enim est
quia contra fidem que est causa remis
sionis / Vel ut sit per infidelis corda
corum / peccatum in spiritum sanctum dicitur peccatum 100
ad mortem quia est contra traditam
remissionis scilicet contra fidem qua
ab ea labitur vel quia eam agnitam
impugnavit / Et nota triplex genus
peccati / scilicet / fragilitatis / quod est contra
patrem cui attribuitur potentia / simplicitatis
quod est contra filium quo attribuitur
sapientia / malignitatis quod est contra
spiritum sanctum cui attribuitur benignitas
Et huiusmodi peccatorum septem sunt differen
tie / scilicet invidia fraterne gratie / impug
natio veritatis agnite / desperatio / pre
sumptio / obstinatio mentis et finalis
impenitentia / desperatio est contra dei misericordiam
presumptio contra dei iustitiam / obstina
tio contra penitentiam / finalis impenitentia

que est propositum non penitendi / est
sequela omnium vitiorum / Item per veram
101 penitentiam / penitentie tres sunt partes
Penitentie tres sunt partes
scilicet devota cordis contritio
plena oris confessio / suffi
ciens operis satisfactio / Hii sunt tres
legati qui triplicem nobis faciunt pa
cem scilicet / dei proximi et nostri / Hii sunt
tres dies quibus recedimus ab egypto
Exo v / a / Viam trium dierum ibimus
in solitudinem / et per quos exstinguimur
Osee vi / Vivificabit nos post duos dies
et in die tertia suscitabit nos / Hec sunt
illa tria remedia quibus cordis curatur
apostema / Contritio pungit / Confes
sio saniem educit / satisfactio vulnera
ligat / et emplastrum apponit / De his
tribus partibus / agitur de penitentia dis
I fere per totum / Cum vere penitet
considerat circumstantias criminis / scilicet
quantitatem qualitatem locum tempus
perseverantiam persone varietatem et qua
fecit intentione / et quotiens et quos
traxerit ad peccatum / de quibus circumstantiis
habetur versus quis quid / Ubi quibus quo
tiens cur quomodo quando / Item per veram
102 penitentiam / Veraciter penitens totum quod
sui est dampnat proprio iudicio morti
que et perditioni adiudicat / gladio etiam
penitudinis ferit / et ut ita dicam de
tota regione sive provincia sua id est de tota
potestate sive ditione liberi arbitrii sui
velud maleficos quosdam exterminat
/ et hoc divinus quidam in eo est / Isti
autem malefici sunt quatuor / scilicet male
103 cogitationes male affectiones male lo
cutiones / male operationes / Istos tamquam
dei hostes de terra sue ditionis et potestatis
veraciter penitens repellere conatur / Mani
festum non que opus dei est ab his la
tronibus liberare et lesionibus quas
intulerunt sanare et spolia que abs
tulerunt eadem ab his extorquere ipsi et resti

tuere sathagit prout potest / Si ergo deus
non adiuvaret huiusmodi penitentem se
querentur duo inconvenientia / primum scilicet
deum negligere opus suum et naturam
quia in homine condidit si contra hostes
eius auxilium non prestaret / Secundum
deum omnium creatorum et dominorum infidelissimum
esse si athletas suos et bellatores pro
eo decertantes non adiuvaret / Si autem
prestat deus auxilium penitentibus et ad
iuvat eos ad perficiendum / valet igitur
eos perficere quod intendunt / Hoc autem
quod intendunt est pristinam innocentiam
et gratiam recuperare / ergo poterit eos ad
hoc / Manifestum igitur est penitentes
veraciter ad pristinam innocentiam et gratiam
reparari sicut hic dicitur / Et Eze 18 c Luc
xv c / xo dis 3 contra [illegible] cap sequentibus
que ante recognoscuntur ad veram penitentiam
tanguntur de penitentia dis vi per principium
et cap seq / Et possunt notari plures
versus / Sit simplex humilis / confes
sio pura fidelis / Vera frequens nuda
discreta libens verecunda / Integra secreta
lacrimabilis accelerata / fortis et accu
sans / et sit parere parata / Item penitere est
peccata mala deflere / et flenda iterum non
committere / de penitentia dis iii / primo / ut tempore
quo flet commissa mala non committat
opere vel voluntate flenda / licet non de
proposito sed casu vel infirmitate post
peccet / Item Augustinus / penitentia est
quedam dolentis vindicta puniens in se
quod dolet commisisse / Et infra contritio
dolendum est de peccato contra penitentie est
pena tenere / ut semper puniat in se ulcis
cendo quod commisit peccando / Ille ergo
penitentiam tenet qui se commisisse dolet
puniens vindicta in se quod dolet com
misisse / de penitentia dis i § ult / penitentia est
dolor cordis quo quis in se premit
quod male egit / de penitentia dis i § [illegible]
Ysidorus / penitentia appellata est quasi pena

tentatia / eo quod homo in se penitendo
punit quod male commisit / penitentia dicitur
penalis tensio / Quia penitentia est velut
carcer et crux atque patibulum mors
et sepulchrum veteris hominis quia ibi
tot viciis sepelitur quot peccatorum genera
et modi penarum exigunt / Non autem dicitur
penitentia quia eam sola pena interius
teneat sed quia dolor eam contritionis
urget interius et labor satisfactionis
premit exterius / penitentia ergo dicitur quasi
pene tensio amisse innocentie / penitentes
enim pena amisse innocentie tenet dum
toto desiderio inquirunt toto dolore revocat
toto studio et totis viribus eam recu
perare conantur / Item penitentia est initium
spiritualis contemplationis terminatio egri
tudinis redditio sanitatis sive corrupti
reconciliatio ab offensis / exitus sinceris
amore de tenebris Egipti abiectio ser
vitutis concupiscentie iugo asinine o
leri / Jos x Item penitentia est eductio a carcere
et suspendio infernali Item penitentia est
veteris hominis contritio et annichilatio
et in pulverem redactio velut feriente
desuper pilo doloris et malleo indigna
tionis / Et nota quod in contritione fit
simile generationi et corruptioni / quia
corrumpitur vetus homo et generatur novus
et mortificatur ille vivificatur iste
Item penitentia est nativitas spiritualis per
contritionem / nascitur enim novus homo
in corde penitentis quasi nativitas
in utero / de quo ps / cor mundum crea in
me deus etc Item Eze 36 / dabo vobis
cor novum / confessione vero et opere satis
factionis foris fetus nascitur velut ex
utero / Quia in lucem operationis et ma
nifestationis egreditur / de qua gaudium
est sicut de nativitate beati Johannis
i. gratie sive eius in quo est gratia
Luce i / Item penitentia est resurrectio ex mor
tuis / Hec est resurrectio prima de qua

Apoc 20 / Beatus qui habet partem in resur
rectione prima / ad Ephe v / Surge qui
dormis exsurge a mortuis / Hiis et
huiusmodi nominationibus et effectibus et
utilitatibus suis penitentia laudatur a sanctis
doctoribus Unde dicitur Resuscitatrix
in prelio occisorum / sanatrix infirmorum /
reedificatrix ruinarum / renovatrix inve
teratorum / restauratrix deperditorum / reconcili
atrix offensorum / reductrix errantium /
emendatrix forefactorum / lotrix sordida
torum / liberatrix captivorum / reparatrix de
perditorum / relevatrix lapsorum / iustificatrix
reorum / Item per eam sunt peccata penitentium
reparari / Contra illos qui dicunt
quod non debeat penitentia iterari / Jo dis /
consimiliter ad illud aliquid / Sed auctores
quos ad hoc inducunt sunt de penitentia
solempni que de gravioribus et homi
dis peccatis semel tantum imponitur / et contemp
tibilis fit / ut 26 q 6 Cult / Alia non
penitentia iteratur totiens quotiens opus
est ut hic dicitur / et de penitentia dis 3 Reprimitur
species / Adhuc instant / Si queratur
utrum peccata redeunt / dicendo quod non re
deunt quo ad actum sed quo ad rea
tum et penam / Quia peccatores ipsi peccato
res redeunt ad penas sibi dimissas
per recidivum peccati / Sicut extractus
de aquis iterum se immergens repetit
aquas / Et de incendio raptus iterum se
in illud precipitans incendium repetit
Redeunt autem dicuntur / postea quam sunt
ordinem / Oct 18 / Jaco 3 Item quamvis apos
tasiam et heresim / Hec enim peccata quia
inimicos dei efficiunt / omnem dei gratiam
extinguunt / et ideo omnem remissionem
evacuant / Item quamvis pena penitentie scilicet
si penitet eum penitentiam egisse de peccatis
debita penarum que omissa fuerint per
penitentiam pene reducuntur / Sicut enim qui
ex servitute in libertatem manumittitur
iterum natione liber est / et quamvis offensam

ibi in servitute renovatur. Sic etiam
penitentium peccata dimittuntur. et in peccatis
offensam iram recedunt et peccati ingrati
tudine ita rei et immundi efficiuntur
ac si nichil sibi dimissum fuisset. Hec
contra illos qui peccantibus post baptismum
nisi semel tantum dicunt utilem esse penitenciam
quia alias remissio esset ad peccatum incita
tio. dicunt enim quia homo semper peccaret
si semper redire posset. nonne deus esset
incitator mali si semper peccantibus
subveniret. Nonne videntur sibi placere
peccata si penitentibus per graciam semper assis
teret. Errant qui talia dicunt. constat
enim deo peccata displicere quia semper post ea
ea destruit. Si ea amaret non sic destrueret
2 Item patet similitudinibus et exemplis
Sicut si recidimus corporis sordibus non
desunt lotiones sive lotrices nec lava
chra. Et recidimus vulneribus et morbis
nec medicatores nec medicamenta
Similiter recidimus distructionibus atque
ruinis nec reparationes nec reparamenta
Et hoc omnipotentis dei providentia faciente
que malis omnibus aut tollendis
aut leniendis remedia bonorum oppo
sitorum apposuit. Quanto fortius recidi
mus sordibus animarum providit lotores
lotiones spirituales et lavacra. Recidimus
vulneribus medicatores et medicamenta
Recidimus excecationibus [illegible] restaura
tores et sacramentum. Hoc autem totum
tantum quod deus providit contra omnia reci
diva mala animarum est penitencie sacramentum
que est sacrificium iudicium medicamentum
et pactum inter penitentem et deum reforma
tum. Et ideo bene dicitur. Semper potest per
sacramentum penitencie reparari. Quia non obliviscetur
misereri deus. Sunt autem tres mo
3 di reparationis sive sanctificationis peni
tentialis. Sanctificat enim merita recon
ciliationem a deo impetrans peccatori suo et
acceptabilitate tamquam sacrificio. Iste
sanctificat naturali operatione scilicet
contricione que est ad excitationem

locutionem et operum. Pudor enim huius locu
tionis et confessionis contrarietate sua
destruit impudentiam qua dei et angelorum
presentiam non erubuit sed coram eis
non veritus est peccare. Sic et dolor
penitudinis delectationem quam habuit
in peccato. Sic et timor audaciam qua
aliquis contra deum ausus est. Sic et ira
penitentis qua contra peccatum et contra
seipsum excandescit quia tam vilis tam
turpis succubuit stercori quando in ipso se
servituti dyaboli subiecit. Et hec sunt
quatuor brachia crucis penalis sive
passibilis penalis cui debetis (?) homo in sacro
dei iudicio affligitur. Item penitencia sancti
ficat virtute divina et hoc ut sacramentum
scilicet per absolutionem Christi et benedictionem sacer
dotalem in te factam. per quam disrumpuntur
vincula peccatorum et effugantur maledicta
ipsorum et advenit spiritus sancti gracia
ad sanctificandum penitentem in se stetit (?)
per ipsum. Et ita per virtutem penitencie penitentes
reparantur. Ad hoc autem quod reparatur 4
quatuor sunt necessaria penitenti. primum
est desiderium sive voluntas acquirere
re reparationis et sanctificationis. Secundum
fides sive credulitas obtinendi ipsam
per penitencie sacramentum. Tertium propositum ab
stinendi de cetero a peccatis mortalibus sive
non recidivandi. Quartum propositum sive
voluntas emendandi sive satisfaciendi
vitamque suam componendi et ordinandi
ad arbitrium sive consilium eorum quibus
est hoc datum et creditum providere scilicet ipsorum
sacerdotum quibus concessit deus potestatem
ligandi atque solvendi. Et ideo quibus
ipsi dimittunt deus dimittit. Si autem
defuerit sacerdos proprius vel socius est faci
enda confessio. Sed timet quisque sacer
dotem querere qui sciat et possit solvere
et ligare ne si contempserit contempnatur
Si autem non potest invenire confiteatur
proximo ut fiat dignus venia ex desiderio
confitendi. Leprosi enim mundati sunt
dum irent ostendere se sacerdotibus antequam

pueniret ad eos / attende igitur quod peccata
primum deo deinde sacerdoti sunt confitenda
qui si desunt socio est confessio facienda
Confessio enim dat testimonium conscie
ntie deum timentis / qui autem timet iudi
cium dei non erubescit confiteri peccatum suum
perfectus timor soluit omnem pudorem /
confessio autem peccati pudorem habet / et
ipsa erubescentia est grauis pena ideoque
iubemur confiteri peccata ut erubescentiam
patiamur pro pena / nam et hoc ipsum pars
est diuini iudicij quia maior pars penitentie pudor

5 Non solum autem virgines
et continentes sed etiam coniugati
saluantur / sunt tres ordines saluandorum
de quibus ait 24 / et luc 17 Erunt duo
in agro i. rectores ecclesie sicut virgines
qui extirpant spinas et tribulos vo
luptatum carnalium / Duo in mola i.
coniugati qui sunt in circuitu mundanorum
Duo in lecto i. contemplantes qui
iam quiescunt a desiderijs carnalibus
hij tres sunt Noe · daniel · et Job ·
Eze 14 / Virginitas commendatur propter eter
nis munditiam propter angelorum similitudinem
propter premij dignitatem / 1 cor vij / con
tinentia commendatur propter carnis munditiam
quia retrahit a carnali concupiscentia et ex
trahit ad spiritualia desideria et quia di
minuit carnales delectationes et augme
ntat spirituales Coniugium commendatur
7 propter auctoritatem instituentis propter socie
tatem viri et vxoris / propter iocunditatem
prolis et nuptiarum / sunt enim omnes
homines filij per primos parentes Item
propter magnitudinem sacramenti / de quo
Eph v / et extra de bygamis debitum

8 Unt etiam coniugati
contra catharos et hereticos
de quibus 23 q 2 / quidam / contra
Eustochium qui dicit quod nullus in coni
ugali statu vel gradu positus saluari debeat
de q° 1 q 3 / et contra eos qui nup
tias dampnant omnino et pares forni
catoribus aliis et corruptoribus faciunt
in suo consortio marem et feminam
coniugio vtentes / nota heretici damp
nantes nuptias dicunt quod omnibus mo
dis debet se purgare ab eo quod est a prin
cipe tenebrarum i. a corpore et ideo passim
quolibet modo est fornicandum sic tamen
libetur animalia natura / et ideo dampnant
nuptias que fluxum luxurie coartant
vnde ut dicitur in conuenticulis suis mira
dicta faciunt / tales dicuntur cathari i.
defluentes per vicia / a catha quod est fluxus
vel dicuntur cathari quasi casti quia castos
et iustos se dicunt / vel dicuntur cathari
a catto quia osculantur posteriora catti in
cuius specie ut dicitur apparet eis lucifer
nituntur autem placare nuptias esse damp
nabiles auctoribus hominibus et exemplis
dicentes quod ideo dominus renotauit iohannem a
dilectis amplexis quia execrabiles erant
quibus innuendum est quod non renotauit eo
quod essent male nuptie / sed ut eum re
traheret ad maius bonum scilicet virginitatem
Melior est enim virginitas et expeditior
et ad maius bonum promptior ut dicitur
1 cor vij 5 / Item hominibus repugnant
heretici coniugium dicentes quod consumatur
carnali coitu et ita impetito peccato / Ecce
enim in iniquitatibus conceptus sum / vel 23 q
4 / vir cum propria / Quando quidem coniuges
in admixtione sunt sine culpa cum non
ad explendam libidinem sed pro iustitia
reddendi debitum vel per caritatem custo
diendi se vel vxorem a macula fornica
tionis / vel pro suscipienda prole miscentur
Eph vij / 6 dist vir / et 23 q 2 conubia 9
Et nota quod tribus bonis scilicet fide
sacramento et prole excusatur coniu
galis concubitus qui est inter coniuges
ut vel non sit peccatum vel sit veniale
quando enim causa prolis conueniunt sic
excusatur ut non sit peccatum 32 q 2 quid
ne conubia Item fides attenditur

ne post vinculum coniugale alteri misceatur / proles ut devote cum[que] cultum dei suscipiatur et catholice imitatur Sacramentum ut decreto non separetur / Per hoc enim est facte rei signum scilicet inseparabilis connectionis cristi et ecclesie divine et humane nature / Et de istis tribus
10 modis hr 22 q A / omne / Item obiciunt heretici / Si coniugati aliquem filii dei sint et membra cristi et templum spiritus sancti et si matrimonium bonum est et sanctum / cur quando generant ex se et ex matrimonio filios dyaboli / Si enim essent filii dei deberent generare filios dei quia infantes non sint filii dyaboli ut videtur / Ephe 2 / Eramus natura filii ire / Item Si fructus malus et arbor mala / Ex fructu enim arbor congnoscitur / Mt A c / Sed fructus matrimonii malus quia est natus in originali peccato / ergo matrimonium malum / Respondeo quod infantes sunt filii dei quo ad esse suum / tamen dicuntur filii ire propter peccatum originale in quo si decederent non haberent hereditatem filiorum eius omnes enim peccaverunt et egent gloria dei in glosa ibi a primis / Rom 3 f / Ad illud quod obiciunt cum boni parentes generant filios dyaboli / Respondeo quod parentes filios generando non faciunt quod sint filii dyaboli sine fervi / sed hoc est ex peccato primorum parentum quod ex dyaboli suggestione processit / Et quoniam ad hoc non extenditur matrimonium / Item Si essent filii dei in matrimonio deberent filios dei generare Respondeo quod parentes non possunt filiis suis conferre nisi nasci nativitate nature sed nasci nativitate gratie confertur eis in baptismo sicut de hoc dictum est plenius supra in tractatu de baptismo Item obiciunt idem opus exercetur in propria uxore quod in aliis mulieribus ergo idem peccatum / Instancia idem opus facis edendo bibendo ludendo et aliter rebus tuis utendo propriis et alyis furtu vel rapina vel usura vel

modo alio illicite acquisitis / ergo idem peccatum quod constat cuilibet esse falsum Item obiciunt heretici dicentes coniugium obviare legi naturali cum lex dicat esse omnia naturaliter communia / 12 q 1 c 2 / Solutio videtur quod coniugium debeat esse commune de iure naturali / Respondeo quod non obviat immo restringit fornicantes et exornat in hoc quod homo passim diversa non congnoscat / Item inpugnant heretici matrimonium auctoribus infra positis Joh 1 / dedit eis potestatem filios dei fieri hiis qui credunt in nomine eius qui non ex voluntate carnis neque ex voluntate viri et cetera / Ad idem Joh x / non qui filii sunt carnis hii sunt filii dei / Respondeo quod duplex est nativitas scilicet nature et gratie Item / Rom viii / Qui secundum carnem sunt que carnis sunt sapiunt / Et infra Sapientia carnis inimica est deo / legi enim dei non est subiecta nec esse potest qui autem in carne sunt placere deo non possunt / Et infra Si secundum carnem vixeritis moriemini Ex hiis omnibus concludit hereticus / quod hii qui sunt in matrimonio non sunt in statu salvationis / Respondeo quod caro ibi non sumitur pro substantia corporis humani quia et ibidem subditur / Vos autem in carne non estis sed in spiritu / Sumitur ergo ibi caro pro deliciis carnis / 1 thi v Vidua que in deliciis est vivens mortua est Item obiciunt Heb xii / pacem sequimini et castimoniam sine qua nemo videbit deum / Item Jaco iii / Que sursum sunt pudice / Item que desursum est sapientia / primum quidem pudica est id est pudicitiam faciens / Ex hiis arguit hereticus quod in matrimonio non est salus eo quod ibi non sit castitas sed fornicatio et immundicia / Respondeo quod castitas matrimonialis est inter virum et uxorem qua nec vir ad aliam nec uxor ad alium accedat / primo Cor vii / Unusquisque habeat suam propter fornicationem scilicet vitandam Item dicitur ...

hec est voluntas dei sanctificatio vestra
Item Thi / docete adolescentulas ut
viros suos ament et diligant sobrias
castas subditas viris suis etc. Nota
|| triplicem castitatem scilicet omnimodam /
ut religiosorum / matrimonialem ut
coniugatorum / virginalem et vidualem
de qua apostolus / dico autem innuptis et vi
duis bonum est illis si sic permaneant
sicut ego id est continuant / prima cor vij Item
ibidem qui habent uxores sint tamquam
non habentes / Sed illi qui non habent non
utuntur eis / Ergo qui habent non debent
eis uti / Respondeo / in hijs verbis sol
licitudo subtrahitur non debitum coniugale
quod in sequentibus innuit dicens / Volo
vos sine sollicitudine esse / qui cum
uxore est sollicitus est que sunt mundi
quomodo placeat uxori et divisus est
et mulier innupta et virgo cogitat
que domini sunt ut sit sancta corpore et
spiritu / et qui sine uxore est sollicitus est
que dei sunt quomodo placeat deo / Respondeo
secundum Gregorium qui ille uxorem habens
est quasi non est qui sic studet placere
coniugi ut non displiceat conditori.
qui sic facit debita carnis solvere ut
tamen propter ea non cogatur mundo toto animo
inherere Item obiciunt prima cor vij Bonum
est homini mulierem non tangere / Ergo ma
lum est tangere / Respondeo consequentia
non valet / unde ibidem in fine apostolus
dicit / qui matrimonio iungit virginem
suam benefacit / et qui non iungit melius
facit / Nec valet argumentum illius nec
instantia / Bonum est non bibere vinum /
Ergo malum est bibere vinum / ut patet prima
thim v / Item prima cor vij Volo omnes
homines esse sicut meipsum id est castos
dicit hereticus cum omnes dixit nullum
excludit / Ergo nubere est peccatum cum sit
contra apostoli voluntatem / Respondeo ymo
est voluntas eius / prima thim v volo
iuniores nubere / vel respondeo sic / quod

bonum est homini mulierem non tangere
scilicet si continens et sine coniugio velit
permanere ibidem / dico autem non nup
tis et viduis / bonum est illis si sic
permaneant vel celibatum ante conti
nentie quam ante coniugium habet quis
post consummatum matrimonium non habet
de coniugis consensu / unde apostolus prima
cor vij / uxori vir debitum reddat
similiter uxor viro / mulier enim sui
corporis potestatem non habet sed vir / et vir
potestatem sui corporis non habet sed mulier
nolite fraudare invicem / Audiant here
tici quod secundum apostolum nec vir nec mulier
continere potest nisi uterque consenserit
Item obiciunt / luce xiiij / de illo qui
duxerat uxorem et ideo non potuit venire
ad cenam / Et ita patet ut dicunt quod
matrimonium est contrarium communio
ni / Respondeo quod neque qui iuga boum
neque qui villam emit ibi venit ad co
nvivium / preterea omnes vocati sunt ad cenam
sed non vocaret eos dominus si scirent quod non
possent venire / Item obiciunt luce xx
filij lucis huius nubent / nubent ut
dicunt presentis temporis est / ergo qui vo
lunt esse digni futura gloria non debent
nubere neque nuptui / Respondeo quod ista verba
ponuntur ibi pro verbis futuri temporis / ut
patet mt xx et mr x quia ponitur ibidem
quod nec nubent nec nubentur / Hoc etiam
patet ex verbis illius / luce ibidem ubi
subiungitur / neque enim ultra mori poterunt / equa
les enim erunt angelis dei cum sint filij
dei et resurrectionis Item obiciunt
luce xxiij / Beate steriles que non genuerunt
et que non lactaverunt / Ergo dicit hereticus
per contrarium patet quod illi que opponendo
generationi non sunt beate / et ita in matrimo
nio est salus / Respondeo prima thim ij / Salvabitur
autem per filiorum generationem / Nec valet
illa argumentatio beate que non genuerunt
ergo ille que generant non erunt beate
instantia / Bonum est non bibere vinum
ergo malum est non bibere vinum / vel

dicit quod dominus predixit illis tribulacionem
que illis ventura erat per tytum et
vespasianum quando occiderunt et captiua
uerunt / Et tunc dicetur Beate steriles scilicet
ventres earum que genuerunt que viderunt
occidi et captiuare filios suos et etiam
facilius possent fugere Et quod sic sit patet
mt xiij / de pregnantibus et nutrientibus
de x grauis pena Item obicitur mt
xix Omnis qui reliquit domum aut fratres aut
sorores aut patrem aut matrem aut uxorem
Respondeo quod non iubet xpus illa relinquere
absolute / sed postponere creatori
creaturam quod ipsemet innuit dicens / mt
x g / Qui amat patrem aut matrem aut
uxorem plusquam me non est me dignus
Item obicitur mt v / qui viderit mulierem
ad concupiscendum eam iam mechatus est
eam in corde suo / Respondeo quod non dicit
vniuersaliter quamcumque mulierem sed dicit
indefinite mulierem / Et ideo non est hoc
intelligendum de uxore sua quod bene innuitur
in decalogo Exo xx / non concupisces
uxorem proximi tui / et j Cor vij bonum
quisque habeat uxorem suam / nec dicitur
quis concupiscit quod est quia in
rebus extraneis concupiscentia exercetur
B Item Coniugati ad stabiliendum
quod coniugium bonum et sanctum sit et car
nalis commixtio in coniugio sine peccato
exerceatur / Ostenditur per hoc quod sacramentum
coniugii ipsemet deus instituit et per
adam ordinauit / et ait / propter hoc relin
quet homo patrem et matrem et
adherebit uxori sue Item omnia bene
dixit eis dicens Crescite et multipli
camini etc Gen ij et ix / Et non quod cum
alia omnia sacramenta post peccatum sint
instituta. solum matrimonium institutum
est ante peccatum Item Cum omnia alia
extra paradysum / illud in paradyso iste
cum omnia alia per hominem illud in
stitutum est per deum / Institutio coniugii
duplex est vna ante peccatum ad officium

gnandi ut natura humana multi
plicaretur / Alia post peccatum ad remedium
ut vicium cohibeatur / prima fuit in pre
cepto / secunda in indulgentia / j Cor
vij Si non peccassent primi parentes car
nalis commixtio ad generandum esset sine peccato
et remunerabilis sicut aliud bonum o
pus / sed post peccatum nunc talis concupiscentia
in membris nostris mala est / nisi per bonum
matrimonium excusetur / Item ad confir
mandum et commendandum matrimonium ipse
xpus de coniugata nasci voluit / mt j
Item ad nuptias inuitatus etiam
nuptias presentia sua honorauit / ipsas
que miraculo vini ex aqua facti confirmauit
Joh ij Et contra matrimonio inimicos
dampnauit / apoc ij et precepit et in pro
ximum misit / leuit 18 / num v Item
seruantes matrimonium benedixit Gen ix
Et frangentes maledixit / deut 28 /
Item coniugatos tantum saluauit deus in
diluuio / Et illos tantum fecit in archa in
gredi / gn vij / Et egredi gn 8 / Et illis
benedixit expresse Gen 8 et ix Item
de uxore promisit deus filium abrahe /
Gen 8 / Et promissum impleuit / Gen 21
Item patriarche et prophete coniugati aliqui
fuerunt ut patet Gen xix Abraham
ysaac Gen 29 et 24 / Jacob gn 29
30 / 32 q 9 iste Abrahe / et ita de ceteris
Item apostoli fuerunt coniugati / 31 dis.
omnino / 28 q 1 Jam nunc / Item Beatus
Johannes baptista est natus ex matri
monio repletus spiritu sancto in utero
matris sue / Luc j ubi dicitur quod parentes
eiusdem Johannis erant ambo iusti
ante deum incedentes in omnibus man
datis et iustificationibus domini sine que
la / Et infra dixit angelus quod uxor
pariet filium viro suo / Ex quibus patet
sanctitas matrimonii euidenter Item
contra hereticos qui nituntur omnia que
in lege et in prophetis leguntur scilicet de decet
B

uxorum / et generatione filiorum. Item
auctoribus ut audi Mat xix cum fecit
hominem marem et feminam fecit eos
et dixit / propter hoc relinquet homo pa
trem et matrem et adherebit uxori
sue / Quos ergo deus coniunxit homo
non separet. Item ibidem Quicumque dimi
serit uxorem suam et duxerit aliam me
chatur / Mar x / i Cor vii / Unusquisque habeat
suam propter fornicationem scilicet vitandam / et
unaqueque virum suum / Idem hiis qui
in matrimonio sunt iuncti precipio non
ego sed dominus uxorem a viro non discedere
ibidem / Uxori vir debitum reddat similiter
et uxor viro ibidem / Alligatus es
uxori noli querere solutionem / Et infra Si
acceperis uxorem non peccasti Item ibidem
dicit / non peccat si nubat / Et infra
qui matrimonio iungit virginem suam
benefacit / Et infra / Mulier alligata
est legi viri quanto tempore vivit vir eius
quod si dormierit vir eius libera est a lege
viri sui cui vult nubat tantum in domino Item
Thim iiii dicit apostolus quod novissimis tempori-
bus quidam discedent a fide attendentes spiri-
tibus erroris et doctrinis demoniorum
in ypocrisi loquentium mendacium et prohi-
bentium nubere / Item i Thim v / Volo
iuniores nubere filios procreare matres
familias esse / Item i Thim ii Salvabitur
per filiorum generationem si permanserit in fide
Item apostolus invitat ad matrimonium
Hebr ult / Honorabile sit connubium in
omnibus et thorus immaculatus forni-
catores enim et adulteros iudicabit
deus / Et nota quantum bonum impugnant
heretici scilicet sacrum coniugium quod deus in-
stituit ad hoc ut qui continentes esse
non possunt a peccato incontinentie excusa-
rentur / Matrimonium commendatur quia
13 i etiam a deo in [illegible] auctore deo / contra
quod faciunt qui ab alio quam a sacer-
dote coniunguntur / In loco / contra quod
faciunt qui non coniunguntur in ecclesia

que est paradisus dei / In tempore contra
quod faciunt qui tempore prohibito con-
trahunt vel ducunt in peccato / In causa
scilicet multiplicando populum dei contra quod
faciunt qui causa libidinis exercende
contrahunt vel qui sterilitatem procurant
In corporali presentia christi et discipulorum
contra quod faciunt qui ioculatores
et divinatores vocant ad nuptias
suas / In miraculo signorum quibus mutatur
aqua in vinum / contra quod faciunt qui
vitam in melius non mutant / In mysterio
scilicet coniunctionis christi et ecclesie / Ephe v / contra
quod faciunt qui matrimonium violant
Item coniugati coniugium est viri 14
et mulieris legitima coniunctio individuam
vite consuetudinem retinens / 27 q. 2 §
| et Extra de presumptionibus Illud Item
coniugium est sanctum et sanctificatum
ac perfecta societas maris et femine in 15
[illegible] / Et nota septem bona
propter que coniugium est sanctum / primo propter
elongationem a turpitudine et castitatem
prohibitarum turpitudinum et immunditiarum
illarum / Illa enim debet esse intentio in-
euntium ut ab hiis per matrimonium se
longe faciant / 2o propter custodiam et
retractionem consortis ab hiis / Tertio
propter servitutem perpetuam quia se subicit
alter alteri absque participe / Quarto propter
susceptionem onerum scilicet provisionis edu-
cationis et ceterorum / Quinto propter composi-
tionem morum / Sexto propter fructum prolis
Septimo propter sacramentum Item matri- 16
monium est sacrum signum quod debet
esse inter deum et animam humanam. Sicut
inter sponsum hominis et gratiam conditoris
Ephe v / et Extra de bygamis / Et sicut
ex coniunctione carnali quidam generant
filios carnales / Sic ex coniunctione
dei ad animam per caritatem generat filios
spirituales scilicet bonorum desideriorum et operum
Et sicut non concipit uxor nec parit

prolem sine semine viri sic nec ani-
ma sibi semine verbi dei et divine gratie
infundat. Et sicut iure matrimonii
uxor subdita debet esse viro ut in nullo
sibi moribus contradicat. Item sicut
uxor se ornat ut placeat viro suo
sic anima ut placeat deo. Item sicut
vir zelat castitatem corporalem in uxore
sic deus in anima. Item sicut uxor
curam gerit circa munditiam compositionem
et custodiam domus. Sic et anima circa
domum conscientie ut sit munda ab omni in-
quinamento carnis et spiritus. Item sicut
mulier pinguedine lactis nutrit carna-
les filios sic anima pinguedine devo-
tionis et lacrimarum effusione nutrit
filios bonorum operum per timorem et humi-
litatem et disciplinam qui sunt custo-
des fidelissimi omnium bonorum. Item sicut in
matrimonio corporali inveniuntur tria bona
scilicet fides. proles. et sacramentum.
Sic in spirituali. Fides spectat ad hones-
tatem proles ad fecunditatem sacramentum
17 ad sinceritatem. Hee nuptie fiunt die
tertio in Chana Galilee Ioh. ii. Chana zelo
caritatis amore salutis homo convertitur
et transmigrat ab errore ad veritatem
et a viciis ad virtutes. Chana enim ze-
lus. Et Galilea transmigratio interpretatur.
Primus dies fuit ante legem. Secundus
sub lege. Tertius post legem. Primus
fuit congnitio veritatis in lege nature
secundus in lege scripture. Tertius in lege
gratie. Lex enim per Moysen data est
gratia et veritas per Ihesum Christum facta est.
Nota hii tres dies sunt dolor contri-
tionis rubor confessionis labor sa-
tisfactionis. His nuptiis interfuit Ihesus
id est sermo divinus quia ipse est verbum
patris Ioh. i. Et discipuli eius id est ho-
nesti mores quos sermo divinus
tamquam magister discipulos instruit
et informat. Et mater Ihesu id est fides

catholica de qua sermo divinus nascitur
et prodit. Sponsus scilicet spiritus hominis
pro nobiliori parte sua vocat ad has nup-
tias spirituales et naturales quas affert
sponsa id est scilicet gratia dei virtutes gra-
tuitas. Item matrimonium sive co- 18
niugium est sacramentum coniunctionis
Christi et ecclesie. Eph. v. Hoc sacramentum
magnum est. Ego autem dico in Christo
et ecclesia. Sicut enim inter coniuges est
connexio secundum consensum animarum et per
inmixtionem corporum. Sic ecclesia copulatur
Christo voluntate et natura. Anima idem
vult cum eo. Et natura humana uni-
ta est divine nature. Et sic copulata
est sponsa sponso spiritualiter et corporaliter
id est caritate et nature conformitate.
Consensus coniugum significat copulam
spiritualem Christi et ecclesie. Commixtio sexuum
illa qua fit per nature conformitatem.
Unde nota quod per verba de futuro dici- 19
tur matrimonium initiatum. Per verba de presenti
ratum sive confirmatum. Sed in car-
nali copula consummatum. Quia tunc fiunt
unum corpus et una caro. Et per hoc
plene significat illam unionem que
est inter nos et Christum. Sicut enim vere
traducitur corpus unius in corpus
alterius ad procreandam prolem. Item sancti- 20
tas matrimonii apparet ex benedictione
et oratione sacerdotali cum qua est
celebrandum. Exemplo eius qui cum
masculum et feminam creasset coniunctorum
corpora sanctificavit et sua benedictione
fecundavit. Gen. i. Item exemplo pa-
triarcharum quorum uxores steriles
oratione fecunditate fuerunt impetrate
Sara et Rebecca. Gen. 19 et 24. Et in To-
bie vi. Et in multis aliis veteri
testamento. Et etiam in novo de Elyzabeth
Luc. i. Quibus exemplis docentur
coniuges bonum fecunditatis etiam
contra naturam orationibus ecclesie obtinere

Item divina connectio maris et femine
proxima germini libidinis ex sola in-
stitutione divina ab ea separabilis admi-
nistranda et inmiscenda est oratione et bene-
dictione sacerdotali et invocatione
divina / divina quidem quia facimus sive in verbo
aut opere in nomine domini nostri ihesu christi
facere debemus / Col 3 / Et qui hanc
benedictionem contempnunt non sunt fideles
coniuges nec filii eorum legitimi censendi
Extra de clandestina desponsatione inhibitio copule
coniugalis Item / coniugatio humana
21 natura est velut arbor nobilissima
et dei agricolantis plantatio preciosissima
velut duobus ramis masculus scilicet et
femina / cuius radix est vis generativa
que ambobus istis ramis insimul est
indita in neutro non completa / fructus
eius id est proles non potest esse nisi duorum
natura enim non admittit modum genera-
tionis nisi unum terminum / impossibile
unum et duos vel etiam duas [illegible]
simul generare tunc opus generationis
non possit perfici nisi a duobus diversis ra-
mis admixtis simul nec fructus
esse possit nisi ex duobus naturaliter illis
ramis / nullus enim naturaliter vel est
vel esse potest nisi duorum Genesis I masculum
et feminam creavit eos / non dixit
masculum et feminas nec masculos
et feminam / Et propter hoc quamvis so-
la operatione naturali nascimur in
specie humana filii hominum inspi-
rata nominamur / divina non seminatus
est fructus preciosus arboris tam no-
bilis et seminata est ipsa fructificatio
ramis ante maris et femine eo
mixtione opus generationis perficitur
et fructum prolis consequitur / nec
est ut admittunt pactione coniugali
se obligant sanctitate ex societatis
vinculo se astringunt / ita ut non
sit alteri liberum alterum derelinquere / et sicut
associat eos natura ad opus gene-
rationis sic eos associat vinculum coniu-
gale ad vite unitatem ad prolis
generationem educationem et erudicionem et
consequenter totam eius provisionem
Utique enim coniugium intendi debet in
opere coniugali ius mutue servitutis
quod est reddere debitum / de quo apostolus I
Cor VII vel fructus prolis est eius
VII / vel remedium fornicationis / et hoc
tamen sibi quam coniugi / I Cor VII verum
quod in omni genere animalium natura
est legum ex hoc ius atque statutum
dei omnibus [illegible] ut patet in colum-
bis turturibus ciconiis et multis
aliis avibus quod enim in nidis cum ambo
aut nido simile hoc coniugium hominibus
[illegible] ante et una cum in uno nido
[illegible] / Sic unus etiam cum 1
una domo generant / et hoc est proximum
ipsius matrimonii / domum scilicet una edi-
ficare Genesis 2 / propter hoc relinquet homo
patrem et matrem et adherebit uxori sue
masculus et femina patrem et matrem
relinquerent sibique invicem adherent
ut per se domum aliam edificent. Iste 22
coniugati / nota quod deus omnem aliam
commixtionem preter matrimonialem prohibuit
Genesis I primum mollicie cum dixit / non
est bonum hominem esse solum scilicet in
opere illo Item primum sodomitarum / cum
dixit faciamus ei adiutorium / sibi enim
non potest homo [illegible] nec mu-
lierem ad generandum Item / primum
cum animalibus cum dixit simile sibi
Item primum incestus cum dixit / propter hoc
relinquet homo patrem et matrem / Item
primum fornicationis / cum dixit adherebit
uxori sue quasi diceret / et non alteri
ideo tollitur omnis alius motus
carnalis qui non est matrimonialis
Sit igitur contra voluntaria mala [illegible]

qui consulat nectio leges et sta
tuta edita sunt de matrimonijs co
trahendis atque servandis et exami
nandis sponsalibus sodomie et forni
cationis et cuiuslibet illicite commixti
onis / de quibus satis agitur 2a dis. c
et alijs sequentibus cap. Et extra in
quarto libro fere per totum / Ad tollendam
autem commixtionem illicitam et illicitorum
attendit que persone sunt illegitime ad
matrimonium contrahendum que legiti
mans indicatur sedium statuta patrum
qui sunt ante legem vel sub lege vel
tempore gratie per que statuta patet
que commixtio firma esse debeat vel
que debeat infirmari / Hec autem sunt
impedimenta matrimonij seu potius per
hos versus / Error conditio votum
cognatio crimen / Disparitas cul
tus vis ordo ligamen honestas / Si
sis affinis si forte coire nequibis
/ hec facienda vetant connubia iuncta
retractant / Si phibet presul nec sub
sit causa vetanda / Si sunt ferie si
sit vestis religiosa / hec facienda ve
tant sed non iam facta retractant /
23 Quod autem nectio firma debeat esse
commixtio sive societas maris et fe
mine in genere humano ex hoc patet
quia alias periret bona matrimo
nij et maxime generis periret humanum
et propago cognitionum et familiarum
provisio / extraneorum multitudo populorum
et civitatum edificatio ac domorum
pietas parentum in filios et filiorum
in parentes quia si uncium non cognos
cerent nec parentes filios nec filij parentes
nec fratres nec cognati / periret etiam
bonum educationis ceterorumque provisionis
ipsorum / Ad hoc igitur quod tot bona non
pereant oportet quod commixtio sive socie
tas maris et femine in genere suo fiat
firma / non potest autem firma fieri
nisi efficiatur unius perpetui commixtio

sive societas / maris et femine perpetue
unius societas est firmissima fundatio
matrimonij / Unus autem propter hoc dicimus
quod sine iniuria et iniquitate fore licet
contra fratre perpetue marem et feminam
obligant et astringunt ad servandum
decreto unicam societatem istam omni
no sola uxor non sufficiunt componere
mores hominum nec eos instruere et in
formare ut decet nobilitate humane
nature propter maiorem eius autem consueta
abilitatem hoc est desideriorum et illarum 24
passionum effrenitate ex quibus prom
ptissimi sunt homines preceptorum
transgredi limites et commune vincula
necesse sunt timor quo infirma ista
compescitur et insanissima audacia
et ius sine potestas qua iniquos comprimitur
violentia / Quapropter necessaria sunt lex qua
timore et comminatione penarum comprimi
tur / magistratus publice potestatis qui
reprimeret transgressores / propter hoc est lex
de fustigandis vel aliter puniendis
adulteris et de lenonibus exstirpandis 25
cuius quidem magistratus legis minister
executor est / omnis autem minister le
gis minister dei est et si sit populi magistratus
sicut dicit apostolus Rom. xiij / de his
autem que pertinent ad magistratum
nichil faciendum est inconsulto magistra
tu et nisi secundum quod dictaverit magistratus /
manifestum est matrimonia non debere
contrahi nisi per magistratum et cui eo
missum est matrimonia iudicare / hic
est autem clerus sive ecclesiasticus ma
gistratus quare per eccliam contrahenda
sunt matrimonia / et ideo per prelatum
ecclesie qui totius ecclesie curam gerit
vel per eius vicarium ad hoc deputatum 26
Si quis autem dixerit quia liberum
est sibi dare potestatem et ius sui cor
poris cui voluit et quamdiu voluit
maxime de assensu recipientis /

dicimus quod erat preciosissime / Sicut
non licet filiofamilias ante emanci
pacionem suam quidquam de se vel de suis
disponere si totaliter est in consilio et
disposicione patrisfamilias / Et siquid
servus exerit ipso iure est irritum et
a patrefamilias irritarum ut 20 q 11 c
1 et 11 Omnes autem viri et femine
sunt filii familias patris celestis dei nullo
tempore emancipabiles / Ergo multo
forcius non licet eis de se vel de suis
contra preceptum eius aut voluntatem
facere / Si enim hoc debetur patribusfamili
lias carnalibus multo forcius patri illi
ex quo omnis paternitas in celo et in terra
nominatur / Sicut Ephesios 3 Item non
licet pupillo qui dum sub tutela est quidquam
de se vel de suis facere absque tutoris vo
luntate / Galatas 4 Ex necessitate autem pro
sub tutela dei sumus quare nequaquam
licet quidquam de nobis vel de nostris facere
preter eius voluntatem et assensum / Iste
validissimum argumentum est de servo qui
nec corpori suo nec de aliis quidquam facere
potest nisi de voluntate domini sui 12 q 2 c
pmilli / Quia autem incomparabiliter per
niori ac pleniori iure servitutis deo
subditi sumus quam servi dominis suis
carnalibus / quare multo forcius de
nostris facere nisi de assensu et voluntate
ipsius possimus / Si quis querat unde
27 ad ista voluntate dei nupte ista /
Primo omnis honestas est dei volun
tas / Lex autem honestatis voluntas
dei est per scripturam revelata / quare ma
nifestum est quia dare potestatem corporis
sui alii contra legem honesta non est
sui iuris nec tibi licitum / Ex predictis
patet firmitatem matrimonialis con
iunctionis esse honestam et dei volun
28 tatem Item manifestum est esse dei
voluntatem ut multiplicentur homines

sicut legitur Genesis 1 et 9 / et multipli
centur sicut maxime decet et expedit
maxime autem decet quod maxime
honestum est / maxime autem hones
tum est quod maxime longe est ab ho
nestate et turpitudine Iste maxime
expedit quod est maxime longe a
nocumentis et periculis / Et hoc item per
matrimonium est / Cum alie vie habent
nocumenta et pericula absque numero
et estimacione / Manifestum est igitur
quia non est voluntas beneplaciti
dei ut multiplicentur vel ut sic mittam
multiplicentur homines per aliam viam
in hoc mundo / Multiplicentur dico ut
hoc est ut fiat opus multitudinis
sive generacionis hominum aliter quam per 29
matrimonium Item signis obiciat
multitudo quibus generandi bona est
et ipse hoc data est viro vis generativa
a deo et mulieri similiter data est fe
cunditas ut agro nobilissimo / Licet
ergo viris si voluerint in agro isto
seminare fructum prolis / Primo
sic errant / non enim licet seminare in
agro non suo / quia tunc per agrum
alienum meus non est / Dicitis sunt omnes / non
autem potest fieri ager ille suus nisi per
matrimonium / Quare non licet seminare
in agro illo donec per matrimonium sit
suus effectus / Quia in agro alieno
nulli licet seminare preter voluntatem
domini sui si dixit ille ager est ipsius
mulieris / Hoc tamen remanente super
nec sequitur quia potest dare mulier cor
pus suum matrimonialiter in perpetuum
quod ideo possit ad horam / Quemadmodum
corpus potest dare proprium nunc in perpetuo
non tamen ad diem vel ad horam / Illi
mitatum est et prescriptum auctoritate divina
ideo enim non possunt dare in corporibus
suis quantum ad opus generationis
nisi ius perpetuum quod ex perpetuitate et

firmitate istis pueniunt et mala
que ex contrariis veniunt. Signus io
obviat quod nupcias accidunt bona
ista et ideo cessat lex pena de matrimonio [B]
vendicanda, quia nulla lex lata contra male
ficia que omnes malefactores compescat
a maleficiis suis / lex enim data de latro
nibus suspendendis non omnes latrones
retrahit a latrociniis / Et in pluribus
autem et in maxime faciunt huiusmodi quod pre
pter eas intenditur / Sic ergo humana nata
intendit implere minime et decore me
brorum in omni suo individuo contrario /
contrarium tamen multis casibus accidit
mediumque / Sic omnis lex et omnis nigra
tus sim impleus efficiuntur decorem
honestatis et compositionum morum intende
dit in subditos / non tamen propter paucorum
transgressionem est lex evacuanda.
nec debet desistere propter hoc a sue finitio
nis officio magistratus / Illud autem
nondum quod honestas matrimonii
ex hoc patet quia in honestatem et
turpitudinem contraria matrimonio
destruit et repellit ipsa contrarietate
qua habet ad illam / Adherere enim uni
tantum contrarium est ei quod est commisceri
multis / Et item adherere ad quos sine
adherere contrarium est ad pretium similiter
commisceri sine adhesio ex debito sive ser
vilis contrarium est ei quod est commisceri
libere et voluntarie / Sic et commisceri
inseparabiliter contrarium est ei quod est co
misceri separabiliter / Sic et de aliis nixta
31 complexione contrariorum / Iste honestas
matrimonii patet ex eo quod vitat car
nis voluptatem que inimica est nature
humane que mentem inebriat insipient
ciam commumpit palacium spiritualem
et adeo avertit et a vera religione
que cultus dei et sanctificacio est vera
voluptas enim carnis vitanda est
ut laqueus imitacionis et pix inqui
nacionis vinculum captivacionis et ig
nis spiritualis exustionis et aqua ex
tinctionis qua divinus calor exting

vitur ut toxicus turpissime veneva
cionis et ut spurcicia execrande ab
hominacionis / Amplius quam decorum
est ut decet / nullo non commercio de
centior est tamen actum quam passum
inquantum talia sunt et adiutorem
agricolarum et ager / parum quam in suo
toto convenienus commercio et ramorum
in arbore sua / Hec autem omnia est ma
trimonium / Apparet igitur decor humus ex
ipsa decencia qua marem decet et
feminam / Sanctitas autem matrimonii
est elongacio a turpitudine et execra
cione prohibitarum turpitudinum et mun
diciarum et adherencia totalis ad deum
Et hec est virtus sacramentalis ma
trimonii scilicet quod prestat remedium et ad
iuvat contra peccatum et hoc ipsa virtute
essenciali et contrarietate quam habet ad
vicia supradicta / Item obtinet apud 32
deum remedium matrimonium ipso suo me
rito / quia enim pia intencione mat
rimonii vinculo se astringit ut a pro
hibitis contaminacionibus carnis imma
culatum se deo custodiat et ne eidem
se committat / et non per infirmitatem
carnis deum offendat / dignum est ut
pater misericordiarum illi adiuvet ad
se de tot periculis fugientem / Item
ipsa virtute sacramentali prestatur eo
in quibus refrigerium contra ardorem libi
dinis digne suscipientibus sacramentum
sicut ex testimonio eorum qui hoc experti
sunt nobis constat / Si autem secus
accidit impleius quod peccatis eorum imputandum
est quia non pia intencione matrimonium
contrahunt vel non in ea reverencia qua
conderet illud habent / Hec autem vir 33
tus sacramenti per benedictionem nupcialem
et oracionem ecclesie obtinetur / Prefata autem
commixtio sive societas matrimonii
ex quorum commixtis constat ad quas
invicem astringuntur / prima est amorum
in vera religione que sit divine ho
norificencie debitus cultus ad qua

seruandam et dilatandam se debent
adinuicem adiuuare / Secundum est
commixtio corporum ad opus generationis
Tercium communio bonorum temporalium
in quibus non licet alteri alterum defrau-
dare / Quartum est communio oneris priorum
que est custodiendi se inuicem ac ser-
uiendi prouidendique sibi inuicem tam in
sanitate quam in infirmitate / Quintum
est communio onus liberorum totius que fami-
lie que est educatio erudicio regimine
et in posterum prouisio / Et nota quod sola
commixtio maris et maris placet
deo propter honestatem decorem utilita-
tem et sanctitatem matrimonii / non
tamen est imposita precepto uel debito
uetito sed indulta propter defectum siue (?) remone
infirmitatis et tollerata propter conserua-
tiam fecunditatis Judei et Sarra-
ceni nituntur placere multitudinem
uxorum sic una modico tempore co-
cessus est usus propter uxorum uel propter
grauitatem uel propter corruptionem uel
purgacionem / toto igitur tempore restituo
uetitum est bonum generationem esse ociosum
in uiris et patere periculis inconti-
nentie nisi multitudine uxorum eis suc-
curratur / Et ideo bona est eis uetita mul-
titudo uxorum sicut multitudo agrorum
ne bonus cum seminato sit agricola ocio-
sus / Sic una impregnata ut dicunt
oportet habere aliam ad impregnandum
ne sit uir ociosus Cum natura ipse ista
est uelut agricola natiue extremi causa
propter multiplicacionem generis humani
fuit matrimonium institutum Genesis i
et ix / Et 2 q i deus / Ideo uidetur
ad multiplicandum licere plures habere
uxores / Ad idem inducunt exem-
pla patriarcharum et aliorum qui leguntur
concubinas habuisse nec propter hoc
nomine sanctitatis amisisse / ut legitur
genesis xi de abraham et de iacob xix
et xx / de hiis et aliis 32 q 4 [illegible] / et eis
decrevit / ubi de hac materia agitur
prolixius / Secundo est frenandi
concupiscentia carnis et moderandi propter
pericula horrendarum beluarum furum
et raptorum et insidiatorum carnalium
uoluptatum / et propter spirituale bonum
continentie in qua huiusmodi pericula
cum tantis studiis prouinus et libentius deser-
uiatur / Quorum unum extrem moderandi est
concupiscentia carnis propter prolem que per
hoc nascitur uberior et robustior et
modis omnibus laudabilior / Ipsa enim
frequentia huius seminationis semen
humane generationis diminuit tam
substantia quam uirtute / Sicut est igitur
ociosus agricola qui de ocio suo gran-
dis fructus speciales et ipsum corporalem
uite fructum laudabiliorem reportat contra
contra pericula nos incontinentie
matrimonii presidia tutissima salubriter
administrat / Et nondum quod si propter cum 39
sas quas ipsi assignant debent uiri
multiplicare uxores multo fortius
mulieribus uiri cum ipse magis pate-
ant periculis incontinentie utpote
infirmiores in hac parte et concupis-
centie uehementis / Viro enim consuetudine detenti
bellice aut negociatione aut peregrina-
tione siue aliis causis a commixtione
uxoris prohibito / prouidendus est alius
uir uxori ne ager uxoris illo tem-
pore sit ociosus et ne ipsa uxor inconti-
nentie pateat periculis / quod apud
omnes est inconueniens manifeste /
Ad hoc autem quod obiciunt de patriarchis
et aliis in quibus lex uidetur uxorum
multitudinem approbasse / Secundo quod deus
omnium statutor et conditor legis
matrimonialis contra legem illam
dispensauit cum quibus ipse uoluit
et illi legi derogauit quando uoluit et
priuilegiauit et exemit illos ab huiusmodi
seruitute / et hoc ex certa causa ut
periculo ydolatrie et flagiciositati so-

eo more et emulacionem insipiencie ipsorum occurreret qui multitudine uxorum in ydolatriis emulabantur. Et ut cultus dei in filiis sanctorum propagaretur et divini cultus religio dilataretur. Unde ob amorem sue posteritatis Zara virum suum suasit ingredi ad ancillam suam. Genesis xxi. et 32 q. 4 dixit Zara. Multiplicato enim populo dei quererebatur eo quod in successione sanguinis erat successio religionis. Unde in lege maledicta erat sterilis que non relinquebat semen super terram. Exodi 23 f. Deuteronomii xii c. Unde etiam tunc sacerdotibus coniugia sunt concessa quia in successione familie successio officii tenebatur. Et sicut dicit Augustinus: Antiquus crimen non fuit quod cum pluribus feminis utebatur quia nec contra naturam hoc faciebant cum non lasciviendi causa sed gignendi illud faciebant, nec contra morem quia eo tempore ea fiebant, nec contra preceptum quia nulla lege prohibitum fuit. Item Augustinus: Quod tunc erat feminis more imperiali affectuosum fuit viris sanctis non libidinosum. Quod enim est cibus ad sustentacionem hominis hoc est concubitus ad sustentacionem humani generis, et utraque non est sine delectacione carnali que tamen refrenanda est et et in usum naturalem redacta non est dicenda libido. Quod autem in sustentando vitam est cibus hoc est in ingignenda prole fornicarius aliorum concubitus. Et quod est in cibo licito immoderatus appetitus hoc est in coniugibus concubitus carnalis veniabilis.

35 Unde igitur pro temporis alia fuit causa multitudinis uxorum, alia lascivientibus, alia deteriora timentibus. Sed per fidem evangelica radiante reducta est lex imperialis ad institucionem priorem et honestiorem ut unus uni iungatur in signum Christi et ecclesie. Et fecunditati virginitas prefertur. Et sacerdotibus continencia indicitur. Et sic omnia sunt abrogata. Matthei xix. Luce 16. ubi multitudinem uxorum etiam dualitatem prohibuit et separacionem excepta causa fornicacionis interdixit. Et hac materia 32 q. 4 Scius itaque ...

36 Nota causas quare dominus dixit: mulierem propter fornicationem dimittendam. Matthei xix. Primo quia que fidem thori non servavit indignam se reddidit ut ei serventur et instituantur maritale quam polluit incestuosissime amisit. Secunda ne viri ipsius hereditas que iure successionis ad cognatos eius et propinquos pertinet transeat ad adulterinos id est ad filios uxoris ex adulterio genitos. Tercia causa esse potuit scelus uxorum quod maxime excrevisse convenit in uxores propter ad ultimum. Propter quod permissa est lex de repudiis. Deuteronomii 24. ne viri se interficerent in uxores cum eis displicerent. Matthei xix f. et 31 q. Sed obicitur.

37 Permissum fuit repudium propter duriciam cordis non ut concederetur dissidium sed ut tolleretur homicidium. Permissum est fieri malum ne fierent peiora. Item nota causas quas iudei et sarraceni dicunt sufficere ad matrimonia dissolvenda et propter quas dicunt sibi licere ad alias transire. Prima est corporum odium sive ira ex quibus timetur mors uxorum. Secunda infirmitas qualis est lepra aut incestuositas. Tercia deformitas. Quarta sterilitas. Contra hec attende que inconveniencia sequuntur ex hiis erroribus. Quia si licet propter dictas causas viros recedere ab uxoribus eadem etiam licebit uxoribus, cum non minus consulendum sit mulieribus

qui viris et longe magis indigent
huiusmodi subsidiis quam viri. Item si propter
infirmitatem vel deformitatem con-
tractam post matrimonium vir relinquat
uxorem mulier destituitur a viro cum
magis indiget eius solacio quod est
valde iniquum. Item secundum hoc ipsa
senectus dissolveret omnia matrimonia
tamen cum est quod ipsa superinducit mulie-
ribus deformitatem et sterilitatem. Item
38 consensus mixtura et indissolubilis
societate maris et femine solus ma-
trimonialis est et sic prohibet propter
causas predictas divorcia celebrari
huiusmodi enim consensu coniuges invicem
sunt astricti et alter se dedit alteri ad
servandam invicem societatem indis-
solubilem. Et ideo quia auctoritate divina
firmata est per hominem dissolvi non potest
Mt xix. Quos deus coniunxit homo non
separat. Item contra pietatem que est
pars iusticie est manifeste ut propter
miseriam suam mulier deseratur a viro
cum propter miseriam ipsius sit eius amplius
ministrandum. Intentio enim pietatis est
et eius finis miseriam tollere vel leviare
Item lex per ebdomadam vnam quis
habebit uxorem si tam facilis sit deser-
tio uxorum. Paucissime enim sunt que
non menstruose vel infirme aut defor-
mes aut odiose fiant maritis suis
Item quod restabit secundum hoc viris
incontinentibus et ad odium passionem facilibus
nisi multitudinem mulierum unam post
aliam pollvere et nuptias septimanas
singulis mutare cum nullam possit
invenire cum qua valeat in pace et
concordia paucis diebus habitare
Ideo non erit matrimonium secundum hoc nisi
prostitutio et quasi prestatio feminarum.
39 Amplius quam impie et inique da-
natur per ista divorcia contra mulieres
quibus non nubat. Potest enim adulteri

mulier sine culpa sua. Et ita postquam
fuit a viro deflorata et infamata
dimittetur ab ipso visitata simul et
onerata ceteris viris despicabilis ef-
fecta. Et hoc totum sine culpa sua. Quare
et inique. Item dampnati sunt 90
quidam heretici qui nonnisi solas vir-
gines matrimonium posse contrahi con-
fitentur dicentes quod illi quos deus
matrimonialiter coniunxit ambo virgi-
nes fuerunt et ideo eos non licuit separari
unde secundus presumpta copulatio non
est ex deo. Contra quod Richardus dicit
sexuum expressa est diversitas non
virginitas cum dictum est masculum
et feminam creavit eos. Non enim mari-
talis copula corporis requirit integritatem
sed sexuum aptitudinem. Unde apostolus
Cor vii c. Mulier quanto tempore vivit
vir eius alligata est legi si autem
dormierit vir eius soluta est a lege
cui vult nubat tamen in domino. Non dicit
primo vel secundo nec numerum diffinit
31 q 1. Ecce si dormierit. Et hoc est contra
Armenos et alios qui tertias et ul-
teriores nuptias dampnant contra quos
31 q 1 precavit deus. Et si cor. Item deus
precepit prophete fornicariam ducere uxorem
Osee 1. Olim etiam ministris est fas
premortuam uxorem ducere. Dicit 27 d.
Et d 91 Olim. De istis hereticis dicit
apostolus ad Thy iiij. Quia in novissimis quibus
discedent quidam a fide attendentes
spiritibus erroris et doctrinis demoniorum
et in ypocrisi loquentes mendacium
prohibentes nubere etc. Hec heresis est
demonum ludificatio que in ypocrisi
loquitur mendacium dum fingit se id
dicere amore castitatis quod magis est
causa fovende turpitudinis ad incentivum
omni enim immundicie laxavit habenas
qui nuptias dampnat. Item obiurgati

Sunt heretici qui virginitati et conti-
nencie detrahunt dicentes quod sicut
sodomia prostituta fornicacio execran-
de sunt / eo quod nature humane inimice
quia fructificare nobilissimam arborem
humane nature non sinunt sic quia
idem faciunt virginitas et continencia
inimice sunt humane nature / Et ideo
ut dicunt de medio sunt tollende /
Ad fomentum etiam erroris inducunt
quod secundum legem Exo 23 et vij cap dicitur
Maledicta que non reliquit semen
super terram / Et dico quod virginitas et
continencia non impedimentum aut
distructionem huius fructus generant / sed
quia carnalem voluptatem operi genera-
cionis insidiari conspiciunt ab illo
opere se compescunt / Sicut si agricola
sciret lupum aut leonem sive la-
tronem se esse in agro sibi insidiantem
et propter hoc non intraret ibi nec semen
spargeret ne forte ibi necaretur / non ideo
inimicus esset huius fecunditatis
operis agri sic virgines et casti et
continentes non sunt inimici habendi
sed ut sibi caveant precipientes insuper
etiam libentes domino carnalem volun-
tatem sicut David aquam concupitam
ij Regum 23 / Virginitas enim et casti-
tas vincunt carnis infirmitatem
immolant deo carnalem voluptatem
offerunt domino qui nasci potuit omnem
sterilitatem / obtinent etiam contra be-
luas sive raptores infernales beti-
orum securitatem / Et ideo dicuntur ag
virgines gementes et coniugati /

91 Per fidem. Fides est creduli-
tas digna deo qua ei super
omnia sicut operis est creato-
ris sine ex obediencia creditur / Fides
enim ita demum facit magistrorum
intellectui humano sicut quod alium
magistrum vel dominum constituit sibi nota
credit summa caritate que deus est re-
credit / omnis autem homo mendax /
ps / Sed amendatur quod vult dicitur
Ebr 11 / fides est virtus qua creduntur
que non videntur / Quod de hiis tamen in-
telligitur que credere pertinent ad fidei re-
ligionem. Item per fidem / Tribus mo- 92
dis dicitur fides scilicet pro eo quod creditur
et est virtus in anima deo tamen con-
iuncta eius est que per dileccionem operatur
per quam Christus habitat in nobis que
nemine sunt pericie. Item dicitur fides
id quod creditur .i. res fidei credite
scilicet articuli ut ibi hec est fides catho-
lica / Et hec est una sicut dicitur Ephe-
4 / Unus dominus una fides Una enim
et idem a cunctis fidelibus est credendum
Et ideo dicitur fides catholica .i. univer-
salis. Item dicitur fides quedam qualitas
mentis sed informis quam habent etiam
demones et falsi christiani de quo 1 Cor
13 / Si habuero fidem ita ut montes
transferam caritatem autem non habeo
nichil / Augustinus / Fides est qua qui habent
fideles vocantur et qui non habent
infideles communis in omnibus fide-
libus sicut pluribus hominibus di-
facies communis cum tamen singuli suas
habent / non enim fides una nature sed
gracie que propter similitudinem una di-
citur Sicut idem volencium dicitur una vo-
luntas cum tamen cuiusque sit sua vo-
luntas sicut et duorum similiorum
dicitur una facies. Item per fidem fides
est eorum que sunt nature ut de unitate
dei et quod omnia que sunt naturaliter sunt
opera eius eique penitus subiecta. Iste
fides est eorum que sunt glorie ut est
resurrectio et glorificatio electorum
perhennis quam felicitas eorum. Item fides est
condicionum hiis scilicet parcius misericordie
contra naturam culpe contra penam
dampnacionis eius contra gloriam /
Ad fidem enim pertinet quod scilicet peccato primorum

ptinm aquadam felicitate nature
impuntem insciam cecidimus et p
errores et concupias seqiietes culpa
bilit agimus et p primaces sine in
penitentes penis eius dampnabunt
et p auxilis abluimur et apmis eri
pimur p ecclastica sacramenta

93 Reciam. Ad fidem rectam
ptinet credere firmit que de
invisibilibus pdicant; et ene
rent firmit que sacramentis visibili
bz ministrant; diligent caue et abhor
re omnia que fidei adusant. Item
fides recta est digna et debita eorum
que ptinent ad fundamentu religionis
xane credulitas qua scz de deo credit
quidq credendum est ad colendum ipm
Si aute habuit diminucom vel mixt
ioni vel errorem credulitas recte est
habe similia scz affiones et opones
que sunt ex ipa credulitate; Unde bu
dicit; p fidem. rectam; Quia no est recta
94 fides que no facit fidum que subiectu
ipm puntit pfidum; fides enim p
et pfidia contraria sunt et ideo simul
esse no possunt; fides ergo recta est
fida eum facit fidum nam p eam
fit quod creditur faciendum p eam.
fides etia recta dicit fidelitas quia
facit fidelem; p hanc enim bona nob
commissa a dno fidelit custodimus
et augemus in nobis et in aliis
et expendimus in eius obsequium
et honorem; Et ideo ab ipo retribuci
one speramus merito ac salute; Et
95 no sicut in radice arboris nulla
prius apparet pulchritudo et tamen
quidq est maioris pulchritudinis
vel decoris ex ipa radice pcedit Sic
quidq meriti quidq btitudinis aia
suscipit pcedit ex fidei fundamento
Quia sicut dicit ysidorus; fides e
dinimitas confessio et religionis fo
lidum fundamentu; Item p fidem
rectam; fides est rectitudo erigens in
tellem ac claudicatione sua; et ideo
fides recta dicit quia rectificat erigit
et firmat intellem faciens illum stare
et recte ambulare p viam veritatis et
salutis sustentacione vel suppodia
cione baculorum et absq curacione
pignerum hoc est psuasionum plationum
miraculorum; de quibus dicit Jeron;
Audi signa quint; miraculorum intellige
dicti no sapiam; volunt supple p
baculorum vel nec illi crede volentes 96
huioi aute credulitate no creditur
deo sed signis et sapie eius quod eodem
huioi exemplis; intellectus enim phy
losophicus est sicut uapor ambulans
a conclusione in conclusionem no va
lens ppa virtute sustentare semet
ipm; sed quasi adiutorio baculo se
sustentans et insiliens ab uno plato
ad aliud; Baculus aute eius miraculo
ita ambulat et insilit demonstratio
e sine platio demonstrativa; Cum in
firma ergo sit huioi credulitas patet
ex subpodiaculis et fulturis eius ad
modum enim eum intus aliquem uno
baculo vel duobus subnixum et
suffultum ambulante et ambulare
alias no valente statim ex hoc indi
cas infirmitatem eius gressibilem esse
infirmam et debilem aut coxas et
tybias sine pedes eius lesas p quo
cumque modo occasionat; Sic plurimo
nes suasiones et signa velut mul
titudo baculorum et subpodiaculorum
intellectum philosophantem hoc p viam
veritatis sit ambulantem infirmum
indicant et contractum et claudica
tem et ita no recte ambulante; Item
intellectus requirens placiones et
signa miraculorum est sicut venditor
mercibus qui emptori no aliter cre
dit nisi pignus vel securitate sibi
fecit; et sicut venditor no aliter dat

I

incredulum nisi probatio sive suasio vel pignus et cautio securitatis ei fiat sine qua non credit / Sic huiusmodi intellectus non dat credulitatem suam nisi postquam pignus vel cautionem accepit / Et sicut de manu talis venditionis merces non exeunt nisi prius securitate tenuit / Sic de huiusmodi intellectu non exit credulitas donec medium probationis quasi pignus sive cautionem
9a teneat / Exactio autem pigneris aut alterius cautionis non est nisi ex parvitate sive debilitate credulitatis aut ex defectu ipsius / Quare manifestum est intellectum exactorem esse huiusmodi pignerum securitatum et probationum suasionum et signorum esse credulitatem infirmam et incredulam et esse claudicantem et nutantem et per se stare non valentem penitus cadentem et quasi solo fulcimento pnomati baculi casus quos diximus declinantem / Manifestum est etiam quia sicut magnitudo et multitudo pignerum in domo venditionis et securitatem ipsi faciunt signa tamen sunt et testimonia incredulitatis ipsius / Sic pignora securitatis probationum et signorum licet securitatis sint intellectus apud quem sunt tamen manifeste designant incredulitatem eius et e contrario sunt ad ea de quibus sunt intellectus autem qui vera fide credit non querit cautelas huiusmodi nec illis indiget quia propria virtute et firmitate innititur prime veritati Quia autem non aliter volunt credere deo quam sub pigneribus ydoneis et probationibus certis · manifestum est quia deum imparem ista mendacibus et perjuriis in nullo penitus anteponunt sed ipsas illi parificant infide et credulitate et omnino adequant non enim est aliquis quis pravus aut mendax cum probationibus et pigneribus ydoneis non

crederetur a quolibet / Sic ergo credere deo aperte est contumelia ipsius / et ideo non est fides vera sic credere / Unde dicitur per fidem veram et non distortam probationibus que est fides suasa / Cum enim creditio sine credulitas non est deo digna que ei propter suasiones aut probationes tamen impenditur quia nec bono vel magno viro etiam digna esset / Et ideo dicit Gregorius / Fides non est meritum cui humana ratio prebet experimentum / Et ita qui innititur fidem rationibus probare videtur meritum fidei evacuare 9b
nondum tamen ex huiusmodi probationes sunt inutiles quoniam cum fidelibus augmentant et confirmant fidem / Sicut bona temporalia caritatem occasionaliter sunt autem cause motive et provocative dilectionis dei / quemadmodum propter simplices qui per samaritanos intelliguntur qui videntes Ihesum per verum fidem Johannis 4 dicunt samaritane iam non propter te credimus sed quia ipsi vidimus et audivimus / Tertia ratio est propter hereticos qui non credentes auctoribus rationibus confunduntur quia per ea que facta sunt in ecclesia confirmantur / Rom. 1 / propter causas istas dicit apostolus Petrus 1 Petri 3 c probatis maxime ut parati sint reddere rationem de fide spe et caritate Quod enim necesse est esse necessaria innititur ratione / Sed non est huiusmodi rationes de profundo et laboriose spinam nature elicere nitebat de intimo quodam sapientie secretario eius tamen educere in commune / Quarta ratio est ut intellectus assuetus probationibus et rationibus tamquam claudicantes et singulis fere passibus in dubitationes aut ignorantias corruentes notis sibi et familiaribus huiusmodi sustentaculis adiuvetur / Et nota quod in hiis que fidei sunt natura non sufficit nec admiscetur coniunctionis nimium nec intellectus naturalis

inveniunt per naturalem viam inventionis
neque quibus de illis cogitat aut etiam
leviter conicietur | et hoc quia in
hiis nichil factum est vel fit virtute
nature vel ordinis | sed sola benignis-
sima largitate et inexcogitabili gratia
creatoris | Et ideo naturalis intellectus
ipsa naturali limitatione sua prohi-
bitus est a cognitione illorum que
sunt super naturam | Sicut enim virtus
et operatio nature in sola naturalia
se extendit et non supergreditur | Sic
naturalis intellectus eius quod naturalis
cognitio solis naturalibus naturaliter
41 est contentus | Illud autem notandum
quod omnia naturalia sive naturata in-
dicant et predicant creatorem utpote
naturam omnia naturantem | Et intellectus
naturalis habet tot vias ad inveniendum
creatorem quot coram eo sunt posite
creature | Istas vias creaturarum ambulet
ad creatorem | naturale enim est unicuique
effectum causam suam indicare et ad
ipsam deducere rationabiliter cogitantem
| Et universitas creaturarum est auditui
velut carmen pulcherrimum de gestis
creatoris et velut resonantia et concen-
tus de laudibus ipsius non quidem voce
sed ordinatione essentiarum suarum quasi
melodiam glorie sive continentem
Illud autem notandum quod in hiis que
sunt super rationem non est homini osten-
sionis convenientius quam per testimonium
sacre scripture | In talibus enim soli deo
credendum est de se qui solus novit
iuxta verbum Hylarii | Et sicut dicit
Johannes Damascenus | omnia que tradita
sunt nobis per legem et prophetas et per
apostolos et evangelistas suscipimus et
revenemur nichil ultra inquirentes
pro 30 | non addas quidquam verbis illius
Quod specialiter servandum est in hiis
que supra rationem sunt | Sicut Augus-
tinus ait naturaliter obscura modulum

nostrum vincit et aperta divina scriptura
non subvenit temere diffinire humana
coniectura non presumat | Eccl. v | nec
temere quid loquaris | nota ergo
quantam iniuriam inferunt deo infide-
les qui divinis eloquiis et testimoniis
contradicunt | proinde est dicere quod falsa
sint dei eloquia quam dicere deus men-
titur | non videtur fidelis servus domino
vel parens christo qui sine indignatione
tanta pro deo iniuriam sustinet | Item 42
per fidem rectam sed non curvam vel de-
flexam per aliquem errorem | non inmitten-
tem dubitationi vel diffidentie | Unde
dubius in fide infidelis est | Extra de
he. c. 1 | nec talis hesitans accipit
aliquid a deo Jacobi 1 | notandum igitur
quod fides recta est donum per se descendens
a patre luminum | Jacobi | de quo dicit Glossa
Sicut igitur lumen quod a sole emicat
quanto soli vicinior est et ab eo lon-
gius descendit et ipsum etiam lumen
quod ab eo descendit sublimius nobi-
lius atque rectius quam quod ex illuminato
reflectitur | Sic lumina a prima luce
descendentia nobiliora sublimiora
et rectiora sunt quam ea que ex illuminatis
per reflectionem descendunt | Cumque fides
virtus tamen ipsa descendat a patre luminum
rectior est quam scientia vel credulitas
que a rebus que per reflectionem illumina-
tionis quam a lumine primo receperunt
ad intellectum nostrum ascendunt | Ex quo
apparet quam multum refert an descen-
dat super mentes humanas illuminatio
a lumine primo an descendat per reflexi-
onem a creaturis sive rebus creatis
que sunt lumina aspersione tenui
illuminata a lumine primo et inde
relucentia ad ipsius similitudinem quam
diximus et lucentia in speculo intellectus
humani aspersione ymaginum sive
similitudinum suarum in illo | Et ideo for-

ciores sunt illuminaciones de sursum venientes quam deorsum ascendentes / et iste descendentes quam reflexe Et propter hoc dicitur sic per fidem etiam Similiter autem lumen fidei certitudine et fortitudine sua ipsos sensus et sensibilia vincat et reficiat in spiritualia in certo altaris est manifestum ubi visus et omnia accidentia visibilia solum ibi panem materialem ostendunt idem facit tactus et tangibilia / idem auditus et audibilia idem gustus et gustibilia idem olfatus et olfatibilia / Lumen autem fidei omnia predicta lumina intellectus uno actu obfuscat et obruendit ut sola veritas sacramenti pura et integra sit in cordibus credentis / Fides ergo vera est digna deo credulitas qua ut dignum et iustum est creditur / hoc est sine omni pignore et caucione sed gratis et obedienter quidquid deus inulit iubet vel precipit per legislatores vel expositores / Hec sola fides captivat et in servitutem redigit omnem intellectum humanum in obsequium dei ad credendum veritatem quam non capit immo cui quasi naturaliter rebellat et contradicit / Hec ergo fides vera et nulla alia facit fideles Sola enim gens que hac fide fundata firmata armata et illustrata deoque est obediens et subiecta / Et ideo quantum ad intellectum sanctificata et deo cultui dicata sola ista velut capiti inclito adorat altissimum / capite et intellectu per hanc obedientiam inclinato adorat excelsum / ceteris gentibus variis erroribus seductis quodammodo capitibus inclinatis enormium suorum suasiones adorantibus atque colentibus / Hinc est quod infideles sacram scripturam non recte intelligunt / quia necessario precedit fides intellectum / Cum per fidem aditus paratur

iuxta illud Ysaie vii secundum septuaginta
interpretes / nisi credideritis non intelli-
getis / Sicut enim radius oculorum
nostrorum species rerum sensibilium co-
lores et non potest primo sentire nisi
per solaribus radiis misceatur / verum
quod cum ipsis et in ipsis fiat / Ista ani-
mus sanctorum naturam rerum spiritualium
omnemque intellectum superantem / cognitionem
non sufficit attingere nisi primus incom-
prehensibilis veritatis participatione dig-
nus efficiatur habili / Item per fidem 12
rerum fides certificatur cognicione mi-
raculorum illuminacione revelacionum
sciencia testimoniorum scripture sollercia
placacionum / quibus ipsa astruitur. et
racionum quibus errores contrarii destru-
untur / Talis fides facit filios dei Ioh.
i / dedit eis potestatem filios dei fieri hiis
qui credunt in nomine eius. Item 13
emundat corda / Act. xv / fide purificans
corda eorum. Item vincit mundum et
operatur iusticiam et opera iusta / Hebr. xi
Sancti per fidem vicerunt regna operati sunt
iusticiam / Item vitam eternam confert
Ioh. 3 omnis qui credit in eum non
pereat sed habeat vitam eternam / per hanc fidem
reducimur de morte ad vitam de vir-
tute in virtutem de gratia ad patriam
Hec est fides virtus fortificans intel-
lectum humanum contra infirmitatem
sive debilitatem credulitatis rerum
salutarium / Item est armatura custo-
diens intellectus protegens eum contra iacula in-
immissionum pravorum sensuum et cogitationum
ac suggestionum contra fidem et contra
argumenta phylosophorum et hereticorum
et contradictiones eorum quibus in-
tellectus bonorum virorum infestatur / Iste
Hec fides est fundamentum totius
sacri cultus divine quoque honorificencie
principium Item hec fides est virtus

sanctificatus intellectum humanum atque
purificatus ab erroribus impietatis
et sacrificatus ipsum deo altissimo et
mortificatus ipsum quantum ad ea que sunt
sua quod non statim se deo credat sed supra
se et contra se ipsum | Hec fides est fun
damentum et lucerna dirigens et ia
nua introducens perveniens ad sa
lutem. Item per fidem eternam | ffides ficta
est que ad omne credit et in tempore
temptationis recedit | Luc viii | Unde
ficta i. fragilis dicitur

Et operationem bonam

56 Illa operatio bona dicitur quo
primo bono scilicet deo homo co
niungitur communione integra illesa
libera et quieta ac imperturbata per
observationem mandatorum dei. Illa vero
57 operatio mala dicitur qua dividitur homo
a deo sive separatur per transgressionem
mandatorum eius. Et nota quod malum
omnis mali quod fuerit in omnibus
58 non est nisi boni quod est deus destitutio
sive amissio sive separatio ab illo
sive carentia sive aversio | Malum
59 enim maximum omnis mali est non
esse eum. ergo sive divisio et separatio
ab ipso | Patet quod omnia que tendunt
ad non esse naturaliter fugit omnis cre
atura | Et ipsum esse est bonum. Patet quod
conservandum omnia alia exponit
natura ut manum pro capite vel oculo
Job ii pellem pro pelle | Sic bonum gratie
pro ipso bono quod deus est ut ei salutem
sit non solum omnia alia sed etiam
ipsum esse nature et membra vitens
omnibus ut clipeus defensionis et
pretio redemptionis omnia obtendit
ut illud sibi protegat omnia dat ut
illud sibi retineat vel acquirat. Secundo
illa operatio bona dicitur quia fit quod
deus precipit vel consulit et quod dis

suadet vel prohibet vitatur. Item 60
pro operationem bonam in operatione bona
considerandum est qua causa quo
sive qua intentione quid fiat. Bern
hard | Affectus operi tuo nomen in
ponit. Bonum opus intentio bona
facit intentionem fides dirigit. Quod
in bonis operibus qualiter est bonum
in malis non exprimitur que per se
mala sunt i. que sine prevaricatione
fieri nequeunt. Aliud ante secundum
anima opera bona que faciunt itineri
nichil eis prosunt teste domino Ez 18
anima mei oblitus es opera tua non
prodesunt tibi nec etiam opera aliorum
Jeremie xv / Si steterit moyses et samuel
coram me non est anima mea ad po
pulum istum eice eos a facie mea et egre
diantur | Nam sicut ait augustinus Non
aliunde bonum est si bonum est cor
humanum nisi quod bene amat quod
bonum est | Omne enim quod bonum est
in eo quod male amat vitium est. Item 61
bonam | Bonum est quod desideratur ab
omnibus omnia ut dicit Boecius
in libro de conso. Omnium expetendorum
summa atque causa est bonum quod enim
nec ne est nec simulacrum nullum
nisi retinet bonum quod expetit quia
nullo modo quia et bonum gratia omnia
omnia expetuntur | Item et operationem
bonam anima ut dicit Gregorius
fides vera est que quod verbis di
cit moribus non contradicit. Et est
hoc contra illos qui confitentur se
nosse deum factis autem negant |
contra quos i Joh ii | Qui dicit se
nosse deum et mandata eius non cus
todit mendax est. Item Jacobi ii fides
sine operibus mortua est | Ad idem 62
Rom 3 et 9 et Extra de sancta vnita
te anima non | dicitur autem fides mor
tua ad similitudinem mortui hominis
sine aliquis morum malis quod nec se

ipsum nec aliud moveri potest. Licet enim
enim fides huiusmodi moveat intellectum
ad apprehendenda et cogitanda et cre-
denda non tamen vita vivificata sive
vitali anima sicut in membris ani-
malium post iugulacionem relinquitur
aliquis motus ut palpitatio sic ex
mortuo intellectu post extinctionem
fidei aliqui similes remanent. Fides
autem viva non solum lumen est ad
ostendendum credenda sed etiam vita mo-
vens ad illa credenda sive declinan-
da sive facienda ut dictum est dist. iii.
65 Et sicut corpus humanum agnos-
citur vivum ex eo quod agit, sic fides viva
dicitur que bona opera facit et mortua
que non facit. Item sicut corpus sine
vita sua id est sine anima mortuum est
ita et fides mortua est que sine
vita sua id est sine dilectione dei existens
est. i. Joh. iii. Qui non diligit ma-
net in morte. Hec autem similitudo
est competens quia sicut anima
trahit corpus ad operationem sine ani-
ma non trahitur, sic dilectio dei trahit
fidem ad bona opera sine dilectione
non manet ociosa. Fides ergo viva
dicitur que potest elicere debitas operationes
que scilicet per caritatem operatur. Galat.
v. Fides non mortua que impotens
est ad operationes debitas. Jacobi ii. Si
fides non habet opera mortua est in se-
metipsa. Item nota similitudinem
67 mortue fidei in sciencia medicina
que lumen est ad ostendendum ipsi
medico egrotanti que sibi salubria
sint et nociva sed ipsum non erigit
vel confortat ad ea sumenda vel
declinanda. Et ideo sciencia talis est
mortua quia rebus mortua est
illis non vivificantibus et de pellibus
mortuorum animalium medium accipitur.
Fides autem de qua hic loquimur de
fonte vite velut rivus vivificus
sumus unde propter vite que vita dicitur
in ipsum capit mentis id est intellectum
sentit ad ipsum vivificandum armandum
illustrandum. Propter quod dicit dominus
Abacuc ii Iustus ex fide vivit. Heb. x.
et Ro. i. Ubi supra. Et extra de sa-
cra unctione cum anima non. Si autem
sciencia medicine esset virtus et scien-
tia viva non solum illuminaret medicum
ad videndum salubria et nociva corpori
suo sed etiam ipsum ex virtute efficaret.
Tanta enim est luminositas fidei ut
tenebris noxie credulitatis non sem-
peratur. Timor enim et amor fortissi-
mi motus incitant et excitat ani-
mus in aggressu quo malorum vincla
desideriorum velut dyabolica disrum-
puntur. Sicut enim fortissima concu-
piscenciam timor mortis et erubescencia
extinguit. Sic fides omnem laborem
peccatorum diluit et eorum tenebras
fugat sicut lux diei latrones. Fi-
des autem mortua quantum ad luminosita-
tem differt a fide viva sicut lumen
quod est de nocte ab eo quod est de die
et sicut lumen quod est in umbra
ab eo quod est in radio. Radius enim
non habet tenebras et calidus et lumi-
nosus est. Lumen non in umbra ad
mixtum est tenebris et frigidum
et mortuum. Item sicut lux media-
dela luna differt a luce que remanet
post extinctionem candele quod propter sui par-
vitatem insufficiens est ad regendos
gressus ad ostendendos laqueos vel
foveas et ad discernendum quid pulcrum
quid deforme. Ipsa autem fides viva
non solum tenebras ignorancie sed
etiam torporem excutit. Et nota 66
quod sicut carboni vivo musca ti-
met insidere sic temptator fugit
eum qui est vive fidei non habens
fiduciam quod ei possit prevalere. Item ulterius

Cum resistite fortes in fide. Item
Jacobi iiij. Resistite dyabolo et fugiet
a vobis. Ex quo apparet fides mortua
cum non cohibet a peccato mortali cum
sola dubitatio cohibeat a cibo vel
potu qui dicitur venenosus.

Placentes deo. Homines
enim operum in fide fundari debent
sine qua impossibile est placere
deo. Hebr. xi. Et ideo dicit Claudius: Cum
rectum est verbum domini et omnia opera eius
in fide. Cum verbum dei docet recte operari
in fide quasi in fundamento omnis bona
operatio consistit. [illegible] Sicut enim multi
arborum rami ex una radice procedunt
sic multe bone operationes ex una sancta
fide procedunt, nec est aliquid viriditatis
ramus boni operis si non fuerit in fidei
radice radicatum. Per fidem ergo et bona
opera homines placent deo. Et e contrario
per infidelitatem et mala opera displicent
deo. Unde obicit hereticus: Cum quidam
male vivunt in ecclesia. Joh. xiiij. Qui
credit in me opera que ego facio et ipse
faciet. Sed tales non faciunt opera Christi,
ergo non habent fidem Christi. Respondeo quod
duplex est fides scilicet ociosa que non habet
opera, et fides operans per dilectionem. Gal.
v. Et ideo signanter dicit Christus: Qui
credit in me. [illegible] enim credere est cre
dendo in eum ire per viam mandatorum
eius. Nichilominus tamen et si non
habet opera tamen habet fidem Christi. Item obi
ciunt Jacobi ij. Fides sine operibus mor
tua est. Sed fides ecclesie romane non
habet opera ut dicunt heretici, ergo fi
des eius mortua est. Respondeo quod hoc
assumptum falsum est cum licet in
aliquibus sit mortua, nichilominus
tamen in aliquibus manet viva. Item
inducunt Matth. 23. Ve vobis scribis
et phariseis qui clauditis regnum ce
lorum ante homines. Vos autem non in

tratis nec alios intrare permittitis.
Dicunt enim nos esse similes illis
qui talia faciunt. Respondeo quod nobis
imponunt triplicem falsitatem. Primo
quia dicunt quod nos claudimus reg
num celorum ante homines. Secundo quod non
intramus regnum celorum id est ecclesiam
dei per fidem. Quod ideo dicunt quia non
intramus congregationem eorum quam di
cunt regnum celorum. Tertio dicunt quod
volentes intrare non sinimus. Dic ergo
eis quod nobis attribuunt quod eis proprie
convenit. Multa etiam alia nobis im
ponunt que contra eos possunt probabiliter
retorqueri. Item opponunt heretici
contra ecclesiam romanam quod legitur
Apoc. xvii et xviii capitulis intelligentes per
bestiam et mulierem que sedet super
eam ecclesiam romanam. Unde sciendum
ubicumque loquitur Johannes in Apoc.
de bestia scilicet xi. xii. xiii. xix et xx
de eadem re loquitur. xiii autem capitulo
ubi loquitur de bestia habente duo cor
nua similia agno loquitur de alia
bestia. Respondeo ergo quod ecclesia roma
na non potest intelligi per bestiam illam
cum dicatur ascensura de abysso Apoc.
xi. Et de mari xiii. Ecclesia vero ro
mana etiam secundum ipsos initium habuit
ab ecclesia dei. Item mulier ista fuit
illud quod significabatur per mulierem
erat vel fuit tempore Johannis quod
patet ex eo quia de ea nichil dicitur de
futuro sed omnia de preterito vel presenti.
Et ipse angelus dixit Johanni: Ego
dicam tibi sacramentum mulieris
et bestie que portat eam. Sed nondum
erat ecclesia romana ut credit ipse
hereticus, immo credit ipsam incepisse
sub Constantino. Ergo tunc nec por
tabat nec portabatur nec aliquid fa
ciebat. Item angelus dixit Johanni:
Bestia quam vidisti fuit et non est. Sed
ecclesia romana non fuerat et est. Ergo

no pt intelligi p bestiam illam
ut heretici garriunt / a multa alia
put colligi ex littera p que patet
q no possunt romane ecclie conue
nire / dic ergo p mulierem illam
intelligitur uniusitas reprobrum
que ex re nome hʒ babilon id e
68 confusio Item p fidem rectam et opa
bona placentes deo Quia anima
purificatur p fidem / act ix / fide
purificans corda eorum / Et firmatur p
bonam opacōm · tum scʒ fides opatur
p dilecōm / Galat v / Et extra de pnia
distinctione ij / Quia no Cum igitur
fides ita et opatio bona quãr fides
in nobis p initium adiuuant pti
19 f / Cum viam mandatorum dei
hijs duobus pedibus hoc passu
duplici scʒ fidei recte et opacionis
bone fideles in hoc corpe pegrinantes
ambulant efficiunt placentes deo.
et sic ueniunt ad eternam btitudinem
puenire ut dicit apls ij corinth
69 Ad eternam btitudine
contra Arabicos qui dicunt
animã cum corpe mori / de
quib; dcm est sup / Et contra macho
meti qui no nisi carnalia etetiã
illa spurcissima pmisit seruitorib;
suis / ut epulas ebrietates con
messacones mulieres / et huiõi lasci
uia / et in spus angelos sibi ministros
sine uoces induit pendunto hom
inus cum no uidat sanctos angelos
sua commutare felicitate in coquina
riam pincnariam et pstibulariam
seruitute Item sedm hunc errore
quid erit padysus nisi thabna inde
fessi ingurgitacionis pstibulum
pcetue turpitudinis Contra hunc
errorem mt 22 / In resurrectioe neqz
nubent neqz nubentur / sed sunt sicut
angeli dei / Ad idem luc 20 f Et ita

patet q in eterna btitudine no erunt
carnales delicie epularum vel vestiũ
vel mulierum / Quia qui digni illa e
runt fient sicut angeli dei / Et ideo
impossibile ut qui deo vacabunt et
adherebunt spualibus delicijs amoe
nissimo qui memoria no patitur
carnalem voluptatem qua a spua
lib; recedunt semp carnales p expi
enciam eni sensum patet et auctoritas
hoc est / Qui gustato spu desipit omis
caro / Et in exthasi et in raptu patet
q modica scintilla voluptatis spual
totam mente ita occupat q nichil
carnalis voluptatis sentire vel cogi
tare pmittat / Quanto fortius ubi to
talit btificata est / de Exthasi et raptu
habetur / Eze i 3 et 8 / Judith viij et
sequentibus capis / Act ix / ij Cor
xij / Nota eni vilem padysum p
misit machometus tum etiam bute
puti equauit et gentium homines
bestificauit dum no aliam felicitate
q etiam cu brutis animalib; possint
esse consortes / Nituntur tamen errore
sum pbare auctoritate noui et veteris
testamenti q deus pmisit iudeis
terram fluentem lacte et melle / Secundo
hoc potest intelligi de materiali terra
pmissionis qua illa no manat lacte
et melle / Etiã xpus pmisit etiam
refectom luc xxij / ut edatis et bibatis
sup mensam meã in regno meo vel
pris mei / xpus etiã post resurrecom
suã de fauo mellis comedit luce
ult f / ut p hoc insinuet q post re
surrecom homines reficientur melle /
Rndeo / q ideo comedit ut pbaretur
resurrectio eius vera / Mensam etiam
suam uocat xpus refectom spualem
beatorum hoc est fruicom diuinã Sed
quero ab huiõi erroneis utrum huiõi
epule quas pmisit machometus

nutriant corpus / Si non ad quid ergo
utiles / Si nutriant erunt ergo necessi
tatis ne corpora deficiant si eis non sub
ueniatur per nutrimentum / Et ita erunt
corpora defectibilia et per consequens uel mortalia
Item aut erunt ibi fames et sitis aut
non / Si non / Ergo nec delicie cibi nec
potus ubi nec fames nec sitis est
impossibile est delectacionem esse in cibo et
potu cum delectacio non sit nisi quies de
siderii et impletio vacuitatis corporis Si
vero fames et sitis sunt ibi ergo mag
na pars ibi presentis miserie / et ideo in
comparabiliter maior quam hic sit cum de
licie ciborum et potuum ibi maiores sint
incomparabiliter quam hic sint Item aut
ex illo usu tanto erit inde generacio
aut non / Si erit ergo et magna miseria
parientium et nubentium / Et quia mors
ibi locum non habet crescet populus in infi
nitum / Finita autem est regio paradysi
illius cum sit corporalis et ita oportebit
exire magnam partem populi illius de
paradyso Immo impossibile est cum quantacumque
regionis finitas quanticumque sit habitatores
esse infinitos / Si non sit / non est ibi
generacio / ergo vis generativa non deserviet
fructui sed solum voluptati / Sed absque
ulla comparatione melior est proles quam
voluptas illius commixtionis / privatur
ergo vis generativa ibi eo quod habet optimum
et ita status ille est incomparabiliter
minus bonus minus quam presens quamvis
sit inbuta ista Item tercio aut amabuntur
ibi huiusmodi voluptates et delicie aut
non / Si non ergo non erunt volup
tates sive delicie quia impossibile est enim
aliquem delectari in eo quod non amat
Si vero amabuntur aut hoc amatur propter
se aut propter deum / Si propter se amabuntur
culpabiliter ergo amabuntur / omnis enim
creatura bona debet esse non solum ad
cognoscendum deum sed etiam ad diligen
dum ipsum / Sicut enim in [illegible] re

creatura relucet dei veritas ita et in eius
suavitate dei bonitas / Et ideo cul
pabiliter amabitur creatura creatore
relicto / Et ideo sicut tota vita illa
erit delectacio sic tota peccatum et tota
miseria propter hoc tota erit mors spiritualis 10
Item tercio aut erunt ibi maiora deside
ria carnalium voluptatum hominibus
in vita illa quam sunt in ista aut non
Si non Ergo nec delicie cum propor
tionalia sint desideria delicijs / Si autem
erunt equalia desideria ergo delicie e
quales equalitate debebunt / Si vero
dicatur quod crescunt desideria sicut et de
licie / ergo cum equalibus equalia ad
duntur in vita illa tota equalia e
runt / Similiter nec maior erit ibi feli
citas futura quam presens nec minor mi
seria / Similiter cum ibi crescunt delicie
ciborum et potuum tunc et miserie famis
et sitis et in huiusmodi modum de alijs
voluptatibus et appetitibus corporis sive
quantum in illa vita essent feliciores
tantum et miseriores / Si enim aquam tepi
dam velit quis facere per admixtionem
aque calidioris et cum tanto immiscet
aquam equaliter frigidam in illa calida
aqua in nullo proficit ad calorem /
Sic etiam quantumcumque augeantur de
licie carnales postquam ex adverso tantum
augentur molestie contrarie illis in
nullo proficit per augmentum huiusmodi vo
luptatum Immo tamen cum delicie car
nales sint miserie et ideo spinis co
parantur Act 13 Luc 8 / Augmentum
huiusmodi deliciarum erit augmentum
miseriarum Similiter maximitas corporis
erit maximitas miseriarum / Et ita patet
quod felicitas sive beatitudo quam pro
misit suis servitoribus machametus
est miseria maxima et contraria vere
beatitudini / Immo vera beatitudo non habet
aliquid sibi contrarium secundum commune doctorem viij
f / 1 corp 11 f Bap 11 c q 24 et 09

11 **Mercantur** contra illos
qui veritati / et contra illos
qui casui tribuunt universa
Ad qua materia dictum est supra ibi / Secundum
opera quidem merentur tamen per se Rom. ix. non
est currentis neque volentis sed dei
miserentis / Item Tit. iii. non ex operibus
iusticie que fecimus nos sed secundum
magnam suam misericordiam salvos nos fe-
cit / Sed ad hoc responsum est supra
12 ibi / per Bern. pt semper primam rel
Item merentur / meritum est obsequium
deo gratis impensum / et per hoc est
retributionis obligatorium / non autem
sunt obsequia nisi gratis vel ex obe-
diencia fidei sunt impensa. Qualiter
autem mereamur eternam beatitudinem docet
13 Augustinus dicens sic / venale habeo /
quid? Regnum celorum / quo emitur?
paupertate regnum / labore requies
dolore gaudium ignominia gloria morte vita

V 1 **Beatitudinem.**
Beatitudo dicitur status cum
omnia optata succedunt /
Boetius de consolatione libro 3 capitulo primo
Beatitudo est status bonorum omnium ag-
gregatione perfectus / Item beatitudo
dicitur corona iusticie datur pugnantibus ii Thim. ii / non coronabitur
nisi qui legitime certaverit / Item dicitur
2 denarius qui datur laborantibus in
vinea Mat. xx. Acceperunt singuli de-
narium / Item dicitur merces que
datur servientibus / Gen. xv / Ego
sum merces tua magna nimis /
Item dicitur bravium quod datur cur-
3 rentibus / i Cor. xi / nescitis quod hii
qui in stadio currunt / omnes quidem
currunt sed unus accipit bravium /
Item dicitur messis / eterna datur se-
4 minanti / i Cor. ix qui seminat in
benedictionibus de benedictionibus et me-
tet vitam eternam / Item dicitur premium
inquirentium reperitur / Mat. xiii / Simile 5
est regnum celorum homini querenti bo-
nas margaritas / inventa autem una
preciosa margarita abiit et vendidit omnia que ha-
buit et emit eam / Item dicitur here- 6
ditas que datur filiis / Deut. xviii
Dominus hereditas eorum est. Rom.
viii / Si filii et heredes / heredes dei cohe-
redes autem Christi / Item beatitudinem ubi 7
erit semper vita sine morte dies sine
nocte certe sine forte iocunditas sine
dolore securitas sine timore tranquilli-
tas sine labore pax sine lite forti-
tudo sine debilitate rectitudo sine per-
versitate pulcritudo sine deformitate /
salus sine infirmitate veritas sine
fallacia caritas sine malicia felici-
tas sine miseria / Item beatitudinem 8
secundum Bernhardum / Beatitudo sine pre-
mio eterno est videre deum bene in deo
esse enim deo esse videre qui erit omnia
in omnibus habere deum qui est summum
bonum et ubi est summum bonum ibi est
summa felicitas summa iocunditas vera
libertas / perfecta caritas / eterna securitas
secura eternitas ubi est vera leticia.
plena sciencia omnis pulcritudo pax
pietas bonitas virtus lux honestas
gaudium leticia dulcedo vita perhennis
gloria laus requies amor concordia
dulcis / Sic enim deo beatus homo erit
in eternis consciencia potius meriti no-
strum quam videbit deum ad voluntatem
habebit deum ad voluptatem fruetur eo
ad iocunditatem in eternitate vigebit
immutate fulgebit in bonitate gau-
debit / Sicut habebit permanendi eterni-
tatem sic cognoscendi facilitatem
et requiescendi felicitatem / Item beati-
tudinem quecumque beatitudine erunt ho-
mines similes angelis dei Mat. xxii et
Luc. xx / Et fulgebunt sicut sol

in regno dei / Apoc. iiij / daniel xij
/ Ubi nulla tristicia nulla angustia
nullus timor nullus labor nullus
dolor nulla infirmitas nulla mors
nulla malicia nulla miseria. non
fames non sitis non frigus non estus
nec ulla temptacio inimici nec peccan-
di voluntas nec delinquendi facul
tas / Sed ibi erit requies a laboribus
pax ab hostibus securitas a molestiis
quia totum leticia totum dei fruicio
et divine visionis infinita iocundi
tas eterne beatitudinis possidebit

9 Pervenire contra illos
qui bene inceperunt sed non perse
veravit usque in finem / contra
quos in prologo / Dicebat / g / non qui
incipit sed qui perseveravit usque in fine
hic salvus erit / Math x d / Et 29 b /
Quia nemo mittens manum ad ara
trum et respiciens retro aptus est in
regno celorum / Luc ix g / Apoc ij /
habeo contra te quia caritatem primam
dereliquisti / Ad thim vj / bonites conatos
secundum promissione fidei / Item pervenire
10 dicitur ille debet esse finis operacionis
bone sive totius ambulacionis nostre
in peregrinacione huius vite / scilicet salus
animarum sive vita vel beatitudo eterna
de fide / j Petri j / Credentes exultabitis
gloria inenarrabili et glorificata
reportantes fidei vestre finem salutem
animarum vestrarum / Item Ioh vj / Hec est
voluntas eius qui misit me patris
ut omnis qui videt filium et credit in
eum habeat vitam eternam / De opere
Math xix g / Vos qui reliquistis omnia
et secuti estis me centuplum acci
pietis et vitam eternam possidebitis
utrumque simul scilicet fide et opere Ioh
x / oves mee vocem meam audiunt
scilicet credendo et obediendo michi perveniendo

et fidem et ego cognosco eas scilicet
ut insignitas caritate mea per susceptionem
sacramentorum ecclesie / de
fide Et sequuntur me scilicet per bona opera
Et ego vitam eternam do eis / Quam
retribucionem nobis prestare dignetur
ipsa veritas que hanc promisit.
dominus noster Ihesus Christus qui est benedictus
in secula seculorum amen /

Declarantur hic errores 11
qui per hoc symbolum eli
duntur / Et eis per racionales
auctoritates et exempla.
ac per similitudines exstirpatis.
tenendimus obiectioni et admira
cioni quorundam simplicium cui
de hereticorum pertinacia stupenti in la
bore incedunt laborantium accden
tes esse martirum quod est inimicum
simplicium sempiterni / Mirantur enim ali
qui quod non tantummodo pacienter sed etiam
libenter et letanter vadunt ad combus
tiones heretici et ad mortem sine quo
advertere quantum potest dyabolus non
tantum in corporibus sed etiam in cordibus
qui permissus possidet per peccatum. Quam
multis etiam fecit dyabolus ut suspenderent
se vel submergerent vel aliter
occiderent semetipsos / Iudas suspendit
se ipsum laqueo instigante dyabolo
Ego autem hoc magis existimo mirum
et magis admiror quod potuit inmisisse
in cor eius ut traderet Christum dominum et
dominum suum / quam ut suspenderet semetipsum
Item dyabolus fecit ut primi paren
tes libenter pomum mortiferum comederunt
quo tamen ipsi cum omnibus posteris tota perpetue
morientur et paradysi gaudiis exularent
Item dyabolus facit ut cottidie
in igne luxurie multi letentur et
precipitant semetipsos et festinat leti
per varia vicia ad gehennam / Attendat

igitur cum dissimilia sint constantia martirum et pertinacia hereticorum. quia mortis contemptum in martiribus pietas, in hereticis cordis duritia operatur, multa quidem et alia inveniri possunt stulticie et insipientie vesanie hereticorum. Sed quia nec rationibus convincuntur quia non intelligunt, nec auctoritatibus corriguntur quia non recipiunt, nec persuasionibus flectuntur quia subversi et magis mori eligunt quam converti, nec ab illis qui non sine causa gladium portant penis corporalibus velud coartarentur quam in suis erroribus decipere et alios in dampnacionem inducere permittantur. Quia necesse est ut ferro abscidantur vulnera cum fomentorum non senciunt medicinam. quod dicit Glosa aliquando 23 q. 3 tamen sacerdos sectam corruptam esse autem

12 Quia vero pia mater ecclesia nulli claudit gremium salubriter revertenti, sed exemplo pii patrisfamilias occurrit cum gaudio filio prodigo licet male vivendo dissipaverit bona sua, quin immo de longinquo vitiorum per veram penitentiam humiliter revertatur, sicut xv/ scilicet continue detestemur in heresi pertinaces, tamen vere conversos ab erroribus amplectimur brachiis caritatis. Sed ut appareat utrum quis in tenebris ambulet an in luce utrum non sit permixtus an fide quis sit, Extra de presumptionibus. Litteras. Si sponte redierit ad catholice fidei unitatem, eum faciemus omnem heresim abiurare, secundum quod dicitur de ipso dicente: Ego Bugarus et confiteor expresse fidem catholicam in hunc modum

Pateat omnibus fidelibus quod ego talis vel nos 13
tales corde credimus fide intelligimus ore confitemur et simplicibus verbis affirmamus patrem et filium et spiritum sanctum tres personas esse unum deum, totamque trinitatem coessentialem et consubstantialem et coeternalem et omnipotentem et singulas quasque in trinitate personas plenum deum, sicut in symbolo Credo in deum, Et Credo in unum deum, Et Quicumque vult salvus esse, Et in firmiter credimus continetur. patrem quoque et filium et spiritum sanctum unum deum esse creatorem factorem gubernatorem et dispensatorem omnium corporalium et spiritualium visibilium et invisibilium.

Corde credimus et ore confitemur novi et veteris testamenti unum eundemque auctorem esse deum, qui in trinitate ut dictum est permanens de nichilo cuncta creavit. Iohannemque baptistam ab eo missum esse sanctum et iustum et in utero matris sue spiritu sancto repletum esse. Incarnationem divinitatis non in patre neque in spiritu sancto factam, sed in filio tantum corde credimus et ore confitemur, ut qui erat in divinitate dei patris filius deus verus ex patre, esset in humanitate hominis filius homo verus ex matre, veram carnem habens ex visceribus matris et animam humanam rationalem, simul utriusque nature deus et homo una persona unus filius unus Christus unus deus cum patre et spiritu sancto omnium auctor et rector. Natus ex maria virgine vera carnis nativitate, manducavit et bibit, dormivit et fatigatus ex itinere quievit, passus vera carnis sue passione, mortuus vera sui corporis

morte carnis et anima recessit a corpore
Ac secundum carnem quievit in sepulchro
et secundum animam descendit ad inferos
et inde iustos eduxit ibique reliquit
iniquos / Et resurgens vera carnis
sue resurrectione / Et vera anime ad
corpus reassumptione in qua post
quam manducavit et bibit ascendit
in celum / Et sedet ad dexteram patris
Et in eadem venturus est vivos et
mortuos iudicare / Corde credimus
et ore confitemur / unam ecclesiam /
et non hereticorum sed sanctam roma
nam catholicam et apostolicam / Extra
quam nemo salvatur / Eius esse tri
plicem statum confitemur / unum trium
phantium qui iam regnat in celis
alium militantium qui adhuc peregrinatur
in terris / Tercium expectantium in pur
gatorii penis / Confitemur etiam ecclesiam
materialem esse locum orationis et ex
audicionis eius credimus esse hones
tum sanctum venerandum et necess
arium christiano / Approbamus etiam
cantus psalmodias et alia officia
ecclesiastica que canonice ibi fiunt
nec reprehendimus cruces ymagines
picturas et figuras que fiunt in
ecclesiis ad ornatum divini cultus
et ad dei beneficia excolenda / Sa
cramenta quoque que in ea celebrantur
inestimabili virtute spiritus sancti co
operante licet a peccatore sacerdote mi
nistrentur dum tamen ecclesia eum re
cipit in nullo reprobamus / nec
ecclesiasticis officiis vel benedictionibus
ab eo celebratis detrahimus / sed
benivolo animo tamquam a iustissimo
facta complectimur / Quia non nocet
episcopi malicia vel presbiteri ad baptismum
infantis / neque ad eucaristiam conse
crandam nec ad cetera ecclesiastica of
ficia subditis celebranda / Approbamus
ergo baptismum infantium qui si

defuncti fuerint post baptismum antequam
peccata committant fatemur eos sal
vari / Et credimus eos salvari /
Credimus etiam in baptismate
omnia peccata tam illud originale peccatum
contractum a primis parentibus quam illa
que voluntarie commissa sunt dimitti
per virtutem et efficaciam sacramenti
Confirmacionem ab episcopo factam et impo
sicionem manuum factam et veneranda
esse et accipienda censemus / In sacri
ficio eucaristie ubi ante consecracionem
erat panis et vinum ibi post conse
cracionem esse verum corpus et verum sang
guinem domini nostri ihesu christi firmiter et
indubitanter corde puro credimus
et simpliciter verbis fidelibus affir
mamus / in quo nichil a bono magis
nec a malo minus perfici credimus
sacerdote quia non in merito conse
crantis sed in verbo efficitur creatoris
et in virtute spiritus sancti / Unde fir
miter credimus et confitemur /
quod quantumcumque quilibet honestus
religiosus sanctus et prudens sit
non potest nec debet eucaristiam
consecrare nec altaris sacrificium
conficere / nisi sit presbiter a visibili et
tangibili episcopo regulariter ordinatus
Ad quod officium tria sunt ut cre
dimus necessaria scilicet persona id est presbiter
ab episcopo ut diximus ad illud proprie
officium constitutus / Et illa solemp
nia verba que a sanctis patribus
in canone sunt expressa / Et fidelis
intencio proferentis / Ideo firmiter
credimus et confitemur quod quicumque
sine predicta ordinacione episcopali ut pre
diximus credit et contendit se posse
sacramentum eucaristie facere / hereticus
est et perdicionis chore et suorum com
plicum particeps atque consors / et
a sancta romana ecclesia segregatus

V

peccatoribus vere penitentibus veniam
concedi a deo credimus et eis liben-
tissime communicamus et non solum
deo sed etiam sacerdoti visibili confes-
sionem credimus faciendam /
Unctionem infirmorum cum oleo consecrato
veneramur / Coniugia carnalia
esse contrahenda secundum apostolum non
negamus; ordinate vero contracta
omnino disiungere prohibemus / Hominem
quoque cum sua coniuge generando
infantes salvari credimus et fatemur
Et etiam secunda vel ulteriora matri-
monia non condempnamus. Sed
tam virginitatis quam continentiam
ac matrimonium approbamus Carnium
preceptum non reprehendimus nec in
culpamus / non condempnamus
iuramentum Immo credimus puro
corde quod cum veritate et iudicio et
iustitia licitum sit iurare / De
potestate seculari asserimus quod sine
peccato mortali potest iudicium exerceri
dummodo ad inferendum vindictam
non odio sed iudicio non incaute sed
consulte procedat Predicationem
necessariam et valde laudabilem esse
credimus / tamen ex auctoritate et licen-
tia seu permissione summi pontificis
vel prelatorum illam credimus exer-
cendam In omnibus vero locis ubi
manifeste hereticus manet et fidem
dei nostri ihesu christi ac sancte romane
ecclesie abdicant et blasphemat
credimus quod disputando et exhor-
tando modis omnibus secundum deum
debeamus illos confundere et eis velud
inimicis et veritatis cristi et ecclesie
adversariis libera fronte usque ad
mortem contraire / ordines vero eccle-
siasticos et omne quod in sancta roma-
na ecclesia sanctum legitur aut
cantatur humiliter collaudamus et fideliter

veneramur Dyabolum non per condi-
tionem sed per arbitrium malum esse factum
credimus et fatemur Corde cre-
dimus et ore confitemur / huius
carnis quam gestamus et non alterius
resurrectionem Iudicium quoque per ihesum
christum esse futurum in fine seculi homi-
nes singulos pro hiis que in hac carne
gesserint recepturos vel penas vel
premia in corpore et anima firmiter
affirmamus Autem non ante univer-
sale iudicium sancte bonos credimus
in celum ascendere et esse cum cristo /
sancte non malos cum dyabolo des-
cendere in infernum Illos non quin habent
in morte aliquid cremabile sine pur-
gandum ire in purgatorium credimus
eos ibi iuvari per suffragia ecclesie
per sacrificia per aliorum orationes et per
alia beneficia confitemur Rema-
nentes in seculo et sua possidentes
elemosinam et cetera beneficia ex re-
bus suis agentes precepta domini serva-
tes salvari credimus et fatemur /
Decimas primicias et oblationes
ex precepto domini credimus solvendas
secundum divina et canonica institu-
ta / Credimus etiam quod claves ecclesie
concessit apostolis eorumque successoribus
dominus ihesus christus Et ideo confitemur
quod episcopi et alii prelati qui habent curam
animarum possunt solvere et ligare
excommunicare reconciliare et relaxare
et malos punire et vitare / Et consti-
tutiones facere secundum quod saluti subdi-
torum viderint expedire / Et propter hoc
prelatorum sententias debent subditi
humiliter obedire / Confitemur etiam
quod dominus papa et episcopi possunt facere
indulgentias secundum quod fidei ecclesie
divinoque cultui viderint expedire
Et propter hoc approbamus remissiones

et indulgentias quas faciunt contra
hereticos et sarracenos et contra
impios christianos vel alios pro salute a-
nimarum sunt optimum / Confitemur
etiam quod obediendum est non solum
deo sed etiam hominibus carnalibus
scilicet domino pape et aliis prelatis ecclesie
licet quod absit ipsi sint peccatores dum-
modo ab ecclesia tollerantur / Et nos
ipsi eis obedientiam promittimus
puro corde / Firmiter etiam fatemur
ut dicto illam fidem tenebimus
quam romana ecclesia tenet / que ecclesia
disponente deo cunctorum fidelium mater
est et magistra / Anathematizamus etiam
et dampnamus omnem heresim et omnem
errorem quocumque nomine censeatur
que romana impugnat ecclesia / Et pro-
mittimus quod viribus fideliter dicto
persequemur omnes quos in predictis
erroribus noverimus sic errare et ad
persequendum illos dabimus consilium
auxilium et favorem Et ut predicta omnia
fideliter et firmiter compleamus.
iuramus super sancta dei evangelia
bona fide ..

10 Ego talis modo iuro super sancta
dei evangelia quod ego stabo
et obediam mandatis ecclesie
et vestris talis episcopi / Et dicam plenam
et puram veritatem tam de me quam
de aliis omnibus vivis et mortuis
de quibus occasione fidei fuero re-
quisitus per vos vel per alium auctoritate
vestra / Et etiam licet non fuero inter-
rogatus de hiis que ad memoriam
reducam non celabo veritatem Et predictam
faciam bona fide remotis odio vel a-
more prece ac precio gratia ac favore
et omni commodo vel incommodo quod posset
michi vel aliquibus evenire et omni
pactione qua possem ab huiusmodi retar-
dari vel impediri

Si vidit vel cognovit aliquos 11
hereticum quocumque nomine
censeatur / Et que et ubi
Et quomodo / Et quando /
Et quotiens / primo / Et quando ultimo
Et que vel quos vidit cum illis / Si
predicationi vel collationi vel orationi
sive lectioni vel monitioni sive exhor-
tationi sive confessioni aut communioni
hereticorum interfuit / Si errores eorum
audivit ab eis vel ab aliis / Si cre-
didit vel adhuc credit vel aliquid
approbavit / Si credit eos esse bonos
homines vel credidit / Et quamdiu cre-
didit / Et si eos approbavit bonos homines
vel audivit eos ab aliis sic appro-
bari / Si credit persecutores eorum perse- =
quendo eos peccare / vel si credidit
contrarium vel si reprehendit vel arguit
eorum ipsos vel coram aliquibus pu-
blice vel occulte episcopum et inquisito-
res quia persequebantur eos / vel si aliquem
commendavit hereticos / Si dixit aliquem
quod vellet animam suam esse ubi erat
aliquis qui fuerat in heresi condemp-
natus / Si ossa vel cineres combus-
torum pro heresi habuit / Et si scit
aliquem qui habuit vel tenuit aliquas
pro reliquiis vel si habuit vel habet
libros hereticorum et specialiter evan-
gelia vel epistolas in romancio vel
psalmos vel orationes alias in vul-
gari secundum morem Waldensium Si
induxit vel monuit aliquem ad cre-
dentiam vel ad amorem hereticorum
vel si fuit ad hoc ab aliquo inductus
Et a quo Et qualiter Et ubi / Et quando
Si dedit eis auxilium consilium
vel favorem vel defensionem facto
vel verbo / Si visitavit illos vel
eis dedit elemosinam vel ducatum
Si recepit eos in domum / vel si celavit

vel occultavit vel sustinuit / vel
si scit quis hoc fecit / vel quociens
captos pro heresi liberavit / vel ad
liberandum eos aliquibus dedit con
silium auxilium vel favorem / Si scit
sepulturam alicuius heretici in terra
vel circa ecclesiam vel alibi / Si dedit
eis panem vel si recepit ab eis / Si
eorum officio interfuit in die cene /
Si panem benedictum comedit cum
eis / vel bibit / Si dedit vel misit eis
aliquid / Si legavit vel legari fecit
eis aliquid / vel si scit qui fecit / Si
recepit eorum elemosinas vel eis fecit
dari / Si recepit eorum deposita vel aliqua
deposuit penes eos / Inquiratur etiam
de loco de tempore de personis et aliis
circumstanciis studiose / Item de
conversis inquiratur in quibus erravit
Et si errores predicavit vel docuit
Item cum audierunt suam predicacionem
sive doctrinam / Item cum sunt sibi
confessi secundum modum eorum / Item
cum sunt eorum receptores / Item
cum benefactores / Item cum creden
tes / Item cum interfuerunt cene ipsorum
Item cum receperunt ipsum ad osculum
pacis eorum

16 Similiter modo fiant interroga
toria de ydolatriis et ydo
latris / Super ydolatriis
sive maleficiis inquiratur
Si fecit aliquid quod ad cultum
demonum pertinet vel si fecit fieri
Si scit qui fecit / Item Si scit vel
fecit experimentum speculi vel ensis
vel ignis spere vel manubrii cultel
li vel de invocandis demonibus an
nulis vel super aliquibus animalibus
vel herbis vel aliis creaturis /
Si fecit aliquod experimentum pro amore
mulierum vel hominum vel pro odio ira

et discordia aliquorum vel pro remediis
furtis vel thesauris / vel pro habendis
honoribus divitiis vel favoribus
Si fecit experimentum circuli vel
fontis / vel si fecit aliquod sacrifi
cium ad habendum responsum demo
num / Si fecit experimentum in aqua
vel in igne vel in cereis vel in plumbo
Si de capite vel alia parte hominis
mortui vel vivi aut de illorum vestibus
sive capillis fecit aliquid propter odium
vel amorem / Si de scapula hominis
vel in spatulis vel manibus hominum
quesivit futura / Si observavit
dies egyptiacos / credens eos esse in
faustos ad aliquod incipiendum vel
inmittendum et huiusmodi / Si in kalen
dis ianuarii propter novum annum fecit
auguria boni fati eundo ad vicinum
aliqua xenia sive munuscula / Si
observavit menses aut tempora
aut horas diei aut anni aut solis
aut lune cursum vel etatem credens
dies vel horas vel puncta vel tempora
aliqua fortunata vel infortunata
ad aliquid faciendum vel incipiendum
vel obmittendum ut pro homagio
vel officio vel edificio inchoando /
Si numerum litterarum vel punctorum
vel figurarum sive quorumcumque signorum
vel verborum vel caracterum inquisivit
de morte vel vita alicuius vel aliquibus
prosperis vel adversis / Si observavit
somnialia scripta falso nomine
danielis intitulata / Si sortes que
dicuntur apostolorum / Si dixit carmina
in collectionibus herbarum vel de pro
ventu vel si deportavit vel deposuit
super homines vel animalia pitta
ciolas scriptas sive pro bestia pro infir
mitate vel alia causa / Item Si
fascinavit vel fascinari fecit infantem

vel si aliquem personae ad hoc consuluit
Si fecit parari mensam cum epulis
vel luminaribus ipsis fatis Si ob
servavit auguria avium in volatu
vel cantu aut voce Si sternuta
tiones vel alia initialia credens
illas esse causas infortunatorum illa
die vel mense vel anno / Si observa
vit inventicia ut de aue mutante
omnis credens de hoc habere fecundita
tem vel habundanciam / Si inventi
onem ferri vel acus vel obuli vel
lupi vel serpentis et huiusmodi / credens
illa esse causas fortunii vel infor
tunii Si observavit constellaciones
credens quod secundum cursum syderum
nascentium mores actus et effectus
nascuntur Si fecit experimentum
de transsiliendis ignibus vel acci
piendis ab aliquo imo saxorum
vel de ossibus comburendis
Si credit talibus / Si iuit ad domum
operancium talia Si introduxit ad do
mum ad incantandum Si fecit ex
perimentum alicuius ymaginis / et ex
presse Si fecit aliquam ymaginem
vel anulum vel obulum vel aliud
baptisari Si de corpore christi vel de cris
mate vel aqua baptismali aut
aliquo alio sacramento fecit aliquod
experimentum caracterum scriptorum
in quacumque pelle vel pomo aut
alio fructu Si fecit experimentum
figurarum vel sigillata vel inci
sionum vel anulorum et anulorum
Si fecit experimentum de incantandis
serpentibus vel aliis animalibus
Si fecit tortellam vel placentam
vel aliquod aliud edulium vel potu
lum Si de zona vel cambalia
fecit divinacionem Si fuit recon
ciliatus et a quo et quando et qualiter

et si habet inde literas vel testes
Si fuit pena pro hiis sibi iniuncta
et quae Et si perfecit eam / Et si ce
lavit aliqua Si fuit lapsus post
ea in aliquod de predictis / Si scit
aliquem alium peccasse in aliquo
de predictis et similibus ceteris quoque
multis

De te summe deus quod scribam
quod meditabor / Te complete
meus explicit iste liber

Anno domini Millesimo Tre
centesimo nonagesimo nono
feria quinta ante festum penthecostes

